

6
7 N
29


6
30-b
7


18
6-30.6.7

Marci Actii Plau-
ti linguae latinae principis:

comoediae vigiti: viuis pene imaginibus recēs excultae.
Nouissime ex collatiōe florētinae fidelioris ip̄ressio-
nis: ⁊ alioꝝ oīum: q̄ inueniri potuerūt: affatim re
cognitae. Vna cū luculētissimis cōmentarijs
Bernardi Saraceni: Ioānis Petri Val
lae: ⁊ Pyladis brixiani. Nec nō obser
uatiōibus Pij Bononiēsis: Ago
leti ⁊ Grapaldi scholia: Ansel-
miq; epiphyllidib⁹. Adiecto
insup eleganti idice nūc
primū excogitato: qui
oia grammaticalia
oia subobscura
vocabula: om
nes fabulas
⁊ hystorias: ⁊ quaecq; digna
cognitu: alphabetice
demonstrat.








Lucas olchinensis canonicus Ioanni Mariæ de gabianis cremonensi salutem.



ATVRE quodam indissolubili nexu adeo deuincti sumus docte Ioannes Maria: ut uel eos: quos nũq̃ facie cognouerimus: ob eximias aĩ dotes: incredibili amore psequamur. Quo factũ est: ut cũ hisce diebus: uiginti Plauti comœdias: latini delitias eloquii: recognoueri: tu in primis ex oibus necessariis meis occurristi: de cuius moribus: doctrina: pbitate: Andreas cremonẽsis mihi familiarissimus pdicare non desinit: cui oẽs uigilias meas: quãtulecũq; sint: potissimũ dicarẽ. Id enĩ negocii quãto mihi labori fuerit: docte Ioãnes Maria: q iam pluribus ãnis præclarissimorũ uirorũ archana nosti: in armariolo pectoris euolue. Certo utiq; scio: tibi exploratissimũ esse: q̃tum oẽs fere cõsumatissimi ætatis nostræ hoĩes in Plauto emẽdando isudauerint: qbus iurgiis iter se cõtenderit: & adhuc sub iudice lis est: qsnam eorũ laudatissimã palmã cõsecutus sit. Ego uero oium ifimus: eorũ uestigia sectatus: ex collatione oium exẽplarium: q̃ inuenire potui: p captu meo multa restitui: distinxi: ãnotaui: ut ab oib' bonarũ artiũ studiosis antiqssimus author emẽdatissimus hẽretur. Redegi aũt de industria in idem corpus: præter tñ oium opinionẽ: Georgii Vallæ: olim pceptoris mei: eruditissima scripta: Bernardi Saraceni: & Pyladis brixiani copiosa cõmentaria: Pii Bononiensis eminẽtes obseruationes: Vgoleti: Grapaldiq; scholiã: & Anselmi epiphillides: ut quo qsq; armorũ gñe accinctus in aciẽ pugnaturus descẽderit: facile legẽtibus appereat. Nec tñ eo inficias: multa in hoc poemate: ob uenerandã uetustatẽ subobscura: Delio natatore idigere: q̃plura desiderari: nonnulla uero adulterina: & subditicia: p ingenuis in Plautinã familiã esse recepta: quæ nihilominus cõsulto uiolare nolui: ne mihi studentiũ utilitati: ac cõmodo cõsulenti uitio uerteret: sed ut unusq̃sq; qd de hoc asseuerandũ sit: p libito sniam ferret: incõcussa reliq. Adieci insup multas in margine ãnotationes: cum ad grãmaticalia: & inuoluta uocabula: tũ etiam ad fabulas & hystorias plurimũ cõducẽtes. Postremo cõpendiosum indicẽ commẽtus sum: quo qcqd citatũ fuit: uno ictu oculi alphabetice demonstratur: & alia multa elucubraui: quæ longũ esset enumerare. Qua in re: nũc illud de Plauti comœdiis affirmare ausim: multo oium esse locupletissimas: q̃ quæ ad hũc usq; diẽ excussæ circũferunt: qd cuiq; cognitu facillimũ erit: q hanc nrãm nouissimam castigationẽ cum cæteris conferre uoluerit. Hæc igit' oĩa q̃lia q̃lia sint: mi Ioãnes Maria: in tuo noĩe ædita: tibi muneri mittimus: q̃a tibi ppter ingenii pspicaciã: mansuetudinẽ: eruditionẽ: eloquentiã: recteq; uiuendi normam: quibus te præditũ esse audio: sum amicissimus. Nec enĩ me latet: q̃ honestissima psapia originẽ trahas: quaq; nobilissima Cremonæ ciuitate ortus: educatusq; sis: quæ non solũ multoties: p bono: & æquo cõseruãdo: horrendas ptulit calamitates: neq; q̃nq; stirpitus euersa est. Taceo ifinitos oratores: poetas: medicos: philosophos: astrologos: ac iuris cæsarei illustres doctores: q ex ipsa tãq̃ ex equo troiano effluxere. Tu iccirco Ioannes Maria: Plautum optime castigatũ: ut soles oẽs doctos: liberali aio amplectere: q̃nq; etiã diligentius lege: ac quoties ipm in bibliotheca tua uideris: nomis nostri memor eris: nã faciei nequaq̃ poteris: cum nos a facie hactenus nõ noris: quod aliqñ futurum confidimus: Vale.





PLAVTI Reptoriũ nouiter excogitatum.

A

B

M

N

R

S

Finis.

¶ Reuerendissimo in Christo patri Francisco Marcello Pontifici Tragurino Bernardus Saracenus. Venetus. S. P. D.



Astigationes in Plautum nostras: necnon Enarrationes præsul doctissime nobiscum cui potissimum dicaremus: cuius sincerum prudens ac doctum subiremus iudicium: animo aliq̃diu reputãtibus nobis occurrit nemo: quem apud nos tibi preferendum esse existimaremus: siue Marcellæ domus claritate multis anteferenda: siue sanctissimæ religionis nostræ obseruantia: siue doctrinæ eximiæ acerrimo iudicio: quæ omnia mẽtem meam prius pendulam confirmauerunt: stabiliuerunt. Vt minime dubitauerim tibi esse destinandas has lucubraciunculas in Plautinas comœdias longiusculo tempore perfectas. Quod domesticis curis: multisq̃ anxius sollicitudinibus citius non potuerim q̃ ipse cupiebam transigere. Quæ si tibi placuerint uiro nostra hac ætate nõ liberali animo modo: & mentis magnitudine: ac religionis cultu: sed etiam doctrina eximia: ac propemodum singulari: non parũ me profecisse putauero: q̃q̃ sentio in re eiusmodi q̃ difficile sit laudem promereri plautinas polliceri castigationes: ubi tot non modo in uersa uerba & præpostere posita sunt. sed etiã tot uerba deficiant. Sed quid ego uerba memorem: cum nõ modo uersus dimidiati inueniantur: sed etiam desint integri: nec uersus modo: sed etiam Scænæ integræ: atq̃ adeo etiam dimidiatę Comœdiæ iam perierint. Adde porro tantam poetæ rerum caliginem ob incognitam uetustatem. Vt Sisenna tantus inq̃ autor: & Varro q̃ undecunq̃ doctissimus est a doctissimis dictus: ne dum Donatus Seruius. & pleriq̃ alii grãmatici non parum inuigilauerint. ut nobis plautũ. ex incognito cognitum facerent. Quamobrem cum hæc ipse mecum reputarem ex ipsa prouinciæ mole merito perstiti dubius aliquandiu: num hoc onus mihi esse subeundũ censerẽ. E diuerso cum ex huius autoris cognitione perspicerem eximiam q̃dam multis emanaturam utilitatem: putaui laborĩ minime parcens hoc onus non omittendum: ut si etiam quæ uoluerim omnia ipse mihi præstare nõ potuerim: probabile tamen uisum fuerit attentasse me priorem: aliquidq̃ modo inchoasse: quod alii fortasse perficiant. Videbũt ꝑ nos tamen eruditi plura mendosa ueræ lectioni reddita: in suam quęq̃ decuriam interlocutorum cohercitũ: qui prius nullo seruato ordine uagabatur: & deniq̃ non mediocrem præstitam fuisse a nobis diligentiam: ut Plautina lectio innotescerent: Sales quoq̃ ac ioci: sensusq̃ iucũdissimi lepidissimi poetæ innotescerent. Quantum autem laboris in hoc impẽsum sit statim in fronte testatum uolumus. Nam ut quiuis noscere facilius queat quid mendosum. quid emendatum: emendandumus: prout cuiq̃ pro suo arbitratu id integrum reliquimus. Plautinas castigationes statim in ipso operis uestibulo locauimus. quæ (ni fallor) sunt omni ueritate ueriores. Pauculis dumtaxat exceptis: quæ non tam mendosa q̃ omnino cognitu difficillima ex antiquitatis Maiestate uisa sunt. Quę fortassis una cum aliis fuissent enodata: si uel in aliquẽ emendatum codicem incidissemus: uel nisi tumultuario magis q̃ accurato studio æditiones nostras modo ob nostrum hinc propediem discessum ad orientis partes maturaremus. Percurres igitur Pontifex reuerendissime has nostras cum Plauto lucubraciunculas (in re hãc enim te hominem doctissimum: eloquentiæ studio ac laude eminentem: prudentia grauissimum: reliquisq̃ uirtutibus insignem iudicem mihi constituendum ratus sum) In quibus si quid recte dictũ uideris: non id mihi soli tribus contendo. Cum non ex mea sed eminentissimorum autorum sententia cuncta ferme protulerim. In qua re ne quidem ueterum etiam recentiorum quorundam: & eorum præsertim qui Plautinas delitias sectati sunt non puduit sententias sciscitari. Et in primis Georgii Vallæ uiri clarissimi: quem nostris temporibus bonorum disciplinarum omnium ęrarium dixerim: cuius censura nihil est grauius. Si quid autem minus ornatum: aut non omnino enucleatum compereris: aut forte in curia omissum (Non enim potest Lippus quantũ cõtendere Lynceus) uel ignoscas uel emendes: cæterosq̃ moneas ut si quam habent in nos feruidam mentem tegant. Qui si forte liuore agitati perstreperint: tua oratione compesces. Quamquam nihil moror ꝙ si quid boni factum fuerit bonis: inuideãt nõ boni. Hęc autem si tui accerrimi iudicij stabunt incudi: nullius formidabo Rhinocerotis nasum.


Vod ptinet ad Amphitryonis argumẽtum comœdiæ hoc est Mestoris & lysidices Pelopis filiæ Hippo
thoe filia fuit: ex q̃ & Neptuno natus est Taphus: q Echinadibus iperauit isulis: easq; de suo noie pprios
q; Taphios noiauit pariterq; Teleboas a pr̃ia sua uñ uenerat teleba. Taphii añt filius fuit Pterelas: quẽ
Neptunus bello isupabilẽ fecerat q̃ diu in capite comã gestaret aureã: quã ei attribuit Neptunus: Pterelæ
añt filia fuit Comœtho: mares fuere filii Chromi⁹ Tyrãnus: Ampolus: Chersidamas: Mestor Eueres.
Helectrionis añt q Mycenis regnabat cũ Alexo uxore uel (si Diodoro credim⁹) cũ Eurydice Pelopis fi
lia fuit Alcmenę: filii uero Stratobates Gorgophon⁹ Philonom⁹ Celæneus & Lycinius Nothus ex Medea Phrygia mu
liere. Iude eni uenit Mycenas Taphii itaq; piterq; Pterelæ filii Mycenaꝝ sibi q̃rentes iperiũ: & helectrione nolente con
cedere in agrũ Mycenẽsiũ eruperũt: bouesq; sustulerũt & qcqd usq̃ obuiã fuit qđ p̃dæ locũ obtineret. Helectriõis añt fi
lii ppugnarũt: in eoq; prœlio multi utrinq; ceciderũt: helectriõis qdẽ filii oẽs p̃ter Lycinium: pterelæ uero p̃ter eueres:
Abierũt Traphii p̃dã auferentes: quã deposuerũt apud regẽ Elinesiũ Polixenũ. Amphitryo añt a Polixeno capiẽs My
cenas abduxit Helectriõ porro ulcisci cupiẽs filioꝝ interitũ. Amphitryoni filiã Alcmenã regnũq; pollicitus ẽ si aduer
sũ Teleboas ductitet exercitũ: q in pterelã inuectus una cũ Cephalo & Panopeo Taphios prius supare nõ potuit q̃ Co
mœtho pterelæ filia Amphitryõis amore capta e p̃ris capite aureã abscidit comã: deditq; Amphitryoni: quãobrẽ po
tius uictoria ẽ. Insularũq; iperiũ Cephalo dedit: uñ cephalenæ sũt appellatę. Interi mortuo iã helectriõe dum bellũ ge
rit uxore Alcmena potit⁹ est. s; Iuppit amore captus Alcmenæ: eã absente uiro cõpressit: grauida igit & ex Amphitryo
ne & ex Ioue fuit: quãobrẽ geminos uno partu enixa ẽ Herculẽ & Iphiclũ: cũ diuersis tñ conceperit tpibus idq; adeo usi
q; ueꝝ fuisse cõstat ut & Aristoteles iu libro de aialibus id memoriæ p̃diderit: posseq; fieri cõtenderit. Plautina ergo fa
bula hoc h; ut Iuppiter mutatus in formã Amphitryonis tãtisper quoad redeat a legiõibus domũ Amphityo cũ Alc
mena cubet Mercuriusq; sosię formã gerat Amphitryonis serui: & perinde sosiã Mercurius a foribus aduenientem ar
cet: cogitq; ad Amphitryonẽ redire: & quę uiderit memorare: nec credit Amphitryo quę mẽmorat sosias: q domũ ue
niens cũ uxor paulo añ secessisse domo: eũ arguat existimat uxorẽ stuprum cõmisisse: Iuppit Amphitryonis formas fu
mens ab ædibus ipsũ abigit iratus Amphitryo dũ minitaẽ cædem uxori & adultero & irrũpere in ædes studet: fragore
& crepitu tonitrus añ fores cõcidit nimia formidine correptus: inde leuatus & recreatus a Ioue est oblectatusq;: qđ Alc
mena geminos fuisset enixa: qđq; cum Ioue partũ diuisisset: hoc argumentũ fabulę. Quod autem ad carmẽ pertinet
paucis aperiemus: comœdiaꝝ propemodũ oium carmẽ certe iãbicum est: sed cũ iambici carminis innumerabiles sint
species utũtur comici in prologis quidã & argumẽtis iambico trimetro: ubi añt ad concertationẽ sermonũ deueniẽ ali
quando tetrametro quãdoq; ẽt pentametro. Trimetrum quidem appellatur carmen: quod senis concluditur pedibus:
quod breuitas iambi efficiat: ut duo pedes pro uno habeantur: unde Horatius. Syllaba longa breui subiecta uocaẽ iã
bus: pes citus: unde etiã trimetris acrescere iussit nomẽ iambeis cum senos redderet ictus: ad tardandã iambi celeritatẽ
spondeus admissus est: ut idem Horatius. Spondeos stabiles in iura p̃rna recepit: & quoniã longa in breues resoluiẽ re
soluta iambi longa ẽt tribrachus admittitur: resoluta spondei prima anapęstus: resoluta secũda dactilus: resolutis am
babus proceleusmaticus. q̃re in iambico qdem carmine pedes admittuntur iambus pater: & ad tarditatem inuehen
dam spondeus: ob resolutionẽ dactilus anapæstus proceleusmaticus & tribrachus. Pyrrhichius autem propter indif
ferentem ultimam syllabam in fine recte collocatur. Ephestion uero de iambico locutus carmine: Iambicũ inquit susci
pit in regione impari hoc est prima tertia & quinta. Iambum Tribrachum Spondeum Dactilum Anapæstum: In pari
uero hoc est secunda quarta & sexta. Iambum Tribrachum & Anapæstum: hoc apud comicos perpetuo. at apud Iam
bographos: & Tragicos rariuscule. Scason autem in fine Spondeum pro Iambo quod Hipponacteum nominatur: alii
claudum appellant. Indifferenter autem pręter quam in ultimo Proceleusmaticum admittit pariter & Tribrachum: si
modo ex aliis unus uel antecedat uel subsequatur: ne sit perpetuo ex longis aut breuibus.

In amphitryonis Argumentum.


Mphitryo profectus in hostes Teleboas: grauidam ex se reliquit uxorem alcmenam: cuius amore ca
ptus Iuppiter uersus in formam eius absentis coniugia: fingit ab exercitu noctu redusse. Illam compri
mit: moremq; gerit sibi: noxq; illa Iouis iussu facta longior. Mercurius ut suo seruiret patri summo Io
ui: serui Amphitryonis sosiæ cœpit imaginem: hoꝝ Alcmena deluditur dolis: fitq; rursus ex Ioue gra
uida: interim uictor hostium rediens amphitryo domum præmittit sosiam: ut nuntiet uxori reditũ:
is offendit Mercurium inquam: sibi similem seruum: ambo rixantur inuicem: a Mercurioq; excludi
tur domo: id idem contingit redeunti domum amphitryoni: quem uxor rata se ab illo deludi satis inclæmẽter accipit:
fitq; illi obuius pro Amphitryone Iuppiter: sicq; frustratur ab uxore atq; ab Ioue simul: fiuntq; gemini amphitryones
& sosię. Tandem arbiter accersitur Blepharo: uter eorũ uerus esset amphitryo recte ut discerneret: obstupuit ille & cer
ti nihil proferens abiit: interea tempus pariendi cum afforet: alcmena ex Ioue atq; ex uiro geminos uno enixu parit: ho
rum alter qui postmodum dictus hercules ex Ioue genitus (nam ex Amphitryone Iphiclus) binos enecat angues ma
nu: igitur Iuppiter ut mulierem insontem ostenderet: quam uir insimulauerat probri: magnum intonuit: reꝫ professus
ut erat: iubet igitur reconciliari uiro coniugem.

Ioannes Petrus Valla inclyto utrinsq; iuris doctori Scaramuzæ triuultio Mediolanensi patricio primario. S. D.
Eternam.


VM de Plauti fabulis inclyte scaramuza triuulti dñ apud te Mediolani eẽm inter nos uerba facerem⁹
nõnullaq; eaꝝ loca nõ minus deprauata: q̃ ob uenerãde antiq̃tatis ignorationẽ subobscura q̃ tñ mihi
succurrebãt: ut a p̃re interp̃tante didicerã castigataq; annotarã neq̃n memoria exciderẽt qđ sibi uelle
lẽt exponerẽ: ea sic abs te laudari aiaduerti: ut facile itelligerẽ te: quę tua est non mõ circa excellentissi
mas q̃sq; res elegãtia: sed ẽt magnitudo ai & benignitas cupere: ut ea ãnotata publicarẽ. Quare ego q
multis de causis tibi oia debeo cõmittẽdum nõ statui: ut isti tuo honestissimo desiderio satis nõ facerẽ:
s; liberalis hospitis more q ientacula mõ poscenti amico: ipsũ nisi saturũ dimittere noluerit: ñ solũ ea: s; alia ẽt pluscula:
q̃ tu postolaras: ut ut a tyrũculo ãnotari poterit edẽda curaui. Ceteꝝ cũ hãc nr̃am idustriã si q̃ mõ ẽ: cuipiã iscribẽdã

mācipā dāq̃ statuerē nemīnē cōperi: quę tibi tuæq̃ domui ñ mō añ ferrē: ſ; ne cōpararē qdē nec imerito. Quid.n. triuul
tia domo p totā Italiā dici pt insignius: a qua olim tanq̃ saluberrime stellæ omnibus ingenuis artibus excellentes q̃ pluri
mi effulserint uiri: ut nřa ætate Illustris princeps Io. Iacobus Triuultius patruus tuus: q hoc propriū & peculiare sibi nō
dicauit: ut iam alter Hercules ad improboꝝ hominum obtundēdas atterendasq̃ uires esse dicatur. Quo sciētia rei mi
litaris nemo peritior: autoritate nemo superior: fœlicitate nemo faustior. In tractandis quę ad muniēdū exercitum per
tineant nemo laboriosior. In periculis subeundis: duce prudentia: nemo animosior. Quid in conficiēdis rebus celeritatē
memorem: ad prouidendum rebus omnibus uigilantiam atq̃ consilium: sed hæc pauca præ quæ de ipso dici possent.
Quid pręterea reuerendissimo Antonio astensi episcopo fratre tuo: ut aliorum insignes omittā uirtutes dici potest inte
grius: continentius: iustius ue: ad cuius recte sancteq̃ uiuendi normam: & indefessam ad subueniēdum amicis ac ho
nestis uiris prōptitudinem non una lenitatis pietatisq̃ laus accedit. Erectam uero ad omnē æquitatem mentem tuā om
ni laude dignissimam: tuamq̃ erga studia nec legum modo: quarum doctor peritissimus haberis & es: sed omnium bo
narum disciplinarum uigilantiam satius mihi duco silentio prætereūdā: q̃ paucis perstringendam: quæ enim pruden
tia: quæ probitas: quæ iustitia tanta usquam fuit quæ tuis exemplis non posset illustrari. Proinde cum his tantis uirtu
tibus præditus sis ubi gentium quo ue in loco nostrarū frugum primiciæ sedem potuere sibi firmiorem præstantioremq̃
uēdicare q̃ apud te tuamq̃ domū tā multipliciter illustrē: q tantopere eis oblectet is qq̃ nec quenquā ut de mecenate Ho
ra. inqt naso suspēdis adunco: si igit eas tibi placuisse cognouerimus nō exiguā uidebimur apd oēs laudē ꝯsecuti. Vale.

¶ Ioannis Petri Vallę in plautinas Comœdias commentationes.



Lautinas uiginti comœdias (nā plures nostra tempestate non cōparent) soli patri meo cunctas pu
blice professo: Venetiis multi quidē operā dedere: quæq̃ ipse docuit aperuitq̃: ut alia plæraq̃ ex
ceperunt: sed alii aliorsum pro animi libidine: ac etiam ut facultas tulit & occasio annotarunt. Fue
runt namq̃ qui sibi dūtaxat scriberent: & suis domi contenti cōiectaneis fruerentur. Fuere qui exce
pta ab ipso aliis prodere conati sunt. Quorum scripta cū eorum quę a patre meo tradita erant uix
quandā ne qd grauius dicam referrent imaginem. Cēsuimus ne qua demum patri meo incurię cul
pa inureretur q̃ celerrime a nobis fieri potuit prouidendū. testes enim sunt mihi aliquot cōdiscipu
li non plus trimestri spatio pauculis hisce colligendis atq̃ cōscribendis fideliterq̃ tradendis quam
maxime a me tā angusto tēpore fieri potuit adhibuisse: repetita quæ olim hauserā notarāq̃ memo
ria: ut aliquanto ante hæc cōscripserim q̃ ille exceptæ notationes fuerint impressę. Aliquādo ube
riora scripturus cōmentaria. Cum plus otii nacti fuerimus: Nam Venetiis quē fugiat est nemo qua utiq̃ diligentia pa
ter meus oia semper fuerit interpretatus: neq̃ tamen, ut in meridie, quo uetus usurpem adagium, Lucernam succenda
mus. Sed in aliquatenus a multitudine remotioribus cōmoremur: quod nunc properando nō facere adacti sumus. De
niq̃ hoc tantisper propere editū in his latinæ linguæ angustiis moliri (ut reor) minime iprobandū cōpellimur. quā
do non modo Varro: Sisenna: Carisius: Donatus: Seruius & pleriq̃ alii litteratores periere: qui hunc laborē: atq̃ ut nūc
sic loquar mendicabula si uiuant nobis exemerint. Quin imo ne quidē Plautum ipsum nobis habere contigit nisi conci
sissimum: atq̃ quod superest deprauatum. Nos tamen in tanta rerum difficultate has pauculas censuimus ex Plauto re
liquias potius q̃ nullas quoquo fieri modo posset tanquā sancti alicuius uiri ossa esse colligendas. Nam licet diuus Hie
ronymus super Eusebio dicat Plautus ex umbria sarsinas romæ moritur: qui propter annonæ difficultatem ad molas
manuarias pistori se locauerat ibi quotiēs ab opere uacaret scribere fabulas & uēdere sollicitus cōsueuerat. Nempe tātu;
a fortuna uexatus: ut Homerus ut pleriq̃ alii uiri doctissimi. nihil tñ de diuina eius minuitur eloquentia qñ quide; do
ctissimorum uirorū cōsensu in eo dicendi genere primas tenet. Cecilio ex decē comicis latinis ob grauitatē solū primus
tribuit locus. Cæteros in secūdo loco superare facile cōceditur: ut nō iniuria dixerit Varro musas epistolonis sui a Plau
tino sermone loquuturas fuisse si latine loqui uellēt: cui etiā accedere uidetur Quintilianus astipulari Aulus gelius qñ
quidem Plautū Romani eloquii delicias appellauit. Macrobius quoq̃ cū animaduerto inquit duos quos eloquentissi
mos antiqua ętas tulit Comicū Plautū: & oratorē Tuliū in iocoꝝ uenustate alios pcelluisse. Plautus & enim ea re clarus
fuit: ut Comœdiæ q̃ post mortē eius incertæ ferebantur de iocorū copia dicendiq̃ uenustate plautine notę fuerint: ac de
Plauto hactenus. Iam de Comœdia paucula colligamus.

¶ De Comœdia.

Omœdiam igitur Aristotelis sentētia megarēses sibi asciuerunt illic siquidem erat poeta epicarmus &
phormis. Principiū nāq̃ ex sicilia uenit sicut apud athenienses crates primus incepit. Alii in pelopon
nesso argumentū a nomine captendo comas siqdē uocari aiūt ab illis colonos: uñ & comœdia. Alii co
mœdiā a comessando. i. epulando. Athenienses autē suam esse uolunt & a uicis appellatā: comas enim
illi uicos uocant: Inde etiam sumūt argumentū peloponnenses quod drāmata einsmodi dicant fabula
menta: qm quod ipsi dran. i. facere dicant atheniēses non dran: sed pratin. Comœdia inquit Aristote
les est improborū imitatio nō per omne uitium: sed turpitudinis pars ridicula. Ridiculū nāq̃ est delictū quoddam atq̃
turpitudo doloris expres uelut ridicula facies turpe qddā citra dolorem. Tradūt alii comœdiæ Tragœdiæ satyræ &
mimorū initiū a rusticanis hoībus apud atheniēses diuitum cōquerētibus iniurias: & primo uersus confinxisse sussario
nē: & inde cōsecutos q priscā scripsere comœdiā: de quibus Hora. Eupolis atq̃ cratinus aristophanesq̃ poetę. Atq̃ alii
quorū Comœdia prisca uirorū est. Scdo tēpore successit mitior comœdia: ut menādri: & philemonis ita alioꝝ. Alii a
diuinis rebus principiū fuisse putauerūt. Quēadmodū & tragœdiæ qbus pro fructibus collectis operantes uota solue
rent antiq. Nā succēsis altaribus & admoto hirco id genus carminis sacer chorus Baccho reddebat: uñ & Horatius. Vi
lem certauit ob hircū. Inde tragœdiam dici uoluerūt ἀπὸ τοῦ τράγου hoc est ab hirco: uel quod hirco donarētur: uel
qd hirci uter musto plenus solēne præmium cantoribus foret. Vñ & Horatius: Vnctos saluere p utres. Alii autē tragœ
diam dictā putāt qd tryga fœcē gręci uocāt: siqdē añ psonas ab ęschylo inuētas fœce ora inquinabāt. Inde Hora. Ignotū
tragicę genus inuenisse camœnæ. Dicit & plaustris uexisse poemata thespis. Quæ canerēt agerentq̃ peruncti fœcibus
ora. Post hunc psonæ pallæq̃ reptor honestę. Eschylus & modicis instrauit pulpita tignis. Et docuit magnūq̃ loq nitiq̃
cothurno. Successit uetus his comœdia nō sine multa laude sed in uitiū libertas excidit & ui. Digna lege regi lex ē acce
pta chorusq̃. Turpiter obticuit sublato iure nocēdi. Thesphin qdē primū scripsisse tragœdias multi tradiderūt: ſ; Pla

to in minoe ante thesphin fuisse tradit Tragœdias. Satyras scripserunt græci carmine iambico fabulas: quas a satyris .i. rusticis illotis atq; petulantibus nominarunt: unde & Horatius. Mox etiam agrestes satyros nudauit: & asper Incolumi grauitate iocum temptauit: eo quod. Illecebris erat: & grata nouitate morandus. Spectator functusq; sacris & potus & exlex. Verum ita risores ita commendare dicaces. Conueniet satyros ita uertere seria ludo. Ne quicq; deus quisq; adhibebitur heros. Regali conspectus in auro nuper & ostro. Migret in obscuras humili sermone tabernas. Aliter apud latinos Lucilius quem secuti Horatius Persius Iuuenalis: sicut & a comœdia aliam quoq; secuti rationem. unde Horatius. Nil intemptatum nostri loquere poetæ. Nec minimum meruere decus uestigia græca. Ausi deserere: & celebrare domestica facta. Vel qui prętextas: uel qui docuere togatas. Nam prætextas a prætexta ueste nobilium: quod nobiles personæ inducerentur: sicut togatas a toga ignobilium & romanorum: quoniam paliata a tegmine gręcorum palio: quę a græcis in latinum conuersa esset nominata est. Veluti tabernaria tabernis: idest uilissimis hominibus ubi sermones quoq; uiles: ut paulo ante per Horarium ostensum est. Atelanę autem dictæ ab atella oscorum ciuitate immunda: sicut plani pedes quod in plano orchestræ agerentur. Rinthonicæ ab actoris nomine. Latinæ quidem fabulæ a Liuio andronico primū cœptæ inde ab aliis celebratæ apud Romanos quo fere tempore camillus uita functus est pestilentia exurgente cum uis morbi nec humanis consiliis nec ope diuina inquit Liuius leuaretur uictis superstitione animis. Ludi quoq; scænici noua res bellicoso populo. nam circi modo spectaculum fuerat. Inter alia cælestis iræ placamina instituti dicuntur. Cęterum parua quoq;: ut ferme principia omnia & ea ipsa peregrina res fuit sine carmine ullo: sine imitandorum carminum actu. Ludiones ex hetruria acciti ad tibicinis modos saltantes haud indecoros motus more thusco dabant. Imitati deinde eos iuuentus simul inconditis inter se iocularia fundentes uersibus cœpere: nec absoni a uoce motus erant. Accepta itaq; res sępiusq; usurpando excitata uernaculis artificibus quia hister thusco uerbo Ludio uocabatur nomen histrionibus inditum: qui non sicut ante fescennino uersu similem incompositum temere ac rudem alternis iaciebant: sed impletas modis satyras descripto iam ad tibicinem cantu: motuq; congruenti peragebant. Liuius post aliquot annos qui ab satyris ausus est primus argumento fabulam facere: idem scilicet id quod omnes tum erant suorum carminum actor dicitur. cum sæpius reuocatus uocem obtudisset uenia petita puerum ad canendu; ante tibicinem cum statuisset canticum egisse. Aliquanto magis uigente motu: quia nihil uocis usus ipediebat inde ad manum cantari histrionibus cæptum. diuerbiaq; tantum ipsorum uoci relicta. postquā lege hac fabularum ab risu: ac soluto ioco res auocabatur: & ludus in artem paulatim uerterat. Iuuentus histrionibus fabellarum actu relicto ipsa inter se more antiquo ridicula intexta uersibus iactitare cœpit: unde exhodia quę exordia postea appellata: consertaq; fabellis potissimum attellanis sunt. Quod genus ludorum ab oscis acceptum tenuit iuuentus: nec ab histrionibus pollui passa est. eo institutum manet: ut actores attellanarum: nec tribu moueantur: & stipendia tanquā expertes artis ludicrę faciant inter aliarum parua principia rerum: Ludorum quoq; prima origo ponenda uisa est: ut appareret quā ab sano initio res in hanc uix opulentis regnis tolerabilem insaniam uenerit. Comœdiarum alię motoriæ: aliæ statariæ. Mixtę aliæ dictę sunt. Motorię quidem turbulentæ. Statariæ quietiores. Mixtę ex utroq; consistentes. Comœdię partes: ut quidam scripsere hę quattuor. Prologus. Prothasis. Epitasis. Catastrophe. Prologus est pręfatio. Prothasis prius act⁹: Epitasis incrementum processusq; turbarum. Catastrophe conuersio rerum ad iucundos exitus. Dionysius autē & crates & euclides aliis has partes nominauere appellationibus. Primam quidem prologum dicentes: sed secundam melos chori. Tertiam episodium. Quartam exodum. Agebantur comœdiæ tibiis paribus aut imparibus: & dextris: aut sinistris. Dextrę sua grauitate seria indicabant. Sinistrę acuminis lenitate iocum in comœdia arguebant. In dextra & sinistra mixtum iocum & grauitates indicabant. Quę a principio humilis apud romanos postea superbior. Horatius. Tibia non ut nunc orichalco iuncta tubæq;. Emula: sed tenuis simplexq; foramine pauco. Aspirare & adesse choris erat utilis. Deinde mox subiungit. Sic priscę motumq; & luxuriam addidit arti. Tibicem traxitq; uagus per pulpita uestē: hoc est syrma: ut in tragœdiis. Membra comœdiarum tria sunt quibus priscę tenebantur. Diuerbium: Canticum: chorus. Personę diuerbiorum aut duæ: aut tres: Aut raro quattuor: ideo ait Horatius. Nec quarta loqui persona laboret. Nam ultra augere numerum non licet. In canticis una tantum debet esse persona. Aut si duæ fuerint ita esse debēt: ut ex occulto una audiat nec loquatur nisi secum. In choris non est personarum numerus definitus. Comicis senibus a foraco per ædiles candidus uestitus attribuebatur: quod is antiquissimus fuisse memoretur. Adolescentulis Discolor. Serui comici amictu exiguo contegebantur paupertatem præse ferendo antiquā: Aut quo forent expeditiores. Parasiticū intortis palliis ob collum ueniebant. Lęto uestitus candidus. Aerumnoso obletus. Purpureus diuitii. Pauperi phœniceus dabatur. Militi chlamis purpurea. Puellę habitus peregrinus. Lenoni uarii coloris pallium. Meretrici ob auariciā luteus amictus. Atq; hęc de comœdia in præsentia satis. Nunc de carmine iambico pauca subiicienus.



Armen iambicum polystephanus nomen habuisse existimat ab iambe ancilla metęira hippothoontis uxore quę cum uidisset popularem quandam alias iocularem tristatam mulierem iocularesquosdam & ridiculos de ipsa composuit uersus a qua inquit carmen iambeum. Alii putant ab iambizo quod ē conuitior dictum iambum. Verum uerbum ipsum iambizo potius nomen ab iambo uidetur habuisse. Ferūt alii carmē iābicū ab archilocho originē habuisse. Horatius. Archilochū ꝓprio rabies armauit iābo. Hūc socci cœpere pedē grandesq; cothurni. Alternis aptū sermonibus & ꝑpłares. Vincentē strepitus: & natū rebus agēdis. Aristoteles tñ existimat inuentū quod plus cęteris pedibus sermonibus cōgruat omnibus qñ quidem loquendo etiam imprudenter in iambicum incidamus metrum: sed iambicum metrum multiplex. Monometrum quod duobus pedibus constat. Dimetrum quaternis. Drimetrum senis. Tetrametrum octonis. Pētametrū denis. Hexametrū duodenis. Et aliud metrū est acatalecticū nempe integrū catalecticū cui deest. Barchycatalectum ubi syllaba uel tēpus deest. Hipercatalectū ubi superest uel syllaba uel pes dimidius: his utunt̄ comici omnibus generibus. Vtuntur & alii. Recipit hoc metrū imprimis iambū in locis paribus sicut ꝑ resolutionem longę in duas breues ibidem tribrachū. Locis uero imparibus ad tardandam iambi celeritatem recipit spondeum. Horatius. Syllaba lōga breui subiecta uocatur iambus. Pes citus: unde etiam trimetris accrescere iussit. Nomen iambeis: cum senos redderet ictus. Primus de extremum similis sibi: non ita pridem. Tardior ut paulo grauiorq; ueniret ad aures. ꝟ Spondeos stabiles in iura paterna recepit. Commodus & patiens non ut de sede secunda. Cederet aut quarta socialiter hic & in acti.

Nobilibus trimetris apparet rarus & enni. Per resolutionem igitur primæ spondei syllabæ recipit ibidem etiam anapestum. Per resolutionem secundæ dactylum. Per resolutionem utriusq; proceleusmaticum. In fine uero propter indifferentem syllabam ultimam: etiam pyrrhichium: ut omnino recipiat iambum tribrachum. pyrrhichium. Spondeũ. Dactylum. Anapestum. Proceleusmaticum: qui in aliis sedibus q̃ quas diximus locant non ex arte locuntur: ut terẽtianus de iambico. Sed qui pedestr is fabulas socco præmunt: ut quæ locuntur sumpta de uita putes. Vitiant iambum tractibus spondaicis. Et in secundo: & in cęteris æque locis. Fidemq; fictis dum procurant fabulis. In metra peccant arte: nõ inscitia. Ne sint sonora uerba consuetudinis. Paulumq; rursus a solutis differãt. Magis ista nostri. nã fere græcis tenax. Cura est iambi uel nouellis comicis. Vel qui in uetusta prælucent comœdia. Comici tamẽ nostri trochaicis quandoq; utuntur & crebris synalœphis & episynalœphis & collisionibus. Teren. plus omnibus in prologis trimetris semper. ut Plautus ubiq; obseruasse perspici potest. Tetrametris autem alibi sicut & pentametris & hexametris. Miscentur tetrametri cum dimetris brachycatalectis: ut in prima scæna Plautus in amphitryone cum usus fuisset tetrametro. Qui me alter est audacior homo: Aut qui confidentior. Tetrametrum est. Iuuentutis mores qui sciam qui hoc noctis solus ambulem tetrametrum. Mos dimetro brachycatalecto usus. Ita peregre aduenięns & similiter. Qui hoc noctis a portu. Dimetris. quoq; catalecticis nempe quibus una deest syllaba. Vt ingratis excitauit. Vel Dimetris hipercatalecticis qbus una superest syllaba: ut ibidem. Hospitio publicitus accipiar. Vtitur & monometro. ut in truculẽto. Pessima mane. Et rursus. Optime odio es. ac de metro iambico hæc satis: quilibet enim reliqua per se poterit perspicere. Nũc amphitryonis argumentum paucis attingamus.

ELius & mestor fuere fratres. mestoris & lysidices Pelopis filiæ hippothoe filia: ut apollonii rhodii tradit interpres. Strabo quoq; & alii multi. Ex qua & neptuno fuere taphus & telebas qui echinadibus insulis imperitarunt: unde teleboæ & taphi sunt populi appellati. Taphiis filius fuit pterelas: hunc neptunus inuictum fecit: ut quãdiu quem in uertice aureum dederat capillus haberet incolumem. Tamdiu foret insuperabilis. huius filia fuit comœtho: mares chromius: tyrãnus ampolus. Chersidamas: mestor euheres. Vt uero quidam tradiderunt: Antiochus: Chirodamas: tyrãnus. Telebas Taphus: chromius. Electryon uero cum uxore alexo mycenensibus imperabat: quorũ filia Alcmena filii stratobates. Gorgophonus: Philonomus: Celæneus. & lycimnius nothus: quem ex medea phrygaica susceperat cum ex phrygia mycenas ad electrionem se recepisset. Teleboe igitur mycenensiũ affectantes imperium plerisq; cum ipsis in certamen descenderant. Proinde fuit cum pterelæ filii mycenenses ex improuiso agrederentur: & electrionis filios occiderẽt incõpositos pariterq; occiderẽtur bouesq; abigerent omnes: & eaz omnẽ regionem diriperent. Et perinde cum in eo cõgressu pterelæ filii præter euherem oẽs. Electryonis autẽ prꝫter lycimniũ omnes interfecisti essent. Taphii quæ rapuerant apud polyxenũ heliensiũ regẽ deposuerũt. Electryon indignatus promulgauit Alcmenẽ uxorẽ pariter: & regnũ se ei traditurũ q has ulcisceret̃ iniurias. Amphitryo itaq; thebis qui tũ sub creõte rege thebanoꝝ clarissimus in re bellica habebat̃ delectus est exercitus imperator aduersum teleboas. Vt ob eam expeditionem ei Alcmena despõderetur a polyxeno prędam accipiens mycenas adduxit. Inter adducendũ cum forte bos una a toto grege aberraret in ipsam amphitryo clauam iaculatus ipsum occidit electryonẽ Sthenelus aũt ex mycenis amphitryonem persecutus est mycenisq; & tirynthi imperauit. Amphitrio autem a creonte qui thebanis imperabat cædis habuit piaculum: qui purgatus cum creonte & cephalo: nec non panopeo: ut lycophron uoluit. Contra taphios & teleboas profectus est. Is antequam in teleboas duceret exercitum alcmenam grauidam fecit. Absente amphitryone iuppiter in amphitryonis formam immutatus comite mercurio: qui faciem sosiæ gerebat amphitryõis munere perfunctus est: noxq; facta longior: qui pariter grauidam fecit. Interim pterelæ filia comœtho amphitryonis: ut quidam peribent. Velut alii amore capta cephali amphitryonis socii ex patrio capite aureum crinẽ amputauit ac dedit: ut tradunt alii amphitryoni: ut alii cephalo. Potitus ergo uictoria amphitryo rege pterela obtruncato eius aurea patera donatus est: olim carissima pterelæ eas insulas amphitryo tradidit cephalo: quas habitans a suo nomine cephalenas nominauit. Tradunt tamen quidam ut asclepiades quod antequam in taphios & teleboas ducerent exercitum iurasse omnes marti & palladi se prædæ magnam partem redituros. Solus panopeus iusiurandũ præteriens spolia occultauit: ob hoc filium habuit epeum: qui ligneum equum extruxit: quo troia capta est. Ex alcumena igitur nati hercules compræssu iouis: & iphicles amphitryõis. Iphiclis filius fuit iolaus: quo auriga usus hercules aduersus cygnum rapientem munera quæ pythio appollini offerenda deportabantur. Cygnum igitur occidit & ut hesiodus tradit Martis filio succurentis femur traiecit. Mars in trachina ad ceyca uulneratus se contulit: erat enim cygnus socer ceycis de filia themisthonohe. Præmisit igitur amphitryo domum seruũ sosiam qui Alcmenam cõmoneret eorum quæ gesta forent. is pro foribus mercurium formam sosiæ gerentis cõperit: a quo abactus est: qui reuer sus ad amphitryonem quæ uidisset memorauit. mentitum ratus amphitryo domum repetens ab alcmena iurgio exceptus est. Illo abeunte iuppiter in antiquam restituit concordiam in faciem mutatus amphitryonis. Rursus redit amphitryo blepharone arbitro uter esset amphitryo nequedite decernere. Res dubia relicta est. Rapiunt ergo se pro mœchis iuppiter & Amphitryo: Interim tonitru aere concusso concidit amphitryo. Alcmena parturit Herculem iouis filium: & iphiclũ amphitryonis quod non esse fabulosum arguit Aristoteles quippe qui eo testimonio usus est in libris de animalibus: ut ostẽdat diuersis temporibus plures concipi posse. Deniq; amphitryo gauisus est re intellecta quando quidem cum ioue suam rẽ communem habuerat ioue pollicente pro ipso omnia se facturum.

Nominum etymologiæ.

NOminũ interpraetationes quæ in hac inducuntur comœdia sunt quorum primus iuppiter qui cuncta dicitur continere: ut Valerii sorani uersus quos Varro adducit ostẽdunt. Iuppiter omnipotens regum rerumq; deumq;. Progenitor genitrixq; deum deus unus & omnes. Qui exponũtur cum marem existimarent qui semen mitteretur fœminam quæ acciperet iouẽ esse mũdũ cum oia fæmina ex se mittere: & in se recipere fuit causa cur ita soranus loqueretur: cui sentẽtiæ Aristoteles quoq; astipulatus inquit in libro de mũdo. Cum autẽ sit unus multimodus est nominatus ab omnibus passionibus quas innouat ipse: uocamus enim eum iouẽ & ζῆνα & ζῆν: dicentes idest uiuere ac si diceremus per quem uiuimus. Dicitur autem saturi filius quasi χρόνου idest temporis cum ab æterno processerit absq; fine in alia sæcula: nec non astrapæus: & bronteus: & æthérius: & æthuius cæ

raunius. & hyectius ab astrape q̄ est coruscatio & bronte qđ est tonitru & æthra serenitas & ceraunos qđ est fulgur: & hyectos qđ ē pluuia. Porro uelut aiūt poetæ soter: & eleuterius & ad sūmā loquēdo cælestis & terrestris appellādus a q̄libet natura & fortuna uelut ens ipse oium cā pp quod non male dr̄ in orphaicis. ζευς πρωτος γενετο ζευς υστατος αρχικεραυνος ζευς κεφαλη ζευς μεσα διος δ᾽εκ παντα τετυκται. ζευς πυθμην γαιης τε και ουρανου αστεροεντος ζευς αρσην γενετο ζευς αμβροτος επλετο νυμφη. ζευς ορμη πυρος ακαματου. ζευς πνοιη παντων ζευς ποντου ριζα. ζευς ηλιος ηδε σεληνη. ζευς βασιλευς. ζευς αρχη παντων ηδε τελευτη παντα γαρ κρυψας παλιν αυθις φαος ες πολυγηθες εξ ιερης κραδιης ανενεγκατο μερμερα ρεζων. Cicero tñ ubi de natura deorū scribit ioues plures inqt in priscis græcoꝝ lrīs inuenimus: necnon plures Hercules statim ibidē subiūgēdo. Ex eo igit & & lisito est is Hercules quē certasse cū apolline de Tripode accepimus alter tradit nilo natus ægyptius: quē aiunt phrygias lrās cōscripsisse. Tertius est ex ideis indigetis cui inferias afferūt. Quartus est iouis & asteriæ sororis Latonæ quē tyrii maxime colūt: cuius carthaginē filiā fertur. Quintus indis qui bellus dr̄. Sextus hic ex alcumena quē iuppiter genuit. Idē quoq; Cice. in eodē Mercurios quinq; fuisse memorat. Mercurius unus cælo patre natus dia matre: cuius obscenis excitata natura credit q aspectu proserpinæ sit cōmotus. Alter ualentis & foronidis filius: is qui sub terris habetur. Idē triphonius. Tertius ex ioue tertio natus & maia ex quo & penelopa natū ferūt. Quartus nilo patre quē ægyptii nephas appellare habēt. Quintus quē colūt fenatæ qui dr̄ argū interemisse ob eāq; cām ægypto præfuisse: atq; ægyptiis leges & lrās tradidisse: hunc ægyptii tenē appellant: eodēq; noie anni primus mēsis apud eos uocat. Macrobius in saturnalibus multis exēplis studet cōprobare iouē solē esse: quia ad binos deos fere oēs redigit. Verū ut numina multis sunt multa appellata uocabulis: ita iouē latini mō uictorē: ut inqt Varro ac diuus Augustinus: mō uictū mō opitulū: mō impulsorē: mō statorē: mō centū pedū: & supinalē: & tigillū: & ruminū: & adhuc aliis latini noiauere uocabulis: græci aūt dia iouē dixerunt. Vnde & sub dio. i. sub aere. Vnde & Horatius. Manet sub ioue frigido uenator. Nominauere nū quasi mentē: unde & eius ac mnemosines. i. memoriæ dicunt filiæ musæ: ut latini a iuuādo iouē dixerunt. Dicit ēt a græcis his oibus noibus hicesius. hephestius: hortius. Dodonæus. Idæus. Hertius: polieus: hetgrius. Cęneus. Milichius. Ceraunius. Aeginchus: epius. pitius. Xenius: soterius. Ancylometes. Pisæus. Mæstor. Phyxius. Celænephes: catębates. beleus. Phytalmius. Elutherius. egridupus. Patrous. homoguius. Ctesius. Buliçus. Tropæuchus: alastor. Palamnæus anxurus quasi ἀξυρίας qđ est sine nouacula qa barbā nunq̄ rasisset. Mercurius aūt ut qdam putant a mercimoniis qbus præest: ut uero diuus Augustinus putat q̄si medius currēs qđ medius sit inter hoies sermo. a gręcis mō hermes dictus mō lygius: mō argiphontes: mō nomius: mō Cylenius: mō eriunius. Aliqn̄ socus. Quādoq; cerdous necnon chrysorrhapis & diactorus & acocetus. Deoꝝ nuntius: iō pedibus hēt talaria. Dictus ēt psycopōpus cū aias agit ad iferna: & agoræus & empoleus: effingit aūt sine manibus & sine pedibus figurę q; quadratę surrecta habēs uirilia. quę oia ad orationē referunt. Ac ut in cælo stella iouis phenō appellat: ita & mercurii stilbon. i. radians. Cū tñ Aristoteles dixerit hærentes cælo stellas ab lōginqtatem radiare. Cū ergo mercurius ppinqssimus cadiet neutiq̄ recte dixit Aristoteles. Is peribet lyrā primus inuenisse chordaꝝ septem ob septē planetaꝝ rationē: eius filia a poetis fuisse palæstra peribetur. ¶ Alcmena: ut gręce ἀλκμήνη ἀπὸ τῆς ἀλκῆς. i. a robore: qm̄ mulier multū prę se tulerit animi cōstātiæ ad uiros pxime accedēs. Amphithryo. ab ἀμφὶ: qđ ualet circū & τρύζω gemo: uel τρύχω. i. uexo. qm̄ hęc incurrit. ¶ Blepharo. Dictus blepharo qđ non satis discerneret uter esset amphitryo: quasi ob ciliorꝝ magnitudinē parum uidens: nā blępha ra dicūtur cilia. ¶ Sosias. a soso. i. cōseruo & custodio: utpote seruus quē domus conseruatorē esse oporteat. ¶ Bromia ancilla. Bromia uidetur dicta quasi bacchans. nam bromius bacchus dictus ἀπὸ τοῦ βρέμειν. i. a fremendo.

Pyladæ Buccardi Brixiani cōmentarius in Plauti Amphitryonē. Argumentum.

PErseo argiuoꝝ rege defuncto ut Alcęus apollonii interp̄s ait: Sthenelus Mestor: Electryon & Alcæus regnū cōiter habuisse dicunt. Mestoris aūt filię hippothoes. & neptuni: filius fuit pterelas: quē ut fama est: Neptunnus bello insuperabilē fecit: quādiu in capite Comā gestaret aureā: ab ipso neptūno illi datā Pterelæ filii aliquot fuere: Inter quos Telebous: & Taphus: filiaq; unica noie polydice: siue: ut alii: Comætho. Ab hoc Tapho: Taphū insulā dictā asserunt in qua ipse pterelas cū filiis habitauerit. Taphios q; populos oēs eoꝝ ditioni subiectos: nā & echinadibus quidā illos iperitasse aiunt. Feruntq; Pterelę filios una cū taphiis: postq̄ ab Electryone Mycenas obtinente. petiissent bona: q̄ fuerāt hiopothoes matris Pterelæ: ut dictū est: & ille ea tradere recusasset: icursionē fecisse in agrū Myceneū: Et boues. p̄dam q; p̄terea nō paruā abegisse: a qua boū abductione. Teleboæ itē Taphii dicti sunt: qm̄ τῆλε longe: & βοῦς bos a græcis dicant uel a Teleboo altero pterelę filio. eam ēt cognominationē dedu xerunt: ut inqt idē. Alcæus interpres. Sed & electryonē sua cū filiis tutari conantē: in ea Taphioꝝ incursiōe. qdam occisum ferunt a Teleboo. Is aūt Electryon Alcæi Amphitryonis patris frater fuit. & eoꝝ pater Gorgophō: Persei filius Alcæus argis habitauerat. ibiq; Amphitryonē genuerat. postea quū oia ad Thebanoꝝ imperiū deuenissent: Et Amphitryo Alcmenā Electryonis filiā cōsanguineā suam uxorē sumpsisset: Statuerūt Thebani: qbus tunc rex erat Creō: exercitū aduorsus Taphios. siue theleboas mittere: qbus pterelas iperabat: ut ab eis pœnas sumerēt eoꝝ: q̄ in electryonem ppetratāt. Cui exercitui placuit Amphitryonē p̄ficere. Is igit Amphitryo assumpto secū Cephalo Deionei filio: in pterelā profectus: nō prius superare potuit: q̄ filia ipsius Pterelæ amore Amphitryonis capta. e patris capite aureā abscidit comā: dediq; Amphitryoni. Tum demū. n. illū obtruncauit: Et uictoria potitus: insulaꝝ imperium cephalo dedit. a quo cephaleniæ. & populi ipsi cephalenii appellati sunt. De hac autē Pterelæ filia Ouidius intellexit: quum in ibim dixit. Quā tua uel pterela: uel tua Nyse fuit. ¶ Dū igit Amphitryo peregre cū exercitu abest: Iuppiter captus amore Alcmenæ eius coniugis: absentiæ illius occasionē nactus. p̄uenit & p̄occupat Amphitryonis reditū. Sumptaq; illius facie: Et secū ducto Mercurio Sosiæ imaginē gerēte ad Alcmenā diuertit: Cū illaq; cubās: ac tres in unā noctē adglutinans: ut sic lōgiorē cū illa uoluptatē caperet: grauidā facit herculē: quū prius Iphiclū quoq; in utero. ex Amphitryone cōceptū haberet. Mercurius aūt habitu Sosiæ ianuā seruans: dū Iuppiter cū illa cubat: superuenietē uerū Sosiam Amphitryonis ab exercitu in portū naui reuersi seruū abigit a foribus. Et deinde quū Iuppiter ab Alcmena discessisset simulans ad exercitū redire: Amphitryonē aduenientē Alcmena conspicata: quid tam cito reuertat interrogās: iratum illum reddit. Interq; ipsos coniuges: iræ: iurgia: & contumeliæ intercedunt. quū illa eum secum nocte cubuisse asseratisq; stuprū

isq; struprum illatum ei a quo piam suspicetur. Tum Iuppiter Amphitryonis itez facie sumpta: Amphitrionem rur/
sum illudit: quoadusq;. partus ipe aduentante: uoce missa ex ęthere: Iuppiter confessus est se adultez fuisse: & Amphi
trio recognita oblectatus: & se boni dimidium diuidere cum Ioue libens gaudensq; passus est.

¶ Reuerendo Dn. Ioanni Lucino Arnutio Alexandrino humanarum diuinarumq;
rerum consultiss. Thadaeus Vgoletus. S.P.D.



Eteres Graecorum grãmatici quos criticos appellabant piluri: seuerisq; iudicii ac celeberrimi doctrina/
rum pfessores: codices tpm incuria: aut librariozz indiligentia deprauatos aut alia quapiam causa ui
tiosos: uitia tollentes: curiose emendare distinguere & adnotare consueuerunt. Quare nunq̃ alicuius in
diligentiã impunitã transire passi sunt. Nã & in Homezz poetazz parentem: iudicii sui spicula torquere
non extimuerunt. Constat eni Iliadem (ut uersus obelo notatos praeterfluere sinã) in uiginti quatuor
uolumina: secundũ. xxiiii. literazz numezz quo graecia utitur: totidemq; Odysseas: non ab ipso poeta s
sed a grãmaticis fuisse diuisam. Nñ quoq; in oibus graecozz studia sectati: Eaq; ab initio tenuiter accepta mox in effu/
sum ac latum eruditionis cãpum dilatare soliti itidem fecerunt. C. Octauius Lampadio. Naeuii bellũ punicum unico
uolumine expositũ propter magnitudinẽ in septem diuisit. Tucca & Varrus multa in Vergilio mutasse creduntur. M.
etiam Tullius romanae eloquentiae unicũ prope lumen: non pazz laudis se adeptũ putauit si Lucreti libros qui sũt scri/
pti ad. C. Memiũ de natura rezz q̃ emendatos posteritati traderet. Quom aũt nostris tpibus omnia fere uolumina par/
tim librariozz inscitia: partim impressozz negligentia aut tpm uitio magnis scateant erroribus: Omnis grãmaticorũ
turba: non solum sordidior: sed si dis placet et lautior hanc emendandi consuetudinem ita auide souet obseruat & am
plectitur: ut nil sapere se putet nisi in emendandis codicib⁹ ingenii sui uires ostentauerit: mallitq; aliena corrigere q̃ sua
prodere. Ego quoq; non inuitus ad emendandũ Plautum me adcinxerã & unus de grege illo essem: ac tibi Plautinarũ
deliciazz studiosissimo morẽ gererem: sed Pyladę Brixiani lucubratiões me hoc onere leuarunt: tantum nominis ac au
ctoritatis adeptae apud grãmaticos semitarios oia quasi p nebulam cernentes: ut solus hic Plautinos sales: & numeros
ab inferis reuocasse putetur. Sunt tamen si uezz fateri uoluerimus non indignae cognitione: ut pote quinquẽnio elabo/
ratae nec dũ absolutae. In his tñ multa sunt quae probes: multa quae damnes ac reiicias: dubitesq; utrũ uitia an uirtutes
maiores. Nam nisi me gustus fallit dũ codicis temporum iniuria labefacti: & plerisq; in locis exesi numeros suplere ac i
pristinum nitorem restituere: sensusq; pro libidine elicere conatur usq; ad uitium diligens: multa addit: multa inuertit
ac delet maiorem proculdubio illi laudẽ conciliatura si uti erant intacta reliquisset. Illud non queo satis mirari: uñ hic
& plerisq; alii tot antiqua Plauti exemplaria habuerint testimonio quorum emendationes suas confirmant: cum mihi
non solum Italiae: sed fere totius Europae bibliothecas excutienti uix unum aut alterum hactenus uidere contigerit.
Verum ut a pylade perperam emendata: & temerarie citraq; ullum pudorem addita: aut male interpreta palam fa/
cerem una ratio suadebat: q ille epistola quadam ad Alouisium Dardanum Venetum: indigne illiberaliterq; stili
aciem distrinxit in Georgium Merulam Alexandrinum ςυμπολι τιτςου & praeceptorem meum uirum plane do/
ctum: & ipso Pylade longe doctiorem: cui quicquid doctrinae aut iudicii in me est adceptum refero: Altera dissua/
debat ne mihi uitio uorteretur q in mortuũ scriberẽ obiectis respõdere nequeuntẽ. praecipue cum Tryphęus aristopha
nis & omnis scriptores mortuis. parcẽdum esse censeant. Sed ego tetigi terram: atq; ut ait plautinus Tranio. Nihil for/
mido pax mihi est cũ mortuis. Quãuis nec uiuis nec uita functis ulla fiet iniuria si quid sup qbusdam carminibus falso
plauto ascriptis aliter q̃ pylades aut alius qspiam sentio. tibi breuiter idicauero. De quo copiosius in comẽtariis. nostris
in Amphyitrionẽ dictũ est. Est scena in amphitryone tali principio. Quis ad fores: Ego sum. Quis ego sum. Ita loquor
tibi Iupiter. Clauditur uero hac fini. Sacrufico ego tibi Qui. n. te Macto. Ab hoc uersu (ubi multa exoleta desiderantur)
usq; ad illum. Vos isthaec inter uos partite ego abeo mihi negociũ est. Inserta sunt. clxx. carmina: quae iam in impressis
codicibus legũtur a plerisq; oibus pro Plautinis recepta. Adulterinozz carminuz principiũ tale est. Tun me Mactes car
nifex. In quo enarrando sic Pylades. Hoc reliquũ huius scenae & duazz insequẽtium scenarũ in plerisq; tum antiquis/
tum nouis codicibus deficiebat: Quod q̃q̃ Sarracenus a se animaduersum dicat tanq̃ adulterinũ & subdititium nõ cẽ/
suisse se admittendum in plautinã familiam. Nos contraria sententia censuimus ut natiuum proprium consanguineũ
& legitimũ quando quidem & sentẽtia absolutissima cũ superioribus conuenit & uersus hi Plautinam olent lepiditatẽ.
Et Nonius eozz aliquot pro Plautinis citat: quemadmodum in uerbo exantlare & in uerbo minitabas. & in uerbo im/
pedire. ut infra dicemus. Hactenus Pylades. A quo tñ dissentio: q̃tuz Sarraceno assentior scribenti pythio uera magis
tripode: praesertim cũ nisi in impressis codicibus reperiant. Si in aliis extarent iam diu uulgata essent ab his qui errores
sui inanias ueterzz codicum testimonio probare solent. Pylades autẽ dissimulator uafer credulae & simplici iuuentuti il/
ludere ratus quo sententiam suã tueretur iseruit his adulterinis q̃dam carmina a Nonio citata. ut illud. At ego certe cru
ce & eruciatu mactabo exi foras mastigia. Sed dissimulauit hoc se legisse in Nonio sibi peculiari & illud. Pertolerarẽ ui/
tam clades exantlare impatibiles q̃q̃ hoc citetur a Nonio ex Amphitryone Actii. Sed in nomine nulla mihi controuer
milem rē ipse in legem esse iussit iupiter. Ipse iupiter iussit: & uoluit. similem rē: hoc est huiusmodi ambitionē qualē cūq; esse in legem. i. nō aliter cēseri: q̄ si in legē ambitus: cōmissū esset. Et uersus ita scribēdus est: ut nos scripsimus ex antiqs codicibus: & metri: ac sententię cōcinitate: nec scribēdum est. si similes: ut legit: & cōmētat sarracenus: nec etiā: dissimiles: ut pius corrigit: cōtra sensum rectū: & metricam rationem. Virtute dixit uos uictores innuere. Iupiter dixit: & uoluit: ut uos inuatis: hoc est indicetis: & comprobetis uictores eos: qui uirtute sibi palmam pepererint: nō ambitione: neq; pfidia: & addēda fuit dictio illa: uos: tā ex antiqs codicibus: q̄ sententiæ cōcinitate: & metri necessitate: quod neq; pius: neq; sarracenus interpretes uidere. Sūmo uiro: patricio: & cādidato magistratum petēti: cui nihil per ambitionem facere licebat: neq; per præces: aut munera. Virtute ambire oportet. Catholica: & aurea sententia: duobus uersibus conclusa: uirtute: & non ambitione fauorem parandum homini esse.

Si illis fides est, quibus est ea res in manu.
Hoc quoq; etiam mihi in mandatis dedit,
Vt conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent,
Quiue quo placeret alter, fecissent minus,
Eius ornamenta, & corium uti conciderent.
Mirari nolim uos quapropter Iupiter
Nunc histriones curet, ne miremini,
Ipse hanc acturus est Iupiter comœdiam.
Quid admirati estis? quasi uero nouom
Nunc proferatur, Iouem facere histrioniam.
Etiam histriones nannio in proscenio hic
Iouem inuocarunt. uenit. auxilio iis fuit
Præterea certo prodit in tragœdia.
Hanc fabulam inquam hic Iupiter hodie ipse aget,
Et ego una cum illo. nunc animum aduortite,
Dum huius argumentum eloquar comœdiæ.

SARACENVS. IN illis fides est: uel adde: uel subintellige si: hoc est: si qui uirtuti fauere debent: nō ambitiōi recte diiudicent. uel forte cum quadā animi securitate locutus est: habendam. s. illis esse fidem in quorum manibus res sita est: & dicta est fides a Ci. quod fiat: quod dictū est.

Fides unde dicta

Qui sibi mandassent. Multi ex histrionibus: ut honores sibi cōpararent in comœdiis: quærebāt per delegatos: ut sibi plauderet: ut cum decoro uiderent gessisse psonatum: & cum aliis esset plaudendum: ut non plauderet: sed potius e exibilaretur: nā ut est apud Cic. i paradoxis: Si histrio paulo se mouisset extra numerum: aut si uersus pronunciasset syllaba longiore: aut breuiore: exibilabat: & explodebat.

Ciceronis dictum

Ideo dicit cōquisitores fieri histrionib9: ut minus illis liceret per huiusmodi delegatos sibi palmā ab aliis præripere. ordo autem uerborum est. Qui. s. histriones mandassent: ut delegati sibi plauderent: uel alter: qui fecisset: quominus placerent. Corium: tergum dicit: ut flagris cedatur. Anno cum proscænio: Nanio cum proscænio scribi debet: fuit Nanium meretrix quædam cognominata proscænium: q ornata: & culta esset instar proscæniorum: de hac Antiphtes iunior mentionem facit: quāq; Apollodorus atq; Hyperides nominant isignem meretricem: Idcirco Plautus occurrens obiectioni: q primus ipe nō fuerit: qui Comœdiā simul fecerit: & tragœdiam: ostendit itidem fuisse factitatum ab alio poeta in Nanio proscænio: In qua quidem comœdia cum a lenonibus fuisset Iupiter inuocatus: interfuit: Quis autem is fuerit: qui fabulam huiusmodi actitauerit: non liquet coniectari: tamen licet ex uerbis Plauti fuisse recitatum: & dicitur proscænium locus ante scænam: huius castigationis mihi auctor fuit franciscus philelphus: & grecarum & latinarum litteris eruditissimus.

Coriū quid sit

Proscenium quid

VALLA. SI in illis est fides: quibus est res in manu. si ita legas: recte stabit uersus: sicut & sequens terminetur: in mandatis dederat: ut. Etiam histriones nānio hoc proscenio cum hic Iouem inuocarunt. Ita legendum est. sane apud diphilum mulier perexiguæ quidem staturę: sed formosæ inducta est: quę ideo nannium appellata per diminutionem, ut aliis solent similibus uti comici. Ita nāq; glyceriū dixerunt: phyleniū: phylocomasium. Dorciū: & alia id genus. Cum ergo græci nānū uocent: quē latini pumilionē blandiendi causa. Hanc nānium dixerunt. Proscæniū autem q̄si instructam: & cum apparatu pcedentem: ut in proscenio histriones. Prodit in tragœdia. nō a prodo: sed a prodeo.

Nānum qd

PYLADes. IN illis fides est. hic uidetur captare beniuolentiam ab ędilibus: qui ludis pręerant: quasi dicat: multum confidit iupiter in fide ędilium: in quorum manu est palmam decernere: & curare: ne huiusmodi ambitus fiāt. Hoc quoq; etiam mihi ille in mandatis dedit. addendum fuit ille: metri necessitate. Qui sibi mandassent. qui histriones mandassent. ut delegati sibi plauderent. Qui ue quo. amphimacrus est primus pes: hic sensus: qui ui fecissent: quo p ut. alter placeret minus: idest iussit iupiter fieri etiam iquisitores histrionibus: & si qui reperti fuerint: qui uel ambierint sibi palmam: idest per ambitionem rogauerint auditores: ut sibi plauderent: quum fabulam agerent: uel qui intercesserint apud aliquos ipsorum auditorum: ut dicerent aliquos histrionum non bene egisse personatum: & non placuisse. Eius ornamenta: & corium. Ornamenta: quibus induti essent: & corium. i. personam coriaceam: ut conciderent ipsi conquisitores: & fecit transitum a numero plurali ad singularem: ut poetę sæpius faciunt: uel corium etiam exponatur pro tergo. hoc est: ut pellem uerberibus lacerarent quemadmodum alibi Plautus: faciet tuum corium maculosum magis q̄ nutricis palium. Mirari nolim uos. occurrit tacitæ quęstioni: quę fieri potuisset: cur tātope iupiter histriones curaret: q̄a inqt ipse acturus est hanc comœdiā. Quid estis admirati. q̄a auditores: audito hoc q iupiter esset acturus hanc comœdiam: nisi fuerant supercilia extulisse: & admirari: respondet: non esse nouum hoc: q iupiter faciat histrioniam. Nānico in proscenio. Ita legendum: & scribendū est: hoc sensu: histriones quoq; quum alias agerent Nannium fabulam: quæ tunc forte nota omnibus erat: inuocarunt Iouem: & cætera. Et quum hoc dicere uellet: dixit in proscenio nānico: tanq̄ a nannio meretrice: quæ in ea fabula primas partes haberet: totam fabulam nominauerit: & deriuatiuum formauerit: Nannicus. a. um. hoc est in spectaculo nannico: ut si quis de præsenti fabula dicat in proscenio amphitryonico: proscenium pulpitum erat ante scenam collocatum: in quo scenici

Corium.

Proscenium

agebant

agebant fabulam:accipitur q; pro toto loco theatrali. Virgili. Et ueteres sideunt proscenia ludi. Quæ autem scribit hoc loco pius de annotino: & hornotino: legens annotino. uel hornotino in proscenio. neutiq̃ in aures nostras suscipiēda sunt: ut pote deliria. & meræ ineptæ. Nec sarracenus etiam legens. nannio cum proscenio. quid sibi uelit satis ostendit. ¶ Nunc uos animum aduortite. addendum fuit: uos. metri necessitate. ¶ Dum argumentū huius eloquar comœdiæ. Ita scribendus & hic uersus est. eadem metri ratione. nam si legas: dum huius argumentum. uersus claudicat. quę quidem interpretes pręfati non aduerterunt.

Hæc urbs est THEBE. in illisce habitat ædibus
AMphitryo natus argus ex argo patre,
Qui cum Alcumena est nupta Electri filia
Is nunc Amphitryo præfectus est legionibus,
Nam cum Telebois est bellum Thebano populo
Is priusq̃ hinc abiit ipsemet in exercitum,
Grauidam Alcumenam uxorem fecit suam.
Nam ego uos nouisse credo iam, ut sit pater meus,
Quam liber harum rerum inultarum siet,
Quantusq; amator, quom quid complacitust semel.
Is amare occœpit Alcumenam clam uiro,
Vsuramq; eius corporis cœpit sibi,
Et grauidam fecit is eam compressu suo.
Nunc de alcumena, ut rem teneatis rectius,
Vtrinq; est grauida, & ex uiro, & ex summo Ioue.

¶ HAEC urbs est thebæ. In quibus tanq̃ ista omnia fieri uiderentur: fuerunt pleræq; ciuitates insignes isto nomine appellatę: fuit una in ęgypto a busiride: ut refert Diodorus: in secundo condita: centum portarum: in quarum singulis memoratur. cc. custodes excelluisse eqs & curribus: hanc græci heliopolim: idest solis urbem uocauerunt: alia in cilicia: cuius meminit Homerus: alia in lucania: de qua Plinius mentionem facit: alia in aphrica: quam Bacch⁹ extruxit: hęc deniq; de qua hoc loco fit mentio: in Beotia a cadmo: uel ut alii ab ogyge condita: & quia ogyges antiquor fuit: dictę sunt res ogygię ex consuetudine: antiquę: & uetustę: fuit Bacchi & Herculis patria: quam Alexander Macedo diruit: ciuibus omnibus sub corona uenditis. ¶ Natus argus: Ita legēdum: est pro argiús: ut notauit Nonius: ex argo argiuo Virgili. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto: Dardanus pro dardanius ex argo patre: idest alceo a Ioue per Perseum & Gorgophonum duxit originem. ¶ Electri filia: de alcmena: & his: quæ ad historiam pertinent: in principio pręfati sumus. ¶ Qui cum: idest cum quo. ¶ Legionibus: Sex milium & ducentorum hominum prius Caius Marius descripsit legiones: cum antea quatuor miliū fuissent: unde erat legio dicta quadrata: hæc est Fest. Quot autem cohortes habeat legio: & in cohorte quot sint: pedites: & equites: numerumq; omnem recensuit Vegetius in secundo de re militari. ¶ Quantusq; amator: Iupiter enim plures adamauit mulieres: ut est apud poetas: & præcipue apud Ouidium: ob idq; se immutauit in uarias formas prout etiam in tragœdiis meminit Seneca: Induens formas quotiens minores ipse: qui cœlum nebulasq; ducit: nam ut raperet Europam: factus est Taurus. ut Asteriem uersam in coturnicem subiit aquilam: Lęda ut potiretur mutauit se in cygnum: Antiopam Satyrus effectus compressit: Danaen mutatus in aurum uiolauit: cum Aegina in ignē conuersus concubuit: pastorq; factus Mnemosynem uiciauit: Deoidæq; Nymphę serpens uim attulit: formaq; amphitryonis sumpta Alcmena potitus est.

SARACENVS. Thebę quot

Legio quid sit

¶ NATVS argis. Nonius certe legit argus pro argiuus: primitiuum pro deriuatiuo: ut mox ex argo patre pro argiuo: quod sæpe faciunt poetę per figuram metalassim: siue solœcophanē. Ita Virgilius. Hauriat hunc oculis ignē crudelis ab alto: dardanus. & alibi: in dardana suscitat arma: pro dardania: & Statius: soluerat œbalio classem de littore pastor: dardanus: pro dardanius: paridem enim dicit. ¶ Quantusq; amator. notius est apud poetas q̃ ut a nobis pluribus explicetur: iupiter plures adamasse græcas mulierculas in diuersas immutatus formas.

VALLA.

¶ HEAC urbs est thebe. declinatur. hęc thebe. es. numero singulari: uel hæ thebæ. arum. numero plurali: hæc autem fabula recitatur: tanquam thebis: ac si omnia thebis fieri uideantur. Fuerunt aliquot urbes isto nomine appellatæ: una in bœotia regione europę: quam quidem nos bœotiam per. œ: dipthongum: &. o. longam scribimus: ac proferimus: cum Hermolao barbaro: & Angelo politiano uiris doctissimis: ab Homero & cæteris gręcis: sumpta auctoritate: apud quos Βοιωτία. scribitur: quanquam nonnulli quia a boue tractum nomen uelint: quam cadmus agenoris filius immolauit antequam urbem ædificaret: iuxta illud Ouidii. Mœnia faccondas: bœotiaque illa uocato: bœotiam appellari putent: immo contendant: quod si procederet: uersus Ouidii claudicaret: hoc est si scriberent: boetiaq; illa uocati. Dicta est autem bœotia: ut Suidas inquit a bœoto arnes ęoli filiæ: & neptuni filio: qui ibi regnauit: uel etiam a boue illa: quæ duxit cadmum in eam regionem: quæ prius aonia uocabatur: ab aoniis ibi inhabitantibus: quæ quidem bos ibi procidens interiit. Et undecunq; deriuetur: siue a bœoto: siue a boue: per œ. diphthongum scribitur in principio: &. o. longam uocalem subsequentem ut patet: & in uersu illo Ouidiano. Beotiaq; illa uocato: quam eadem urbem Amphion muris ornauit: bacchi & herculis clarissimam patriam: quam tandem. Alexander Magnus euertit: ciuesque omnes sub corona uendidit: quam urbem dracorigeram poetæ interdum uocant: quia a cadmo cum quinque uiris ex dracone ab ipso interfecto natis: cōstructa sit. Fuit & alia urbs hoc nomine in ęgypto: quam busiris ęgypti rex condidit: quam gręci heliopolim: hoc est solis urbem nominant: cuius ambitum centum quadraginta stadiorum fuisset ait Herodotus; quæ & centum portas habuisse fertur. Iuuenalis: atq; uetus thebe centum iacet obruta portis. Fuit alia thebe homero teste: in cilicia patria andromaches: hectoris uxoris. Ouidius. Nec cruciere minus q̃ quum thebana cruentum: hectora thessalico uidit ab axe trahi. Alia fuit thebe teste Plinius in lucania: quæ regio est inter apuliam: & calabriam. Alia item in aphrica dicitur fuisse a baccho extructa. ¶ Natus argus. argus scribendum est: pro argiuus: ut nota

PYLADes Thebę. Bœotia

Argus pro argiuus

Nonius Marcellus dicens: ut apud Virgilius. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto dardanus. pro dardanius. ¶ Ex argo. patre: alceo scilicet. ¶ Electri filia. electri dixit: tanquā a nominatiuo electrus.

Legio

¶ Legionibus. exercitui: legionem Caius Marius primus sex milium & ducentorum hominum statuit: quum antea quattuor millium tantum fuisset. unde dicta erat quadrata: & ut inquit. Nonius appellata est legio a delectu: quia de aliis legeretur. ¶ Nam cum thelebois bellum est thebano populo. Ita legendus uersus est: ut constet suis pedibus. nam si legas est bellum claudicat.

Alcumena legendum

¶ Grauidam alcumenam uxorem fecit suam. Neq; hoc uiderunt pius & sarracenus; q̄ nisi alcumenan legeris in accusatiuo. graeco enim littera finito: uersus non potest consistere. ¶ Harum rerum inultarum. de quibus nullum supplicium sumitur: & fortasse uoluit tangere romanos: qui legem de adulteriis paruifacerent: neq; adulteria punirent. ¶ Liber. autem pro liberalis dixisse uidetur: quasi dicat: q̄ liberaliter se conferat ad mulieres: liberalitate operae suae in illas utens. Quantusq; amator? quum quid complacitum est semel. Ita scribendum censemus uersum hunc. sententiae concinnitate: & non fiet: quod complacitum: ut legunt interpretes praefati: legimus autē iouem plures adamasse mulieres: ut est uidere apud poetas: & ob id se mutasse in uarias formas. nam ut raperet Europam: factus est taurus: ut asteriem uersam in cothurnicem: aquilam subiit: ut leda potiretur mutauit se in cygnum: Antiopam satyr.. factus compressit. Danaen in aurum mutatus uiolauit. Cum ęgina in ignem conuersus concubuit. Pastor factus Mnemosynem uitiauit. Amphitryonis forma sumpta Alcmena potitus est. ¶ Clam uiro: Amphitryone uiro alcumenę hoc ignorante. ¶ Vsurā. usum fructū: & abusum quoq;: palladius: p usura tpis hoc opus adiec.

SARACENVS.

¶ SCHEma: habitu: ornatu & dicitur schema figura: idest orationis ornatus. ¶ Veterem: & antiquā: uel antiquā: uetustam: uel nobile. ¶ Rē nouam: Non nouam nuper adinuētam. nam dixit ueterē: & antiquā: sed nouam inusitatam: & minime obuiam: uel magnam: & mirandam: Virgili. Pollio & ipse facit noua carmina. i. mirāda & nō uulgaria.

Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat.
Et haec ob eam rem nox est facta longior,
Dum ille, qua cum uolt, uoluptatem capit.
Sed ita assimilauit se, quasi Amphitryo siet.
Nunc ne hunc ornatum uos meum admiremini,
Quod ego huc processi sic cum seruili schema,
Veterem, atq; antiquam rem, nouam ad uos proferam.
Propterea ornatus in nouom incessi modum.
Nam meus pater intus nunc est eccum Iupiter.
In Amphitryonis uortit sese imaginem.
Omnesq; eum esse censent serui, qui uident.

VALLA.

Affinitatis gradus p lineas ascēdētes: descēdētes: & transuersales

¶ ET meus pater. sane affinitatis gradus sunt. primo enim loco pater & mater. Infra. filius & filia. secūdo supra auus & auia. Infra. nepos neptis in transuersum. frater & soror. glos appellatur mariti soror: atq; fratris uxor. Leuir frater mariti. fratriae fratrum inter se uxores. gener maritus filiae. socer pater uxoris. socrus mater uxoris. Nurus uxor filii. Vitricus maritus matris: non tamen pater. ita nouerca patris uxor. priuignus mariti: aut uxoris filius. Legitimus: non legitimus: nothus: spurius icognitus. Tertio loco. supra proauus & proauia. Infra pronepos proneptis. In transuersum fratris: sororisq; filius & filia. patruus patris. Auunculus matris frater. Amita patris. Matertera matris soror. Quarto superne abauus & abauia. Infra abnepos abneptis. In tranuersū fratris sororisq; nepos & neptis. & patruus magnus. Amita magna: idest aui frater & soror: ut q̄dā magnus patruus aui: & auiae pauus. Itē auunculus magnus & mtera magna. i. auiae fr & soror. maior auunculus aui: & auiae auunculus. maior amita aui: & auię amita. maior socer uxoris meae proauus: maior socrus uxoris meę proauia. consobrinus & consobrina: hoc est: qui: aut quae ex fratribus: aut sororibus gignuntur. Alii consobrinos aiunt qui ex duabus geniti sororibus. eos uero qui ex duobus fratribus nati sunt patrueles. sin ex duobus fratribus filiae sorores patrueles. qui ex fratre & sorore amitini. Quinto supra. Atauus atauia. Infra atnepos atneptis. In transuersum: fratris & sororis. pronepos & proneptis. propatruus proamita: idest proaui frater & soror. Proauunculus promatertera: idest proauię frater & soror. Item fratris patruelis sororis patruelis. Consobrini consobrinae, amitini amitinę. filius filia: hi sunt patrui magni: materterę magnę: filius filia. Sexto gradu supra. Tritauus tritauia. Infra trinepos trineptis. In transuersum. fratris sororisq; abnepos abneptis: abpatruus abamita: idest abauia & soror & frater: abauunculus abmatertera: idest abauiae frater & soror sobrini sobrinę q;: idest qui quaeue fratribus patruelibus: uel sororibus: uel consobrinis: uel amitinis progenerantur.

Assimulo nō assimilo

¶ Sed ita assimulauit. Licet similis dicatur per i. in uerbo tamen cum u scribimus simulo: assimulo: dissimulo. ut etiam notauit Diomedes. quare assimulauit non assimilauit scribēdū. ¶ Hunc ornatum. Festus dicitur ornatus: & bonis artibus instructus: & honores adeptus a populo. etiam bene aptus. ut miles: aut gladiator. & acturus fabulas. Atq; etiam ornatus dicitur cultus ipse: quo quis ornat. ut cum dicimus aliquem tragico: uel comico ornatu prodire.

Mos loquēdi antiquorum

¶ Cum seruili schema. Ita locuti sunt ueteres: ut etiam nomina graeca ad formam latinam deducerent: nam non hoc schema schematis: sed hoc schema schemę dixerunt. Est autē schema: ut Quintilianus quoq; inquit: habitus. nam & in oratione schema dicitur orationis habitus. et uq; primę declinationis in a terminatum neutrum: ut etiam pascha: & hesti: fusti sententia omnis generis aduena. nam dicitur aduena mancipium: licet nonnulli generis foeminini uelint: interpretenturq; schemā pro schemate. ¶ Veterem atq; antiquam. Vetus dicitur quod iam quasi obsoletum. Antiquum quod ante factum. Vel uetus nimiū attritū. Iuue. Vetus: atq; antiqua simultas. & iterū. Antiquum. & uetus est alienum posthumi lectū: cōcutere: ¶ Nouā. non antea recitatā: aut nouā mirandā. ut in bucolico carmine Virgilius. Polio & ipse facit noua carmina.

PYLADes

¶ ET MEVS pater nunc intus hic cum illa cubat: Ita scribendus uersus est: & addendum fuit hic metri necessitate: & etiam ex codicibus antiquis. ¶ Dum ille illa: qua cum uult. dum ille pater meus capit uoluptatem cum illa: cum qua uult. Et addendum fuit: ille: metri necessitate: & sententiae congruitate: & etiam ex codicibus. antiquis. ¶ Sed ita assimulauit: assimulauit legendum est ex codicibus antiquis: & etiam ex puritate latini sermonis: & non assimilauit: ut legunt pius: & sarracenus.

Schema.

¶ Schema. habitu: forma: figura: ornatu graecum

nomen

nomen est σχῆμα: & generis neutri apud eos:sed latini eiusmodi nominibus græcis in a tertiæ proprie inflexionis apud nos:ut poema:problema:interdum genere fœminino utuntur:flectentes ea secundum primam declinationẽ:si ut Donatus inquit hunc locum adducens:sic alibi in persa.Plautus:theatrũ lepidũ cũ decora schema. Sic Cecilius: filius in me icidit satis hilari schema.Plautus item in milite:glaucomã ob oculos obiiciemus.&c.¶ Veterẽ:atq; antiquã.Sũt q differẽtiam faciãt inter ueterẽ & antiquũ:q; uetus ad lõgius tps referaẽ:& fere cũ quadã cõtumelia.Antiquus uero fere semp exprimatur cũ quadã dignitate.¶ Nouã ad uos pferam tanquam si nuper facta esset.

Ita uersipellem se facit,quando lubet.
Ego serui sumpsi.Sosiæ mihi imaginem,
Qui cum Amphitryone abiit hinc in exercitum,
Vt præseruire amanti meo possem patri.
Atq; ut ne qui essem,familiares quærerent
Versari crebro hic quom uiderent me domi.
Nunc quom esse credent seruom,& conseruom suum,
Haud quisq; quæret quis siem,aut quid uenerim.
Pater nunc intus suo animo morem gerit.
Cubat complexus,quoius cupiens maxumest
Quæ illi ad legionem facta sunt memorat pater.
Meus Alcumenæ.at illa illum censet uirum
Suum esse,quæ cum mœcho est.ibi nunc meus pater
Memorat,legiones hostium ut fugauerit.
Quo pacto sit donis donatus plurimis.
Ea dona,quæ illic Amphitryoni sunt data,
Abstulimus.facile meus pater,quot uolt,facit.
Nunc hodie Amphitryo ueniet huc ab exercitu,
Et seruos,quoius ego hanc fero imaginem.
Nunc,internosse ut uos possitis facilius,
Ego has habebo usq; in petaso pinnulas.

SARACENVS. Versipelles qui dicatur

¶VERsipellem: Vafrum: & astutum:& se uertentem in oẽm faciem. ¶ Vsq;.uel assidue:uel diu:Vir.Nec satis est uidisse semel iuuat usq; morari.¶ In petaso: Magna inter doctos est cõtentio suborta de petaso: ut qdam pileum. Alii calciamẽti genus non indecore asseuerent.Ego aẽ quãtũ adhuc locum pertinet:ausim petasum potius expeditũ calciamẽtum q̃ pileum:uel forte aliquẽ scęnicum ornatum autumare:adductus Plautina in sequentibus autoritate. Vbi sosiã Pla.iducit alterũ sibi similem sosiam mirari : Inquit enim nimis similis est mei.Indẽ habet petasum:& uestitum:tam consimile est: atq; ego:petasum nãq; ibi pro pileo minime intelligere possumus.Quia serui pilei usum non habebãt:& idẽ attestatur Plautus in hac comœdia & uerba sunt ipsius Sosię optantis e seruo:se libertum fieri:iquit ipse: qd ille faciat Iupiter:ut hodie raso capite capiã pileũ. Authoritates aũt Ciceronis: Plinii: Suetonii de petaso non est:ut ad hunc locum conferã.Quisq; pro suo ingenio interptet ut uult:Reperio tñ apud lactãtiũ petasũ dici alatũ mercurii calciamẽtũ.

Petasus qd sit

VALLA. Versipelles qui

¶ITA uersipellem se facit. Versipelles inqt Nonius dicti sunt in quolibet genere se cõmutantes.Luc.lib.xxvi.at libertinus tricorius syrus iste ad masticias:qui cũ uersipellis fio:& qui cõmuto oia.Plautus in amphitryone. Ita uersipellẽ se facit.¶ Nunc cum esse credent seruũ:& conseruum suũ.Ita emẽdandum:credent.¶ Cuius cupiens:nomen p participio:quia cupio illum dicimus: Vt Teren.fugitans litium.& Persius metuens diuum.& Iuuenalis: uiue bidentis amans.¶ Huc hodie amphitryo ueniet ab exercitu.Ita scribendũ.non nunc hodie.¶ Internosse.i.discernere qd intersit.¶ Petaso pinnulas.Petasus inquit Lactantius alatum calciamentum mercurii.uam quicquid eo modo longius explicaẽ:ut etiã a uẽto possit agitari hoc noie nuncupanẽ ἀπὸ τοῦ πέτασθαι.Inde petasites a Dioscoride surculus herbæ est:inquit:maior ulna:digiti magni crassitudinis:cuius folium petasodes ingens inhæret:ut fungus.

Petasus qd sit

PYLADes Versipellis

¶VERsipellẽ.uafrum:astutum:uertẽtẽ se in uarias figuras:& sic accipiẽ a Ply.Plauto:& Apuleio: Seruius itẽ.ui.ęnei.Inde aphros uersipelles:græcos leues:gallos pigrioris uidemus igenii:quæ natura climatũ facit.¶ Qui cũ amphitryone hinc abiit.Ita scribendus uersus est:ut suis constet pedibus.¶ Atq; ut ne qui eẽm.addẽdum fuit; ut metri necessitate:& ex codicibus antiqs:qd pius & sarracenus nõ uiderunt:mutulũ iterim uersum lcgẽtes.¶ Nunc quũ esse credent seruũ.nunc quum me seruũ:& cõseruum suũ familiares isti putabũt.¶ Cubat cõplexus: eã.s.cuius maxime est cupiens.i.quã maxime cupit.¶ At illa illũ cẽset uirum.addẽdũ fuit at:aduersus itegritatem:qui aliter non consisteret.¶ Cũ mœcho:cũ adultero:nomẽ est gręcũ μοιχός significans adulteriũ.μοιχαλὶς ãt mœchã: & μοιχεία adulteriũ.Inde mœchor uerbũ significans adulteriũ cõmitto.¶ Cuius hanc ego fero imaginẽ. Ita scribẽdus uersus est:ut suis pedibus cõstet.¶ Ego has habebo hic usq; in petaso pinnulas.addendus fuit hic:ut metricæ rõni satisfieret.nã aliter claudicaret uersus.¶ Pinnulas.pinnæ sunt eę pẽnæ.quę non molliores sunt:hoc est uõ sunt plumę:plumæ autẽ sunt eæ quæ molliores sunt:pẽnę uero generale nomẽ est oium:& a pinna fit diminutiuũ pinnula.Et a pinna ẽt pinnaculũ diciẽ fastigiũ:& sũmitas ędificii:in acumẽ tendentis:siue q; ueteres pinnã acutũ dicebant unũ bipẽnis securis:quę utrinq; acuta est:& aciẽ habet:siue q; pinnaculis addi pinna cõsueuit:quę facili motu uentoru; idicet flatũ:qd genus uulgo nunc penniculũ diciẽ.Id ãt gręce πτέρον.¶ Vsq; cõtinue assidue.Vir.Nec satis est uidisse semel: iuuat usq; morari.¶ In petaso.Petasus a πετάννυμι:siue πετάζω qd extendo significat deriuaẽ:significatq; capitis tegumẽtũ:siue umbellã:quæ uicem galeri pstet:sed non magis Mercurii:q̃ cęterorũ:ut nos cẽsemus:nisi quum alę insuper adduntur:tunc.n.pprio mercurii galerũ significabit:quæ quidem alę non in galero tñ:sed etiam in talaribus ipsi Mercurio ideo esse finguntẽ:ut ait Augustinus.vii.de ciuitate dei : ut uoluerem fieri per aera sermonem demonstretur:Galerum autem appellauit Statius primo thebaidos:ingens de Mercurio.Obnubitq; comas:& tẽperat astra galero.A petasoq;:petasatus diciẽ petaso idutus:uel tectus:Suetõius de augusto.Solis uero nec hyberni qdẽ patiens:domi quoq; nõ nisi petassatus sub dio spaciabaẽ.Pli.itẽ pro uelamento:siue umbraculo:petasum accipe uideẽ

Mœchus

Pinna

Petasus

libro trigesimosexto scribens. In summo labyrinti italici petasum unum omnibus pyramidibus impositum fuisse: ex quo pendebant excæpta catenis tintinabula: quę uento agitata: longe sonitus referebant. Et suidas græcus author non aspernabilis petasum texturæ genus fuisse ait: qua in theatro uterentur: ad arcendum uidelicet solem: inquiens etiam: Athenienses draconi legislatori petasos multos: & uestiměta proiecisse: ut pene suffocaretur in theatro. Nec fere quenq̃ eruditorum inuenias: qui petasum pro talaribus: aut petasatum pro peronato dixerit: ut quidam uulgo exponere conantur: in quibus non tantum Galeotus narnicus fuit: sed & Bernardus Sarracenus uenetus noster Plauti nouus interpres: qui unico. atque eodem irrefragabili argumento id probasse sibi uisus est: inquiens: quia serui pilei usum non habebant: quod Plautus infra ostendit: quum Sosia ait: quod ille faciat Iupiter: ut ego hodie raso capite: caluus capiam pileum. Idem autem: Sosia in prima sequenti scena admirans alterum Sosiam sibi similem inquit: Nimis similis est mei. Itidem habet petasum & uestitum: tam consimile est atq; egos: cui argumento sic respondere possumus: multum interfuisse inter petasum: & pileum: quod seruis iam manumissis raso capite dabatur. Siquidem petasus: ut diximus: tanq̃ umbella quædam erat contexta: qua utebantur ad arcendum solem & etiam aerem nocturnum uel pluuiam: quaq; pyramidibus: uel turriculis imponebatur: quam ueluti pręstantem galeri uicem galerum appellare: non absurdum est. Pileus autě alterius prorsus formæ: & materiei fuit: quo tegebantur capita rasa seruorum manumissorum. itaq; potuit Sosia petasum habere: q̃q̃ pileum: utpote seruus: nundum adeptus esset: posset & alia ratione responderi: q; quum libertatē adipiscebantur: capite raso pileum sumebant: quum autem serui adhuc essent: non capite raso: sed capillato ferre poterant pileum. Capillatum enim caput seruitutem indicat: Rasum autem libertatem: quoniam capilli umbra essent quędam seruitutis: & sic Sarraceni argumentum sublatum protinus fuerit. Sed quid illud: quod paulo infra sequenti uersu Plautus ait. Tum meo patri autem toruulus inerit aureus sub petaso? Si petasus calciamentum esset: quomodo torulus aureus sub calciamento esse potuisset? num nam uidit fortasse Sarracenus: aut audiuit toros aureos a quoq̃ sub pedibus gestari? Verum ille opinor mutata sententia: non expeditum calciamentum petasum de cętero uocabit: sed capitis potius tegumentum: & hoc ipso præcipue loco: atq; alibi apud Plautum.

Inter petasum & pileu qd intersit

Capillatus a raso i quo differat

Tum meo patri autem torulus inerit aureus
Sub petaso. id signum Amphitryoni non erit,
Ea signa nemo horum familiarium
Videre poterit, uerum uos uidebitis.
Sed Amphitryonis illic est seruos Sosia.
A portu illic nunc cum laterna aduenit.
Abigam iam ego illum aduenientem ab ædibus.
Adest, ferit. operæprecium hic spectantibus,
Iouem, & Mercurium facere histrioniam.

SARACENVS. ¶ ILLIC: pro ille aduenientem demonstrat a portu sosiam. ¶ Laterna: dicta q; ignis in ea lateat. ¶ Abigā: Expellam: inde abacti dicūtur: qui ueluti depulsi deposuerūt imperiū. ¶ Ferit: quasi pulsat: denotat propinquum ædibus. ¶ Facere histrioniā: Agere personatum.

Abacti qui

VALLA. ¶ TORVlus ierit aureus. Torus eminentia dicitur. Seneca de hercule noui toros. & Persius. Torosa iuuētus: igeminant tremulos naso crispante cachinos. ¶ Cū laterna adu. qđ in ea ignis lateat laterna dicta.

PYLADes ¶ TORVlus inerit aureus. Si quis audiat pium hunc locum exponentem: gigantem protinus appellandum putet. sic enim incipit. Qui aure lepida: musica: improculcataq; fuerit: grammatistarum nugis renunciabit: qui in elegantibus excogitationibus poetam potius implicant: q̃ explicent. Torulum enim interpretatur imaginem baccatam & protuberatam in effigiem nomismatis: cęterum quum non explicent nomen: latinam: gręcamue etymologiam habere: censeo legendum torquulus: ut hypocorismos sit: a torqui torquulus & cętera. Vbi postq̃ diu fabulatus est: multaq; adduxit de torque: & murenulis: ac dracone: tandem & hæc addit. Nil etiam: si libet: potes immutare ex codice plautino: quando torus a torquendo flectatur: & tu quoq; sic torulū iterp̃taberis a torquendo flecti: hunc torulum prisci segmentum uocarunt: & cætera. Quibus uerbis: qui pauloante cœlum ueluti gigas conscendere uelle uidebatur: statim pronus humum ore pressit: & risum ueluti legentibus præbuit. Sed quum inquit legendum torqulus: ut hypocorismos: idest diminutiuum sit a torque. nimiū operęprecių esset ex eo discere: ubi ipse torquulus legisset. Et unde eam diminutionis formam deriuantem quempiam authorem legisset: quando quidem: nisi fallimur: a torque non torqulus: sed torquiculus potius: ut ab ungue unguiculus: ab igne igniculus: a pisce pisciculus: ab orbe orbiculus diminutiuum trahi deberet. Et quod ait legentes torulum: non explicare latinam eius: gręcāue etymologiam: nesciebant fortassis: ita legentes illi: pium adeo obtuso esse ingenio: ut ignoraret: torulum a toro fieri: ut a loco loculus: a floco floculus: a porco porculus: & similia: torq; aūt a torquendo. Sed qđ si neq; torqulus: neq; torulus legendum sit: hoc loco? quin potius trochulus a trocho: scilicet diminutiuum: hoc est rotula parua aurea tanq̃ rosæ similitudinem gerens? Et enim id magis dicens uideatur signum fuisse dignoscendi Iouis ab amphitryone: & sic nulla grammaticę fiet iniuria: & sensus optime congruet. ¶ Et ea signa horum nemo familiarium. Ita scribendus est uersus: ut integer sit: suisq; constans pedibus: addita in principio & coniunctione: & pręposita horum dictione illi dictiōi nemo: aliter mutilus esset: qđ interp̃tes p̃dicti non uiderunt. Ea aūt signa dixit: hoc est pinnulas: & trochulum aureum. ¶ Illic. pro ille. Sosiam ostendit a portu uenientem. ¶ Cum laterna aduenit. Laterna dicta est: q; ignis in ea lateat: & scribitur absq; enim in prima syllaba: quam tamen non breuem habet: sed longam: ut ostendimus in epopeia nostra. ¶ Abigam: expellam. Abigere enim est expellere: ut hic unde abacti dicuntur: qui coacti deposuerunt magistratum: & ab eo expulsi sunt: & abigere est furto tollere: & latrocinari: sed de pecuariis tantum animalibus. Vnde abactores dicuntur pecuariorum animalium fures: quos Vlpianus: & alii abigeos uocant: ut diximus in uocabulario nostro. ¶ Ferit. quasi dicat: iam pulsat ædes: denotans propinquum illum foribus. ¶ Iouem mercuriumq; facere histrioniam. Ita scribēdus uersus est: ut suis cōstet pedibus. aliter enim claudicabit: & neq; hoe uiderunt interpretes nostri pręscripti.

Locus restitutus

Qui me



VI me alter. Finito ꝓlogo ꝓthesis: nunc incipit primus utiq; actus comœdiæ: Qui & diuerbiũ appellat: Inducit in hac scena Sosias missus ab hero amphitryone: ut alcmenæ nũciet uxori reditũ: Mercuriusq; q Sosiæ gerit imaginẽ: quo pacto illũ a foribus abigat: lõgo iter se initio certamine. ⁋ Audacior & cõfidẽtior: In malã ptẽ: Audere. n. est plus ꝑsumere: distinguit audacia ab audẽtia: fortitudo dicat. Ita cõfidẽtia a fidẽtia: ut notat Nonius: Ciceroq; in. iii. Tuscu. q̃onũ. ⁋ Hoc noctis: Pro hac nocte: ut sæpe Plautus: & est uenustissime dictũ. ⁋ Tres uiri. Pulchre Fusile oñdit ingeniũ: audax uerbo; facto meticulosum: Triũuiri triplices fuere: capitales Mensarii: Nocturni: De capitalibus sic hẽt Pom. de ori. Iu. Triũuiri capitales cõstituti sunt: qui carceris custodiã haberẽt: & cũ aiaduerti oporteret: iteruentu eoꝝ fieret: de mẽsariis facit Liuius mentionẽ Triũuiri mẽsarii creati sunt: iiq; nummularis: & monetæ ois gñis: & formæ cussoribus ꝑerant: de nocturnis meminit Cor. Tacitus Triumuiri nocturni qp ad incẽdiũ in sacra uia ortũ tarde uenerant: a tribuno plebis dic dicta dãnati sũt. ⁋ Cõpegerint: imiserint: intruserint. ⁋ E proptaria cela: Sibi ꝑtimet: nõ tm in carcerẽ trudi: sed flagris cædi: & ꝑ q̃dã egregiã trãslationẽ: carcerẽ ꝓmptariã celã noiauit. Nã e carcere ad suppliciũ ꝓmũt noxii. ⁋ Ad flagrũ: cuius diminutiuũ flagellũ a flagro ardeo dictũ: qp eo caro ꝑcussa cõflagret: uñ flagratores a Festo dicti sũt hoies: qui mercede flagris cædebantur: alii a flando flagellũ: sunt enim uirgæ de arbore prominentes flatu uentorum actæ. Virgil. Flagella summa pete: & decerpe ex arbore plantas.

SARACENUS.

Audere qd sit

Hoc noctis pro hac nocte

Triũuiri q dicãtur: & quot eoꝝ genera

Prõptaria cella quæ

Flagratores qui



Sosia. Mercurius.

Vi me alter est audacior homo? aut qui confidentior?
Iuuentutis mores qui sciam. q hoc noctis solus ambulẽ?
Quid faciã nũc, si tres uiri me in carcerẽ cõpegerint?
Inde cras e promptuaria cella depromar ad flagrum?

VI me alter est. In hac scæna: q̃ ꝓthasis. seu diuerbiũ nũcupat: sosias & Mercu. colloquunt. Sosias qdẽ ab amphitryone domũ missus: ut nũciaret alcumenæ: q̃ uiderent opportuna. Merc. uero: ut Iouis partes tueret: sosiãq; ciꝭpelleret aduẽtantẽ. ⁋ Qui me alter est audacior hõ. qui hic audacior ultima syllaba ꝓducit ꝑp sequẽtẽ aspirationẽ. est siqdẽ metrũ tetrametrũ. ⁋ Aut cõfidentior. Dona. sup illud terẽtianũ. o ingẽtẽ cõfidentiã inqt: & cõfidẽtiam modo pro audacia est cum iprobitate: ut in phormione. Homo confidens: Aliter hic: supra confidens pro cõstanti: & graui: ergo confidentia iterdum in bona significatione: Interdum in mala ponitur: sed fiducia semp in bona. ⁋ Hoc noctis: deest tẽpore. ⁋ Tres uiri me in carcerem compegerint. Põponius. Eodem tẽpore constituti sunt quattuor uiri: qui curam uiarum haberent: & trium uiri monetales æris: argenti: auri flatores; & trium uiri capitales: qui carceris custodiam haberent: ut cum animaduerti oporteret: inter nutu eoꝝ fieret. ⁋ De promptaria cella: hoc est de loco: unde promebant rei: qui habendi in quæstione erant. a depromẽdo enim: ut promptarium: amarium: unde res depromuntur in mensam; & promus: & condus: qui huic rei præest.

VALLA.

Cõfidentia uerbũ medium

Prõptariũ quid sit

VI me nũc al. ẽ auda. Vario carminis gñe cõstat hæc pria scena: ut ex Prisci. discit: ubi tractat de uersuũ comicoꝝ rõne. Nã septẽ hi ꝑmi uersus tetrãetri a catalectici sũt: octo pedib⁹ cõstãtes: mutat postea: ut isra dicẽus. Prothesis tot⁹ fabłæ hic icipit: prius u₃ act⁹. Inducit Sosias missus ab hero ãphitryõe i portũ nõctu appulso: ut Alcumenæ uxori ipius ãphitryonis reditũ nũciet. Is igit Sosias a naui digressus: laternas manu gerẽs: ueniẽsq; ꝑ uiã: secũ loqt: dicẽs: q me nũc alter est audacior hõ: aut q cõfidẽtior. Et addẽdum fuit. nũc: ad metri integritatẽ ex codicib⁹ antiqs: alr. n. claudicaret uersus. ⁋ Audacior. Audax & audẽs ita distingũt: ut ait Nonĩ, ut audax sit temeritatis. Audẽs uero fortitudinis: iterdũ tñ audax ꝓ fidẽte ponit: ut apud Vir. Quiq; pedũ cursu ualet: & q uirib⁹ audax. ⁋ Cõfidẽtior. Differre ẽt inqt Nonius. cõfidẽtẽ a fidẽte: qa q fortis est fidẽs sit. Cõfidẽs ãt in uitio positũ: ueluti temerarius: quũ tñ cõfidẽtia sit laudis. ⁋ Hoc no. hoc tpe nocturno: ut hoc lucis: & est uenustissime dictũ. ⁋ Si tres ui. ut exꝑssit igẽiũ Fusile: audax qdẽ uerbo: re ãt meticulosũ. Tres uiri: q & Triũuiri appellãt: triplices fuerũt: capitales: mẽsarii: & nocturni. De capitalib⁹ Põpo. sic Triũuiri capitales cõstituti sũt: q carceris custodiã haberẽt: & quũ aiaduerti oporteret: iteruẽtu eoꝝ fieret. De Mẽsariis Liu. mẽtionẽ fac his uerbis. Triũuiri mẽsarii creati sunt: iiq; nũmularis: & mõetæ ois gñis: & formæ cusorib⁹ ꝑerãt. De nocturnis meminit. Cor. tacitus sic. Triũuiri nocturni: qp ad icẽdiũ i sacra uia ortũ: tarde uenerãt: a tribũo plebis die dicta dãnati sũt. ⁋ Cõpegerit. imiserint: iruserint. ⁋ Prõptuaria cella. Trãslatione pulchra carcerẽ cellã ꝓmptuariã appellauit: qa ex eo ad suppliciũ ꝓmũt noxii uelut ex cella ꝓmptuaria ꝓmũt: q̃ esui & potui neccia sũt: cuius cellæ ꝑfect⁹ ꝓmus appellat a ꝓmẽdo. s. Et aduertendũ est: legi debere ꝓmptuaria: & nõ ꝓmptaria: qd uersus idicat necessitas. nam nisi promptuaria legas: claudicabit. ⁋ Ad flagrũ. i. ad plagas. flagrum. n. & flagellũ eius diminutiuũ dr uirga: qua cędi cõsueuerunt Fur: a uerbo flagro: qd est ardeo. qp ea caro ꝑcussa cõflagret. Vñ flagratores: ut Festus inqt: dicebat genus hoium: qd mercede flagris cędebatur. Et flagriones a Nonio dicunt serui: qp flagris subiecti sunt: ut uerberones a uerberibus: alii a flãdo flagrum dictum putant: qa flagra uirgæ sint de arboribus ꝓminẽtes: flatu uentoꝝ agitatæ. Iuue. Nec dura timebis: flagra pati. Tranqllus in Otone. A prima adolescẽtia ꝓdigus: ac ꝓcax adeo: ut sæpe flagris obiurgaretur a patre.

PYLADes

Audax

Triumuiri

Flagriones

Nec caussam liceat dicer̃ mihi, neq; in hero quicquã auxilii fiet?
Nec quicquam fit, qui non me omnes esse dignum deputent.
Ita quasi incudem, me miserum homines octo ualidi cædant.
Ita peregræ adueniens,
Hospitio publicitus accipiar,
Hæc heri immodestia coegit me,
Q ui hoc noctis a portu
Ingratis excitauit.
Non ne idem hoc lucu me mittere potuit?
Opulento homini hoc seruitus dura est,
Hoc magis miser est diuitis seruos.
Noctesq; diesq; assiduo satis, superq; est.
Q uo facto, aut dicto, adest opus, quietus ne sis.
Ipse, diues operis, & laboris expers,
Q uodcunq; homini accidit, libere posseretur,
Aequom esse putat, non reputat laboris quid sit.
Nec æquom, an ne iniquom imperet, cogitabit.
Ergo in seruitute expetunt multa iniqua.
Habendum, & ferundum hoc opus est cum labore.

SARACENVS. ¶ NEC causam dicer̃: hoc est mutire: nec uerbum facere. ¶ Nec quicq̃ fit: ne quidẽ ulla sit causa. ¶ Deputent. existiment id merito mihi cõtigisse. ¶ Validi: ualentes uiribus. ¶ Hospitio pub. Carcere: nã publicũ dicit noxiorũ receptaculũ. *Cãm dicer̃ quid* ¶ Immodestia: quasi sine mõ: nã a mõ dictã modestiã putant No. Ciceroq; in offi. nõ hanc: quã iterptantur modestiã: quo in uerbo modus inest: uel qđ idem est a modico. *Modestia unde* Var. nõ. n. eos optime uixisse: qui diutissime uixerũt: sed qui modestis sine. i. modice: & moderate. ¶ Ingratis: me: nihil admoliẽte. ¶ Opulẽto hoi. s. seruire: & pere: dicit̃ opulẽtis: & opulẽtus ti. ¶ Reputat: pẽsitat cogitat. ¶ Expetunt: eueniunt: aliter expetere pro uelle. Pacuuius: dii me: & si pdiũt tñ ad uitã expetunt. i. uolunt: & *Expetere quid sit* expetere pro accipe: trãsferr̃ euadere: & freqnẽtius appetere ponit̃: ut abũde No. ut appetere aduẽitare Liuius: iã uer appetebat. ¶ *Ergo pro igitur* Ergo: nũc ponit̃ pro igit̃: & accẽtũ habet ĩ pria: nã ergo cũ habet in ultia significat illius cã: Virg. illius ergo uẽim⁹: & magnos erebi tranauimus amnes.

VALLA. ¶ INGRAtis excitauit. s. me nolẽte: nec tale aliqd ꝓmeritum. ¶ Nõne idẽ hoc luci: nõ lucis: hoc est: dũ lucesceret: Aut lucu. p luce: ut Donatus ĩ Terẽ. testat̃ ueteres dixisse. ¶ Opulẽto. apud opulẽtũ. i. diuitẽ est: q; nomẽ: est ẽt ubi uerbũ. Horati. in epĺis. Aruo pascat herũ: an bacis opulẽtet oliuę. ¶ Ergo in seruitute expetũt. i. eueniũt: ut appeto: aduẽto: Titus Liuius: iã uer appetebat. i. aduẽtabat. Expetere itẽ trãsferre: euadere Nonius inqt. Idẽ p uelle. Pacuuius in iliona. Dii me: & si pdunt: tñ esse ad uitã expetunt: cũ priusquã intereo spacium ulciscendi danunt.

PYLADes ¶ NEC cã; liceat dicer̃: neq; ĩ hero qcq̃ auxilii fiet. Ita scribẽdus est uersus: & expũgẽda dictio: mihi: metri rõne. Cãm dicer̃ sigñat defender̃ ĩ iudicio. q. d. neq; sit mihi copia defensionis. ¶ Nec qsq̃ sit mihi. qsq̃ legẽdũ ẽ: ex codicibus antiqs. & nõ qcq̃. mihi ãt addẽdũ ẽ: metri rõne: qđ ĩ pcedẽti uersu supabat. i. nec qsq̃ adsit mihi: uel nec qsq̃ sit mihi fautor. ¶ Deputẽt. cẽseãt id mihi iure cõtigisse. ¶ Hoies octo. ut̃ octo dixit alludẽs ad nũerũ pfectũ: unũ ꝓuerbium græcũ natũ est. πάντα ὀκτώ. i. oia octo: quia octo essent dii summates: octo certamina in olympia: uel qa uirgatores magr̃atuũ rõanorũ essent octo: ad quos respiciẽs: octo lorarios hic sigñare uoluit. ¶ Nec æquũ. supfluit is uersus: ppeaq; expũctus est a nobis. ¶ Ita pegre aduẽiẽs: uersus est dimeter brachicatalecticus: ut notat Priscianus. Tribus tñ cõstans pedibus. Peregre ãt hic sigñat de loco: nã & in loco: & ad locũ ẽt significat: ut supra diximus. ¶ Hospitio pu. acci. hic ãt uersus est dimeter hypcatalecticus: cõstãs quattuor pedibus & una syllaba: & sĩr sequens u₃: hæc heri imodestia coegit me. *Publicitus* Publicitus aũt: ut Donatus inqt: super illo Terentii in phor. Nõ ne hoc publicitus scelus deportarier in solas terras: significat publica cura: & consilio. Et sic alibi Plautus. In hac comœdia. An foris cẽsebas nobis publicitus pberier. i. ære: & ipensa: aut cura publica: quãquã & pro publice accipi uideat̃: ut exponit Nonius: hũc ẽt locũ adducẽs: & tu ne sic expones. i. accipiar in publico hospitio. Carcer. n. uidet̃ esse publicũ noxiorũ hospitiũ. ¶ Qui hoc noctis a portu. hic uersus dimeter est brachicatalecticus: tribus constans pedibus tñ. ¶ Ingratis excitauit. Hic autẽ est dimiter catalecticus. cõstans tribus pedibus: & una syllaba: & ita Priscianus hos uersus notat in libro: quẽ diximus de uersuum comicorũ ratione. *Ingratis* Ingratis aũt aduerbialiter positum est: ac si diceret: mea ingratia: me nolẽte: contra uotũ meum. ¶ Non ne idem hoc lucu me mittere potuit? Versus est trimeter brachicatalecticus: quinq; pedibus cõstans. hoc dicit. Nõ ne poterat mittere me nũciatum hoc idem: tẽpore diurno? Lucu autẽ pro luce posuit: & ita legẽdum cẽsemus: iuxta illud Terẽtii in adelphis. Primo lucu ibo hinc. nam queadmodũ diu pro die: & noctu pro nocte: ita lucu pro luce dixerunt ueteres. Lucis autẽ: ut ferme habent codices oẽs: nõ uidet̃ tolerare latinitas: neq; sensus: si hoc lucis dicas. ¶ Opulẽto hoi: hi duo uersus dimetri sunt acatalectici: quattuor pedibus cõstantes: seruire inqt hoi opulẽto: est durũ. ¶ Opulẽtus dicit̃: qui abundat multis opibus. Opes autẽ diuitias significant: & auxiliũ: ac facultatẽ: ut diximus in uocabulario nostro. ¶ Noctesq;: Hi octo uersus trimetri sunt catalectici: cõstant. u. pedibus q; q;: & una syllaba. *Opulẽtus* *Assiduus* ¶ Assiduo. diuiti. nã ut inqt festus: & in uocabulario nr̃o diximus: assiduus significat multorũ assium dominũ: uel ab asse & dãdo: is appellatus est: qui sumptu ꝓprio militabat: alias assiduus itẽrum significat & frequẽtem: ab assidẽdo qa: ut idẽ festus inquit: in ea re: quã frequẽter qs agit: quasi cõsedisse uideatur. ¶ Quo facto: aut dicto: nõ placet Pii expositio: qua legẽtis: & pro partim interpretantis: quin imo cum omnibus codicibus legendũ uidet̃. ¶ Quo hoc sensu: homini diuiti satis: superq; est negotii. s. Sẽper habet negocium: quod seruo mandet: quo facto. aut dicto. i. quod quu₃ factũ: uel dictum est (nã omne negociũ uidet̃ constare: uel in facto: uel in dicto) adest statim aliud opus: ita ut nunq̃ possis quietem agere. ¶ Ipse diues operis: nõ ad scribendum est dominus: quia cõtra uersus rationem: sed subintelligendum est. ¶ Libere posseretur: existimat: & sibi persuadet posse libere precipere: & iperare homini quodcũq; accidit. ¶ Non reputat. non cogitat: nõ pensitat. ¶ Expetunt. eueniunt: cõtingunt: alias expetere significat cupere: & uelle: ut diximus in mostellaria.

¶ SAtius est: me tacite loquitur Mercu. qui licet formã serui gereret non tamen de seruitute conqueritur sicuti So. qui uernas erat: quẽ nõ seruũ: sed seruitutis parẽtem appellat: ita i sequẽtibus audaciæ columẽ dixit plusq̃ audacẽ. ¶ Eã. s. seruitutẽ. ¶ Sũ ue. uer. uer. hęc lectio magis placet: & ita uetustissimi habent codices: nõ aũt uerna uerbo: potius ut sit uerbũ Sosiæ sermonẽ suũ ꝓsequẽtis q̃ Mercurii: appellant̃ uernæ ex ancillis ciuiũ uere nati: qđ tp̃s anni maxime naturalis fœturæ est ut notat Fest. Vernas prius in sacris imolare cõsueuerunt: habebat̃ hoc nomẽ pro abominabili: ac maledicto. ¶ Numero mihi in mẽte fuit: Ita legit nonius: nõ ãt nũc uero: ut hñt codices neoterici: numero: idest cito: quo uocabulo utitur sępe Plautus: & ueteres usi sunt: & ostendit Marcus Cato de liberis educandis inquens q̄ qd cito factuꝝ qs ostẽdere uolebat: dicebat nũero id fore. ¶ Dis aduenietẽ: Ex timor potius se placare deos uidet̃: q̃ ex pietate: ut miseroꝝ mos est: qui illico ad p̃ces decurrũt: quos scite notauit Horatius: Non est meus si mugiat aphricis malus ꝓcellis ad miseras p̃ces decurrere uotis pacisci: Nõ. n. (ut inqt Salustius) uotis: aut supplicationibus muliebribus auxilia deoꝝ parant̃: sed bñ agẽdo: cõsulendo ꝓspera oia cedunt: docet Seneca hoies: nec esse timendos nec deos: si tranqllitatẽ animi erimus assecuti. ¶ Næ: pro certe. ¶ Merito meo: recte timet: qui sui ipsius est conscius facinoris: Seneca: Nihil tam timidũ facit animum q̃ repræhensibilis uitę conscientia: & Plautus ipse post: Nihil est ægrius q̃ animus hominis conscius. ¶ Allegent: mittant. ¶ Ocillet os: Contundat: uel pugnos omnis impingat.

SARACENUS.

Vernæ qui

Nũero qd

Me. Statiust me q̃ri seruitutẽ modo nullo hodiæ, q fueri liber,
Eam nunc potius pater hic seruitutis qui uernast, queritur.
So. Sum uero uerna, uerbero numero mihi in mentem fuit.
Bis aduenientem gratias pro meritis agere, alloqui.
Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias,
Aliquem hominem allegent, qui mihi aduenięti os ocillet ꝓbe.
Quoniã bona quæ in me fecerunt, in grata ea habui, atq; irrita.

Nũero qd significet

Salustii dictũ pulcherrimum

Nę ꝓ certe

Occillet qd

¶ SATIVS queri me modo seruitutẽ. Ita corrigẽdũ. queror hanc rẽ dicimus: inqt Priscianus: qa conquestionẽ significãtia uerba accusatiuo iungũtur. qđ aũt Iuuenalis cõquereris patri dixerit iterpraetat̃ q̃reris romanos apud patrẽ. ¶ Eã nũc potius pater. scribe paterer. ¶ Sũ uero uerna uerbero. Hic sosias loqtur. Peruersissime i oibus plautinis comœdiis iterlocutores ꝓmutati sunt: sed qm̃ ex sensu facile id quis poterit iudicare: nõ corrigẽdũ quenquã locũ existimabimus inuersionis iterlocutoꝝ. ¶ Et hic sum uero uerna uerbero: non uerbo: sed uerbero. est. n. uerbero uerberonis: ut palpo palponis. ¶ Numero. ita scribendũ: nõ nũc uero. Nonius Marcellus de doctoꝝ uiroꝝ indagine. Numero cito: actius in œnomao: numero te expurgasti: Idem in antigona: ne istum numeꝝ amittas: sublitũ oblatum. Turpilius in demetrio: nunq̃ nimis numero quenq̃ uidi facere: q̃ facto est opus. Idẽ in lydia: ego interim in turba foras subduxi: cũ hac me neqs de numero mihi iubeat currere: qd puer togatus: aut ꝓtextat⁹ capite annuisset: ut discedens numero: uenire ait adolescentes. ¶ Afranius in priuigno: numero nupsi permuisti cassam terriculã aduersari. Plautus in amphitryone. numero mihi in mentẽ fuit. Cato de liberis educãdis: ut q cõtra celeriter erant nati fere numero ꝓmuniebãt: qđ q cito factuꝝ qs: siue oñdere uolebat: dicebat numero id fore. Festus numero dicebãt ꝓ nimiũ. Virg. Tũ uero in numeꝝ: faunosq; ferasq; uideres: ludere. i. in ordinẽ. Seruius in. xi. cõposit numero. i. rõnabiliter: unde & sæpe nũero dicimus. i. frequẽter: & rõnabiliter: hinc est tum uero in numeꝝ: in rõnẽ: in rhithmũ. ¶ In mente fuit. In mentẽ dixit Plautus: ut Aulus Gelius in primo noctiũ atticaꝝ: Idem autẽ ille amicus noster in eiusdem Marci Tullii Ciceronis oratione: quę est de imperio Gnei Põpeii: ita scriptũ esse a Cicerone dicebat: atq; ipse ita lectitabat. Quũ nostros portus: atq; eos portus: qbus uitam ac spiritum ducitis: In prædonum fuisse potestatẽ sciatis: neq; solœcismũ esse aiebat: in potestatẽ fuisse: ut uulgus semidoctũ putat: sed ratione dictum certa: & ꝓba cõtendebat: qa & græci ita uterent̃: & Plautus uerboꝝ latinoꝝ elegãtissimus in amphitryone dixit: numero mihi in mentẽ fuit: nõ ut dici solitum est in mẽte. ¶ Nę. grecũ est. i. certe. ¶ Allegent. mittant. ¶ Qui mihi aduenienti os ocillet. i. cõtũdat: aliud incilare est. significat enim increpare: ut alibi Plautus: & actius in meleagro: quis erit: qui me non spernens incilans probris sermone indecorans: turpi fama differet? Idem in clytemnestra. mater meo iure factum incilans genitorem iustum approbas. Pacuuius in doloreste. si quis hac mea oratione incillet: quid respondeam?

VALLA.

Queror uerbi ostructio

Nũero qd significet

In mentem uenit

Incilare qd sit

Atq; is repente abiit a me hinc ante lucem sola hic mihi

SATIN parua res est: conque ritur alcmena discessum uiri: qui tamen non erat: sed subdi titius Iupiter: Deinde domum aduenientibus amphitryone & Sosia: magna inter eos oboritur confu sio: primum inquit & cum interrogatio ne uerba legenda sunt: an non est parum uoluptatis in uita relictū hominibus præ q̄: idest in comparatione illius: quod mo lestum est: In hanc fere sententia; locutus est Socrates apud Platonem in Phędone inquiens: q̄ mira: o uiri uidetur: hæc res esse: quam nominant homines uolupta tem: quāq; miro naturaliter se habet modo ad dolorem ipsum: qui eius contrarius esse uidetur: quippe cum simul homini adesse nolint. Attamen si quis prosequitur caput alterum: semper ferme alterum quoq; accipere cogitur: q̄si ex eodem uertice sint ambo connexa: Diodorus quoq;: natura enim bonis ut plurimum: quę largitur hominibus: & mala immiscet: & illud uoluptati comes est tristitudo: Voluptatē scienter definit Seneca opinati: & falsi boni morā.

SARACENVS.

Voluptas quid sit

Diodori pulcher dictum

SATIN parua res est. In hac scæna Alcumena dolet Iouis discessum: quem uirum suum putauerat: sed se recreat uictoria: & eius gloria. Amphitryo autem cum sosia domum rediens: cum uidet se non tam acce ptum reuenisse domum q̄ putarat: quæritur apud uxorem. Inde inter ipsos iurgia exoriuntur. Sosia quoque adiuuante ait: ergo satin parua res est uoluptatum: hoc est an satis pusillum est: quod quis in ui ta capit uoluptatis: si cum illo tristiciam conferatur. Multo nanque plus quod molestum quam quod uoluptarium.

VALLA. Argumētū scęnę

SATin parua res est uoluptatum. Tetrameter quoq; brachicathalecticus est uersus huius scenæ: quēad modum & superioris. In qua ueræ & pudicę coniugis officium exprimitur. Conqueritur nanque alcme na ac se angit: & excruciat: ob abitum mariti (existumabat enim iouem: qui nuper ab ea discesserat: am,

PYLADes

phitrionem esse.) Inquit igitur: & cum interrogatione uerba legenda sunt. ⁋ Satin parua res est uoluptatum in uita: & cætera. hoc est. An non sunt uoluptates in hac uita paruæ: & pusilli momenti: respectu molestiarum. quæ postea consequuntur: iuxta quam sententiam: & naso dixit. Sed tamen usque adeo nulla est sincera uoluptas: sollicitumque aliquid lętis interuenit: & Lucretius. Medio de fonte leporum: surgit amari aliquid. Et Diodorus. Natura enim bonis: quę largitur hominibus: & mala immiscet. Sed & Plato Dulcedinē & tristitiem ex eodem uertice labi credit. Ordo igitur est. Res uoluptatū in uita: atq; in ætate ag. satin pro satis ne parua est: ac si diceret: est pculdubio. ⁋ Pręterq̄. i. respectu eius. ⁋ Cōparatū: institutum: destinatū. Terē. q̄ iniq; cōparatum est: ut ii qui minus habent: semper aliquid addant diuitioribus. ⁋ Experior domo: idest in causa mea peculiari: & re domestica.

Cōparatū

SARACENUS.

Reduces q

Quip q̄re

⁋ PLVS ægri: Maiorē ægrimoniam & animi solicitudinē. ⁋ Vsq;: assidue. ⁋ Reducat: redeat: & in tutum se recipiat inde reduces qui pericula euaserunt. ⁋ Aedepol: per ędem pollucis: qui mos iurādi uiris fuerat: ut fœminis per castora. ⁋ Qui me non expectatum: Qui pro quare inducit Plau. minimę licētiæ seruū. Qui quoq; hero suo se parē faciat: nam sicut ille ab uxore: ita se dicit ab amica desideratū iri.

VALLA.

Bona unde

Reducere quid sit,

⁋ EX habitu. discessu. ⁋ Beat. recreat: beatam efficit Inde bona dicta ut testatur Vlpian⁹: & beatos diuites dicimus. ⁋ Vt uictor uir belli reducat. Aut reducat pro redeat. aut reducat se intelligendum. Inde reduces: qui pericula euadunt. Virgilius in primo æneidos. Namq; tibi reduces socios: classemq; relatam: nūtio. ⁋ Primo cœtu. cœtus a coeundo dictus significat multitudinem congregatam: nūc prio cœtu: primo congressu. ⁋ Qui. i. cur.

Cœtus uū

PYLADes

⁋ PLVS ægri. maiorē ęgrimoniam: & animi sollicitudinem. ⁋ Ex abitu. ex discessu. ⁋ Beat beatam reddit: & ueluti felicitate afficit. ⁋ Quod pduelles. quod hostes uicit: tollendum est saltem: q; præpositum his erat: uti superfluens: metri ratione. ⁋ Domum recipiat. uel subaudiendum est se: & non scribendum: quandoquidem metri ratio non patitur: uel recipiat domum: idest redeat: & iterum capiat exponendum est. ⁋ Eius habitum. scribendum est: & non abitum eius: metri necessitate. ⁋ Vsq; diu. ualde: q̄ maxime. ⁋ Obfirmato: obdurato: cōstanti. ⁋ Vt meus uictor uir belli redeat. Vt redeat uictor belli: idest uictis hostibus: & debellatis: redeat autem legendum censemus potius: q̄ reducat: sed eo magis: quo Pius in priscis exēplaribus scriptum esse attestatur redeat: etiam q; exemplaria fere omnia: quæ uidimus: reducat: habeant. ⁋ Dicam. fatebor: uel ducam existimabo: & mihi ipsi ex habitu uiri satisfactum arbitrabor. ⁋ Virtus. Sententia; aurea est: qua significatur uirtutem premium esse pręcipuum studiosi: hinc illud elegantissime dictum. Mihi cane: & musis. ego & tu magnum theatrum sumus. unde Silius. Ipsa quidem uirtus sibimet pulcherrima merces. Et Claudianus. Ipsa quidem uirtus precium sibi: solaq; late: fortunę secura nitet: nec fascibus ullis: Erigitur: plausu ne petit clarescere uulgi: Nil opis externæ cupiens: nil indiga laudis: Diuitiis animosa suis: immotaq; cunctis: Casibus ex alta mortalia despicit arce. Sed & Lucilius: quæ in definitionem uirtutis cadunt: ita elegantissime paucis collegit. Virtus albine est pretium persoluere uerum. Quis inuersamur: quis uiuimus rebus adesse. Virtus est homini scire id: quod quæque habeat res. Virtus scire homini rectum: utile: quid sit honestum. Quę bona: quæ mala item: quid inutile: turpe: īhonestum: Virtus quęrendæ rei finem scire: modumque. Virtus diuitiis precium persoluere posse. Virtus id dare: quod reipsa debetur honori: Hostem esse: atq; inimicum hominum: morumque malorum. Contra defensorem hominum: morūq; bonorum Magnificare hos his bene uelle: his uiuere amicum. Commoda præterea patriæ sibi prima putare. Deinde parentum: tertia iam: postremaq; nostra. ⁋ Tutantur. passiue posuit: quum uerbum ipsum sit deponens: idest defenduntur. ⁋ Aedepol me uxori optatum. uerba sunt Amphitryonis ueri cum sosia iam appropinquantis: qui ita secum loqtur: profecto existimo meę uxori optatissimus aduentare: quū; & diu absuerim. & illa me ex animo amet: quę etiam a me amatur: sed eo amplius illam me uidere cupere: quum rem benę gesserim: & hostes deuicerim: & optatum scribendum est: metri necessitate: non exoptatum. nam pes unus abundaret. ⁋ Re gesta bene: idest feliciter administrato imperio. ⁋ Primo cœtu. primo congressu: primo inito prælio: quum primum coiuimus. Coetum enim a coeundo dictum uolunt. ⁋ Qui me expectatum non rere. qui pro quomodo: ut qui fit Mœcenas: & scribendum est: expectatum non rere: non autem: non expectatum rere. iam uersus nō consisteret. Sunt autem uerba sosię seruisse æquare hero suo postulātis: ut sicut ille optatus ueniat ab alcmena uxore: ita ipse ab amica sua. Nec scribendum est num: ut sit interrogatio: quæ fiat per. n. & per. m. ut Pius ait. Sed non. ut sit: quo modo: nō putas etiam me ab amica mea expectatum aduenire. ⁋ Meus hic uir quidem est. Alcmena conspicata Amphitryonem: & existimans illum eundem esse: qui nuper discesserat domo inquiens se ad exercitum properare: admirabunda loquitur. Et scribendum est. Meus hic uir quidem est: metri necessitate: & non: meus uir hic quidem est. nam pes unus uersui abundaret: quod interpretes nostri non uiderunt. ⁋ Sequere hac tu me. loquitur amphitryo. ⁋ Nam qd ille reuertitē. Cur. inquit Alcmena hic iā reuertitur: qui mihi dixit nuper: se properare: nec diutius hic manere posse.

Virtutis laus

Tutari

Nun

Nūc uideor, qa ille hic abest, quē ego amo pter omnes plus
Ex abitu uiri, q̄ ex aduentu uoluptatis cœpi. (ægri
Sed hoc me beat, q; perduelles uicit, & domum
Laudis compos reuenit, in solatio est. absit, dum modo.
Laude parta domum recipiat. ferā, & pferā usq; eius abitū
Animo forti, atq; obfirmato, id modo si mercedis datur
Mihi, ut meus uictor uir belli redeat, satis mihi
Esse dicam. Virtus præmium est optumū. uirtus omnibus
Rebus anteit profecto. libertas, salus, uita,
Res, parentes, patria, & prognati tutantur, seruantur.
Virtus oia ī sese habet. oia adsunt bona, quē penest uirtus.
Am. Aedepol me uxori exoptatū credo aduēturū domum
Quæ me amat, quam contra amo, præsertim re gesta bene.
Victis hostibus, quos nemo posse superari ratus est.
Quos meo auspicio, atq; ductu primo cœtu uicimus.
Certe enim me illi expectatum, optatum uenturum scio.
So. Quid me expectatū nō rere amice uenturę meæ? (tis,
Al. Me⁹ uir hic qdē ē. Am. seqr̄ hac tu me. Al. nā qd ille reuor

⁋ Saturam:

¶SATVram: non cibo repletam dixit: sed iocose cum utero tumescente. ¶ Rationem dictare: Computare: & tēpus metiri. ¶ Alligabo: Præponam. SARACENVS.

¶ME temptat sciens? idest dedita opa: ut experiatur: quē aium habeā? Donatus in illo eunuchi terētiano. Amore ardeo: & prudens: & sciens uiuus: uidensq; p eo inqt Prudēs est: qui itelligētia sua aliqd sentit. Sciēs: qui alicuius idicio rē cognoscit: ergo prudēs p se: sciens p alios. ¶ Ecastor: p castora. Iusiurādū fuit mulieꝝ: ut uiroꝝ: per herculem: per ędem polucis. ¶ Hic reliqui priusq̄ abeo: idest grauidam reliqui: anteq̄ hinc aberim: ita nāq; legendū est. ¶ Si occepso: aias oēs itertraxero. hoc ē si haurire incepero aquā. nō prius desinā q̄ totas eduxerim: tanq̄ aiam. ¶ Isti rei alligabo. isti negocio ocupabo: distin eboq;. ¶ Speratā. Nonius. Inter speratā: & dictā: & pactā: & spōsam hoc iterest. qa uirgo postq̄ petit̄ sperata dr̄. Pla. in amphitryone uxorē suam salutat speratā. dehinc pmissa dicta: uel pacta: uel spōsa dici pōt Virgi. in secūdo ęnei. Cui pater: & cōiunx quondā tua dicta relinquor. Idē: alias & gremiis abducere pactas Titinius qnto. Qui exacta ętate sponsa fit desponsata. VALLA.

Q ui dudum pperare se aiebat? an ille me tētat sciens?
Atq; id si uolt experiri, suum abitum ut desiderem,
Ecastor me haud inuita se domum recipit suam.
So. Amphitryo redirē ad naui meliust nos. Am. qua gratia?
So. Q uia domi daturus nemo est prandium aduenientibus.
Am. Q ui tibi istuc i mētē uēit? So. qa eni sero aduenimus.
Am. qui? So. qa Alcumenā ante ædeis stare saturā itellego.
Am. grauidā ego illā hic reliq quō abeo. So. hei peri miser
Am. Q uid tibi est? So. ad aquam præbendā adueni domū,
Decumo post mense, ut rationem te dictare intellego.
Am. Bono aio es. So. scin q̄ bono aio? si situlā iam cœpero,
Nunq̄ ædepol tu mihi quicq̄ creduis post hunc diem,
Ni ego illi puteo si occœpso animam omnem intertraxero.
Am. Sequere hac me mō. aliū ego isti rei allegabo, ne time.
Al. Magis nūc meū offm̄ facerē, si huic eā aduorsū arbitror.
Am. Amphitryo uxorem salutat lætus speratam suam,
Q uam omnium Thebis uir unā esse optumam diiudicat.

¶QVI dudū pperare se aiebat. tollēdū fuit alteꝝ se: qd hic ascriptū erat: metri rōne ita exigēte. ¶ Sciens. prudens: de industria: dedita opa. Inter prudētē: & sciētē Donatus hoc distare ait: q prudens est: qui itelligētia sua aliqd sentit. Sciens qui alicuius idicio rē cognoscit. ergo prudens per se. Sciens per alios. ¶ Atque id si uult experiri. q si inqt: id expiri uult. ¶ Vt desiderē. i. quantū ego cupiā. ¶ Suū abitū. i. eius hinc discessum. ¶ Ecastor. pfecto eo usq; abitū eius desidero: ut libēs: gaudēsq; redeūtē illū cōspiciā: ut hoc uersu quasi rūdeat motæ p ipsam dubitationis an. s. lætet̄ uiri abitu: uel tristet̄. ¶ Redire ad nauē me. nos: meliust pro melius est. nā uersus rō nō tolerat melius est. ¶ Qua gr̄a. qua cā: cur. ¶ Qui tibi istuc in mētē uenit. qui p quo nō: ac si diceret: qua cōiectura hoc tibi in mētē uēit. Et scribēdū est: q tibi istuc. Et nō: q tibi nūc istuc: abūdat. n. nūc: nec uersus rō eā dictionē patit̄. ¶ Sero. tarde: iā acta cœnę tēpestiuitate. sero. n. tarde significat. Claudianus. Imperiū tibi sero datū. Seneca. Sero nos illo referat senect?; Nemo ad id sero uenit. uñ nunq̄ quū semel uenit potuit reuerti. Sero ēt signat post tp̄s oportunū: qd tñ fere idē est. uñ Cice. Quū accusator milonis rogaret: quo tpe clodius eēt occisus: urbane rñdit. Sero: quasi post id tp̄s: quo debuisset occidi: neq; alr̄ fere acceptū sero aduerbialr̄ cōparit̄: quāq̄ Pius hoc ipso Cice. exēplo nitat̄ oñdere: sero crepusculus nocturnū significare: in quo sallit̄ admodū. A sero fit adiectiuū serotinus: ut hora serotina: tp̄s serotinū: poma serotina. ¶ Satura. iocus ē ex polysema uoce: grauidā. n. & cū utero tumuscēte itelligit sosia: quā cibo repletā alius itelliger posset. ¶ Quū hic abeo. i. quū hic discessi in teleboas exercitū ducēs. Et scribēdū est: quū hic abeo: & nō q̄ abeo: metri necitate: & sensus cōcinnitate. ¶ Quid ti. nūc ē? addēdū fuit nūc: metri rōne. & isra. ¶ Quia ad aq̄ pbē. addēdū quoque fuit qa: & metri necitate: & sniç cōgruitate. ē. n. rōsio sosiæ ad iterrogationē āphitryonis. ¶ Ad aq̄ pbēdā: q sup peditari cōsueuerat ab ancillariolis seruis: ad elutriāda lintea: excremētis puerilibus sordescētia. ¶ Rōnem dictare. ratiocinari cōputare. Dictare ēt significat excipiēti suppeditare hypothesim & scribendi materiā. Ouidi. Dictandi uires: siccaq; lingua negat. Propertius. Carmina purpureus: quę mihi dictat amor. Dictata pueroꝝ themata psio sunt: Ten cirratorum cētum dictata fuisse: pro nihilo pendas Similiter & Asconio. Ergo libellū uult itelligi attulisse Cecilium. unde magister dictata pueris pbere consueuisset. ¶ Bono aio es. pro sis: ut huc ades pro adsis. ¶ Scin q̄ bono aio? tollendum est uerbū sim: qd adiectū his erat: uti supfluens: & metri rōni contrariū. ¶ Situlā. Situla aqualē uas est ad hauriendā aquā accomodū: dicta a sitio uerbo: ut qdā uolūt: qa aquā sitiat: cuius diminutiuū est sitella. eā uulgo siclā appellant. ¶ Nunq̄ ædepol tu mihi qcq̄ creduis post hūc diem. hic uersus ita scribi debet: metri necessitate: & tollēda dictio illa diuini: uti abūdans: & sensui: & metricę rationi. Nunq̄ inqt sosia: credito mihi qcq̄ post hunc diem: nisi ego omnem penitus aquā ex illo puteo cogar exhaurire: quū semel id agere incœpero: ita enim hariolat̄: & futurum timet ut tāto labori hauriendę aquæ destinetur. ¶ Creduis. pro credideris: ut duis pro dederis: uel creduas pro credas. ¶ Occœpso occœpero: incœpero. ¶ Animam. quā: quę instar animæ latet intus in puteo. Anima inter cæteras significationes: de qbus in uocabulario nostro diximus: etiam aquā significat: ut hoc loco: quod & Nonius asserit. Cęteꝝ & uentum: & oris halitū: & odorem reꝝ: & aerē: & irā: & sonum quoq; significat: & in primis spiritum illum: quo uiuimus. Et animas pro hominibus dixerunt poetę: ut ibidē exposuimus. ¶ Intertraxero. penitus hauriam: continua illa eductione. ¶ Alligabo. astringam: & deuinciam: uel allegabo. i. demandabo: & destinabo. ¶ Huic. amphitryoni. s. non alcmenæ: ut Pius exponit: loquitur enim alcmena: in quā cadit officium illud: eūdi aduersum marito redeunti. nam ipse continue ueniebat ad illam domum uersus: quapropter desipere uidetur Pius exponens huic: idest alcmenæ. ¶ Speratam suam. ac si diceret amatam: & desideratam. Inter speratā & sponsam Marcellus hoc differere ait: quia uirgo postq̄ petitur sperata dicitur: & adducit pro testimonio hunc Plauti locum; quod q̄ rite faciat: alii iudicent. Dehinc promissum inquit dictam. uel pactam; uel sponsam dici posse. Sed & speratū pro ponso capi asserit: ut in illo Affranii. Curre: & nuncia uenire: & mecum speratum adducere.

PYLADes

Prudens

Sero

Dictare

Anima

Sperata

SARACENVS. Rumiferaf quid: uel rumificare Obsecro quid

CRVmificant: Vel rumiferãt: ut Nonius legere uidetur: est enim rumiferare honeste dictũ rumores ferre. Haud uidi magis expectatum. Nam alcmena salutãti amphitryoni nõ respõderat: ipsa.n. admirabũda syluerat: ꝙ eã uir salutãsset: tanq̃ nuper aduenies: qui ab eo Paulo ante discesserat: & secũ noctẽ trãsegerat. Obsecro: nõ rogãtis: sed interrogãtis: & regrentis. Auspiciũ cõmoratũ est: Nã iminente sinistro: & ominoso auspicio nõ licuerat pficisci ad iter istitutum tanta.n. fuit religio apud antiquos: ut nihil nisi auspicato gererẽt. Dudũ: Præsens tps designat Vir. Iã dudũ sumite pœnas: aliter dudũ pro diu Hora. nõ ante uerso lene meꝝ cado iã dudũ apud me ẽ. Paulisp mane: Verba sunt sosiæ nõ amphitryonis.

Q namq; adeo ciues Thebani uero rumiferant probam.
Valuistin usq;? expectatus aduenio? So. haud uidi magis
Expectatum, eum salutat haud, quisq̃ q̃ canem.
Am. Et quom grauidã, & quõ te pulchre plenã aspicio, gau
Al. Obsecro ecastor quid tu me deridiculi gratia (deo.
Sic salutas, atq; appellas, quasi dudum non uideris?
Q uasi qui nunc primũ recipias te domum huc ex hostibus?
Atq; me nunc perinde appellas, quasi multo post uideris.
Am. Immo equidem te nisi nunc, hodie nusquã uidi gẽtiũ.
Al. Cur negas? Am. qa uera didici dicerẽ. Al. haud æquõ fa
Q ui quod didicit, id dediscit. an periclitamini (cit,
Q uid animi habeã? sed quid huc uos reuortimini tã cito?
An te auspicium commoratust? an tempestas continet,
Q ui non abisti ad legiones, ita ut dudum dixeras?
Am. Dudũ? q̃ dudũ istuc factust? Al. tẽtas? iã, pridẽ, modo.
Am. qui istuc potest fieri quæso, ut dicis. iam, pridẽ, modo?
Al. Q uid enim censes, te ut deludam contra lusorẽ meũ,
Q ui nũc primũ te aduenisse dicas, modo qui hinc abieris?
Am. Hæc quidẽ deliramenta loquitur. So. paulisper mane

VALLA. Rumiferaf quid

CRVmificãt pbam: rumore pnunciãt bonã. Nonius tñ hunc citans locũ: non rumificant: sed rumiferant legit. Rumiferare inqt dictũ honeste rumores ferre. Pla. in amphitryone. quãq; adeo &c. Salutat haud magis qsq̃ q̃ canẽ. Nõ magis inquit Sosias uxor maritũ salutare q̃ qsq̃ salutat canẽ. Deridiculi gra. Qm ipsũ paulo ante se uidisse putauerat. Id dediscit: idest obliuiscit: ita Martia. Dedidicis pacẽ subito feritate reuersa Oui. Quæ puto dedidicit iam bona uerba loq. Addiscere meminisse est. Ante auspiciũ cõmoratũ est. Festus in fragmẽtis: Spectio i auguralibus ponitur pro aspectione: & nuntiato quia omne ius sacroꝝ habẽt auguribus. Spectio dũtaxat: quoꝝ cõsilio rem gererent magistratus: nõ ut possent ipedire nũtiando. quę cum uidissent satis: spectio sine nũciatione data est: ut ipsi auspitio res gererent: nõ ut alios impedirent nuncian do. An pcliitamini. i. experimini. nam periclitari est tam periculo afflictari q̃ piculum facere. Potis est: possibile est: ut ẽt potis potens: ut at potis euandrũ. Potis & pote adiectiuum: unde pote aduerbium: sicut utpote: qui pote. Comparatiuum potior & potius: potissimus superlatiuum. Aduerbium potissimum.

PYLADes Ramusculus unde

CRVmiserãt. publico rumore: & fama ferũt: & collaudãt: ut exponit Marcel. hũc locũ citans: a rumore autẽ fit rumusculus diminutiuũ. Ci. Pro cluẽtio iperitoꝝ hoiũ rumusculos aucupãt. Usq;. cõtinue: ppeti. Haud uidi magis expectatũ. Sosię uerba sunt. Nã alcmena salutãti amphitryõi nõ rñdebat: sed frõte capata: & admirabũda syluerat: ꝙ eã uir salutasset: tanq̃ nup adueniẽs: q ab ea pauloãte discesserat: & secũ noctẽ trãsegerat. Iõ ait sosia: haud uidi magis expectatũ. Eũ salutat ma. haud qsq̃ q̃ canẽ. Nõ mirãdũ est Piũ ac Sarra. duos Plauti iterptes: hũc locũ sicco pede pteruisse: quũ legãt. Eũ salutat qsq̃ q̃ canẽ: absq; aduerbio illo magis: quo dẽpto: nullus pfecto certus sensus elici põt. Addi aũt debuit: tũ ex codicibus antiqs: & manuscriptis. in qbus utiq; scriptũ est: tũ uero metri necessitate: & sniæ cõcinitate: ut sit sensus: eũ salutat magis haud. i. haud magis eũ salutat: q̃ qsq̃ salutat canẽ. Et quõ grauidã: tollendũ fuit te: qd hic erat ascriptũ post quõ uti superfluens: metri rõne & sermonis elegãtia. nã satis est: qd seqtur: & quõ te pulchre plenã aspicio. Verba sunt cõtinuata amphitryonis ad Alcmenã. Obsecro castor. Nõ rogãtis: sed interrogãtis: & irata fronte regrẽtis: uerba sunt Alcmenæ. An inqt deridendi gra: sic me salutas nunc: atq; alloqueris quasi qui diu absens fueris: & me nõ uideris iãdudũ? Deridiculi: Ridiculus: & deridiculus epitheta sunt: & significant derisione dignũ: a ridẽdo. s. Plau. in sticho. Ridiculus ęq; nullus ẽ: q̃ dũ esurit. Idẽ i captiuis. Dico unũ ridiculus dictũ de dictis melioribꝰ. Et substãtiue ridiculũ: & deridiculũ sigñant derisionẽ: quã q̃ ridiculũ potiꝰ dictũ sigñet: qd risũ mouet. Peride. ita sic nõ ac tãq̃: ut exponit Pius sonias. nã si pinde eũ q̃si isigat. sigñabit tãq̃: nõ ipm pinde solũ. nisi forte ita loquẽdũ putet: tanq̃ q̃si. Dediscit. postq̃ didicit: obliuiscit. Oui. Quę puto dedidicit iã bõa uerba loq: hoc ẽ dememinit: nã & hoc poetis usurpatũ ẽ: Mar. Ipse iubet mortis dememinisse dus. Quid ai habeã. quo sim aio aduersus maritũ: an illũ amẽ: uel ne? Sed qd uos huc reuortimini: qd ẽ iqt: ꝙ tã cito reuortimini: quũ adeo pgaſ ad legiões pauloãte dixeritis? Et addẽdũ fuit uos: metri necitate: & ex codicibus antiqs: deficiebat nãq; pes unus uersui: qd iterptes nři nõ aduerterũt. An te auspi. cõmoratũ est. Nã tãta fuit religiõis cura apud antiquos: ut si tonuisset: uel aliud aduersum auspiciũ se oñdisset: nõ exirẽt in pliũ. An igiẽ. inqt: auspiciũ te detinuit: an tẽpestas: qua fortassia mare nũc agiteẽ: ut nauigare: nõ potueris? Quãdudũ id factũ est. id scribendũ est metri necessitate: & ex codicibus antiqs: & nõ istuc. Tẽtas? iã. pridẽ: modo. uerba sunt Alcmenæ respõdentis ad illud: q̃dudũ id factũ est. Iã: pridẽ: mõ. oia ista aduerbia idẽ fere significãt: ac si diceres: nup: pauloante: & uideñ plata ab ea tanq̃ irascẽte: & hmõi cõgeminata uerba p iracũdiã expromẽt: nec in his. Dudũ. scribi põt: quia uersus nõ patiẽ: & abũdaret uno pede. Qui istuc pt fieri q̃so. Ita legẽdũ est: & nõ potis est. Declinaẽ. n. hic & hęc potis: & hoc pote: & significat possibilis: & possibile. fitq; collisio hoc loco: p pote est: qũo inqt possibile est hoc: sicut dicis iã. pridẽ. mõ: q̃si diceret. Impoẽ ẽ hoc: qa ego hic nõ affui: nisi iã multo tpe. Et legẽdũ est: ut dicis: iã: pridẽ: mõ: qa replicat: & reiterat uerba per eã plata: neq; scribẽdũ est dudũ p pridẽ. Cõtra. altrinsecus: ecõtrario: ex altera pte: ut sicuti tu ex pte tuã me deludis: ita ego te deludã? Lusorẽ. delusorẽ: irrisorẽ. Delirameta. ineptias isanias: exorbitãtias mentis. Lira sulcus est aratæ terræ, unde per metaphorã: qui sulcũ rõnis euagaẽ: is delirare dicit: tanq̃ e lira egredi. uñ delirameta uocantur.

Ridiculũ

Auspicium

Deliramta

Assentaris:

¶ ASSENtaris: Aſſentamur uoce: Adulamur geſtu: Blandimur tactu. ¶ Bacche bacchãti: Mulieri furẽti. Nã bacchus: & bacchari: & bacchanalia a græco. βοῶ id eſt clamo uociſero: nam uino profuſi uociferari: & furere conſueuerũt. ¶ Feriet ſępius: Magis aduerſabit. ¶ Si obſeq̃ris: Affirmãdo. ſ. q̃ dixerit. ¶ Vna reſolues plaga: Ideſt unico uerbo omnẽ ſedabis cõtẽtionem: ceſſabiſq; a cõtrouerſia. ¶ Crabrones Veſparum genus: quæ tactę magis irritant.

SARACENVS

¶ VIGIlans ſomniat. Vnde dictum ſit: uigilans ſomniat. diuus Auguſtinus in libro de ſpiritu & anima his oſtẽdit uerbis. Multa uidet anima: & eadem natura eſt uiſionum: ſiue in uigilantibus: ſiue in dormientibus: ſiue in ægrotantibus: qm̃ non ex alio genere ſunt: quæ uidentur q̃ ex natura ſpiritus: de quo: ut in quo fiunt ſimilitudines corporum. obſcuratas nanq; uias ſentiendi habent: ut uideatur quod ſomniantes uident. Viſa ſiquidem phreneticorum ſimilia ſunt uiſis ſomniantium: uiſa ſomniantium ſimilia ſunt cogitationibus uigilantiũ. Dormiẽtibus quippe in cerebro conſopitur uia ſentiendi: quæ intentionem uirtutis uiſiuæ ad oculos ducit: ideoque ipſa intentio in aliud auerſa cernit uiſa ſomniorum tanq̃ ſpecies corporales adſint: ubi ſibi dormienti uigilare uideatur: & non ſimilia corporibus: ſed ipſa corpora ītueri ſe putet. ¶ Feriet ſæpius: ideſt contundet ſuo ſermone. ¶ Si. obſequaris: ideſt non aduerſeris unde & obſequium dictum. ¶ Vna reſoluas plaga. uno ictu dilues. ¶ Irritabis: crabrones. i. moleſtiorem habebis. Crabrones nanq; ueſpis maiores & aculeis infeſtiores irritati inſectantur lõgius.

VALLA.

Dum edormiſcat unum ſomnum, quæ næ uigilans, ſõniat.
Al. Eqdẽ ecaſtor uigilo, & uigilãs id quod factuſt, fabulor.
Nam dudum ante lucẽ & iſtũc, & te uidi. Am. quo in loco?
Al. Hic ī ædib⁹, ubi tu habitas, Am. nũq̃ factuſt. So. ñ taces?
Quid ſi e portu nauis huc nos dormienteis detulit?
Am. Hei etiam tu quoq; aſſentaris huic? So. quid uis fieri?
Non tu ſcis, bacchæ bacchanti ſi uelis aduorſarier,
Ex inſana inſaniorem facies, feriet ſæpius.
Si obſequaris, una reſoluas plaga. Am. at pol quin certa res
Hanc eſt adiurgare, quæ me hodie aduenientem domum
Noluerit ſalutare. So. irritabis crabrones. Am. tace.
Alcumena unum rogare te uolo. Al. quid uis rogare, roga.
Am. Nunc tibi aut ſtultitia acceſſit, aut ſuperat ſuperbia?

Crabrones qui ſint

PYLADes

¶ EDORmiſcat. Dormiẽdo abſoluat. Edormire uinũ Ciceroni: eſt dormiendo pficere: & excoquere. Eius uerba in ſecunda antoniana hæc ſunt. Edormi crapulã inquã: & exhala. Gellius lib. vi. At nunc uidere eſt phõs ultro currere: ut doceant ad fores iuuenũ diuitũ eoſq; ibi ſedere: atq; operiri ppe ad meridiẽ: donec diſcipuli nocturnum oẽ uinum edormiant. ¶ Quæ næ uigilans ſomniat. Scribendum eſt: ſomniat: nõ ſomniet: & ſi næ cum diphthongo legerimus: hic fuerit ſenſus: quæ profecto uigilans ſomniat. Sed ſcripſerim potius abſq; diphthongo: ne pro non: hoc ſenſu: quę non uigilans ſomniat. i. quæ non uigilat: ſed ſomniat. Vnde ipſa reſpondet: Equidem ecaſtor uigilo. Sic Terẽ. in andria. Ego id agam: mihi qui ne detur pro nõ detur. Et ſunt uerba cõtinuata Amphitryonis: non Soſiæ: ut inquit Sarracenus: quod oſtendunt ſequẽtia Alcmenę uerba erga amphitryonẽ prolata. ¶ Et iſthunc: & te uidi, hęc alcmenæ uerba oſtẽdunt: pcedẽtia uerba amphitryonis fuiſſe: & non ſoſiæ: quũ alcmena amphitryoni rñdeat: & nõ ſoſiæ. ¶ Nõ taces. loquitur ſoſia deridens alcmenã: quãq̃ amphitryo aliter accipe uideatur: hoc eſt in fauorem illius hæc uerba a ſoſia dicta. unde inquit. ¶ Hei etiã: tu quoq; aſſentaris huic? hei addẽdum fuit: & ſententiæ concinnitate: & uerſus neceſſitate: aliter enim nõ conſtaret: qd interptes noſtri non uiderunt. Qui differat inter aſſentari: adulari: & blandiri: diximus in Moſtellaria. ¶ Quid uis fieri. Soſia loquitur. Quid uis inqt: ut faciam? neſcis: q ſi mulieri inſaniẽti aduerſari uelis: & contra loqui: ex inſana inſaniorem reddes? ¶ Bacchæ bacchanti. Bacchas ſcimus mulieres fuiſſe: quę baccho ſacrificia faciebant. ¶ Bacchę bacchanti. i. mulieri ebrię inſanienti: ſicut ſunt bacchę mulieres baccho per inſaniam ſacrificantes. ¶ Feriet ſępius. magis aduerſabitur. ¶ Si obſequaris. ſi obſecundaueris: & illi inſanæ uerbis placidis reſpondebis. ¶ Vna reſoluens plaga. unico ictu: & uno uerbo: eius ferociam: ueſaniãq; pſternes. ¶ Quin. affirmantis eſt pro certe. ¶ Adiurgare. Caſtigare iurgiis & pbris inceſſere. Iurgari & iurgare dicimus idifferenter: pro rephendere: & de iure agere. nã a iure fit iurgo: & iurgor. Inter iurgiũ: & litẽ Marcellus hanc ait eſſe differentiam. q iurgium leuior res eſt. ſi qdem inter beniuolos: aut ppinquos diſſenſio: uel cõtentio: iurgium dicitur. Inter inimicos diſſenſio: lis appellat. M. T. iiii. de repu. Admiror ne rerum ſolum: ſed etiã uerborum elegãtiam. Si iurgant inqt beniuolorũ cõcertatio (Nã lis inimicorũ eſt) iurgiũ dicitur. Idẽ. Iurgat ergo lex putat iter ſe uicinos non litigare. ¶ Hanc eſt mihi adiurgare. addẽdum fuit mihi: metri neceſſitate: aliter enim uerſus nõ conſiſteret. ¶ Crabrones: ueſparũ genus ſunt: quæ tactę magis irritantur. quorũ ictus: ut Plinius refert: fere non ſine febri ſunt: ſed & fatiferi: ac pemptorii. ¶ Quid iſtuc. quid legendum eſt: metri neceſſitate: cui pes unus deficeret: ſi qui legas: ut Pius: & Sarracenus legunt: qd añt. pro ad qd exponendum eſt. ¶ Præcontarier. Interrogare: exquirere: rimari: diligenter inquirere. Ita exponit No. hunc locũ citans: & proprietas uerbi: ut inquit: ab eo tracta eſt: q uada in fluminibus contis exqrunt. Conti. n. ut idem ait: haſtæ ſunt longiores: & robuſtę. Virgi. Ant duris detrudere contis. Feſtus autem ſic. Percontatio uidetur dicta ex uſu nautico: quia altitudinem aquę conto pertentãt. Alii uolũt per cũctationem dici: q ſcilicet is: qui curioſus eſt: percuncta interroget. Donati uero hęc uerba ſunt. percontatus: & percunctatus ſcribitur. Si percontatus a conto dicitur: quo nautæ utunt ad loca nauibus opportuna: Si uero percunctatus: ab eo q a cunctis perquiratur dicitur. Dicimus autem percontari: & percontare: Neuius: Si percontaſſem: malum hoc me prçteriiſſet. Idem: blande: & docte perconctant. ¶ Quia ſalutare. tollendum fuit: ſi quod hic erat interiectum uti ſuperfluens: ſenſus concinnitate. ¶ Antidhac. pro antehac: ſic enim uſi ſunt ueteres: ſed hic nullo modo ſcribi poteſt antehac metri neceſſitate. ¶ Vt pudicæ ſuos uiros: quę ſunt: ſolent. ordo eſt: ut pudicę: quę ſunt: ſolent ſuos uiros appellare. ¶ Eo more te expertem factam. Ita ſcribi debet uerſus: metri neceſſitate: & non expartem te: ut ſcribunt Pius & Sarracenus: Expers autem dicitur: qui ſine parte eſt: hoc eſt priuatus: ut hic aliqui pro ignaro: & imperito accipiunt. nullamq; rerum experientiam habente. ¶ Te certo huc heri aduenientem. huc addi debuit: metri neceſſitate: & etiam ex ſenſus congruitate: quod ii interpretes non uiderunt.

Bacchæ q̃ dicantur

Iurgare

Percõtaf: & percontari

SARACENVS · Mos loquēdi ātiquorū · Pulchrum dictum · Atra bilis quid

OSCVlum tetuli:Non detuli tetuli protuli ita locuti sunt ueteres:Nonio teste. Actius in andromada donec auxilium perseu tetulisti mihi. Prægnanti malum dari:Iocatur ad illud:tu magnum malum habebis: ꝙ sosias simulat intellexisse pro pomo. Animo si male esse:Nam uoluptatibus interdum animi ęgritudines leuantur: sed cogitatione præsertim:ut inquit Cicero Nihil est ꝙ tam obtundat: eleuetq; ægritudinē:q̄ perpetua in omni uita cogitatio. Atra bili:quā grçci melancholiam uocant:est e quattuor humoribus una naturæ aridæ & frigidæ terræ comparata:quę sicuti grauis est:& difficulter mouetur:sic morbi ex atra bili difficillime curantur:quæ quotiens altius scādit:hoies isanos reddit. Ideo subiicit:nulla res tam homines delirantes concinnat: idest facit. Percita:Percussa : & percitū dicimus iracūdia & furore cōcitatum.

Al.Qui istuc in mente est tibi mi uir percontarier?
Am.Quia salutare aduenientem me solebas antidhac.
Appellare itidem,ut pudicæ suos uiros,quæ sunt,solent.
Eo more expertem te factam aduenient offendi domi,
Al.Ecastor equidem te certo heri aduenientem illico
Et salutaui,& ualuisses ne usq; exquisiui simul
Mi uir,& manum prehendi,& osculum tetuli tibi.
So.Tun heri hunc salutauisti? Al.& te quoq; etiam Sosia.
So.Amphitryo speraui ego istam tibi parituram filium,
Verum nō est puero grauida.Am.quid igitur? So.insania.
Al.equidem sana sum,& deos quæso,ut salua pariam filiū.
Verum tu magnū malum habebis,si hic suum officiū facit.
Ob istuc omen ominator capies quod te condecet.
So.Enimuero prægnanti oportet & malum dari,
Vt quod obrodat sit,animo si male esse occœperit.
Am.Tu me heri hic uidisti? Al.ego inq̄,si uis decies dicere.
Am.In sōnis fortasse.Al.imo uigilās uigilātē.Am.uæ mihi
So.Quid tibist? Am.delirat uxor.So.atra bili percitast.
Nulla res tam deliranteis homines concinnat cito.

VALLA. · Bilis atra quid

MI uir percōtarier. percontari iquit. No.hunc citando locum diligenter inquirere. Et est proprietas uerbi ab eo tracta: quod uada in fluminibus cōtis exquirūt. Ominator.qui omine malo isania grauidam:non filio dicis. Oportet malum dari.Malū licet quantitate differat cū pomum significat:& cum non probum . hic tamen malum pomum dicit:ut non bonū uelit intelligi. Suum officium facit : dicitur officium inquit Donatus quasi efficium ab efficiendo:quod unicuiq; personę congruit. Nulla res tam delirātis homines concinnat cito. Delirantis pro delirantes.i.a recto secedentes concinnat: facit. Nā delerare ut legit. Noni.per e est de recto recedere. Lera autē est fossa recta: quæ contra agros tuendos ducitur : & in qua uligo terræ decurrat. Pompo. in prostibulo. Iam abierunt:iā non tundunt: iaȝ ne ego sum in tuto satis. uunquis hic restitit:qui nondum habeas lerarit mihi:id ē confoderit. Lu.lib.xxvi.qua propter delero : & cupidi officium fungor rubetum. Plantus in amphitryone delerat uxor. Atra bili percita est . quę a grçcis melancholia:a nostris atra bilis.ab illis melancholo:a nostris infanio.nam cum atra bilis ammixta spiritui ad cerebrum attollitur : insania suscitatur.

PYLADes · Tetuli · Omen · Percitus

OSCVlum.suuauium:quanquā ita authore Marcello discernantur:ꝙ ab ore osculum:suauium a suauitate dicitur:osculum quoq; paruulum os significat.Mar.Ipsaq; crudeles ederunt oscula morbi. Tetuli.tuli : antiquum est pręteritum a fero uerbo:siue a tollo:Nonius tetulit tulit. Actius in andromeda . Donec auxilium perseu tetulisti mihi.Priscianus quoq;. Tollo inquit tetuli:pro quo nunc est in usu frequenti sustuli a tulo quoque:quod uerberibus in usu fuit tetuli dicebant. Quid igitur.subaudi paritura est:uel quid igitur ais. Insania : respondet Sosia ad illud:quod ipse dixerat:non est puero grauida:ac si dicat:grauida est insania:casus est ablatiui isania. Sic hic. Amphitryo:scilicet tanq̄ ei obiiciat:ꝙ præter ius sinat seruum illi maledicere. Ob isthucq; omen ominator capies: quod condecet.ob hæc.inquit sinistra uerba:& ob hoc diruȝ augurium:quod de me fecisti:non seruato decoro : insania grauidam me incessens magnum malum habebis:& capies quod condecet . uersus autem ita scribendus est: ut nos scripsimus:auferendumque fuit te:quod præpositum erat uerbo condecet:metri necessitate.nam aliter pes unus abundabat.Cæterum Omen augurium significat : modo prosperum. Virgili.Omine quo formans animum sic incipit ipsa:modo aduersum. Idem.Neue omine tanto:prosequere. Et sic capitur hoc loco:dictum ab ore ut quidam uolunt : quasi oremē uel ut alii: ab omento : quod extispices notare solent. Inde ominor:ominator:ominatio: ominosus:& abominor:abominator:abominatio:& abominosus. Prægnanti oportet:& malum dari. & malum scribendum est.nam absque & uersus non consisteret:& in codicibus antiquis scriptum est:& sensus concinnitas id requirit:quasi dicat:ultra alia:quę prægnantibus dari oportet:malum etiam eis conuenit:hoc est pomum. Nam iocatur sosia in nomine malum.quia Alcmena dixerat.magnum malum habebis;idest magnum detrimentum & damnum.hic autem ait Malum dari oportet etiam prægnanti: pomum significans . & peculiariter fortassis alludit ad punicum:siue granatum. De quo phy.libro uigesimotertio.Granatum expetitur in grauidarum malitia.& quoniam gustatu moueat infantem. Vt quod obrodat:sit animo si male esse occœperit. Vt si quo morbo animus affici cœperit.ut plęrunque prægnantibus contingit.habeat malum.hoc est pomum , quod obrodat. scimus enim prægnantes pomis eiusmodi libenter uesci:& si quando uel in hypothymiam:uel in malitiam aliquam deciderint : pomo gustato:releuari. Veh mihi.abiiciendum fuit misero:quod hic ascriptum erat inter ueh : & mihi : metri necessitate. Atra bili percita est:idest melancholia:& nigro cholo exagitatur:a quibus insania procedit:de qua melancholia intellexit Persius:quum inquit:Scabiosus & atra:Bile tumet:hæc in tm̄ aium agitat:ut qui ea pręmunt: sibi plærunq; mortē consciscant:maleq; habeant animo etiam corporis cōtagione uanescente. Ideo subiicit. Nulla res tam delirantis homines concinnat cito:idest facit:nihil tam cito homines deliros:& insanos reddit:q̄ atra bilis. Percita.percussa:percitum dicimus iracundia & furore concitatum. Vbi.uel in cerebro:uel in stomacho:in quibus corporis partibus bilis ut plurimum debaccatur:uel ubi:idest quando:ut quo in loco.

Implicitscier

Am. Vbi primum tibi sensisti mulier impliciscier?
Al. Eqdē ecastor sana,& salua sum. Am. cur igitur prædicas
Te heri me uidisse, qui hac noctu in portū aduecti sumus?
Ibi cœnaui, atq; ibi quieui in naui noctem perpetem.
Neq; meum pedē huc intuli etiam in ædeis, ut cum exercitu
Hinc profectus sum ad Teleboas hosteis, eosq; ut uicimus.
Al. Immo mecū cœnauisti,& mecū cubuisti. Am. qd id est?
Nihil te pudet scelesta, populi in conspectum ingredi?
Al. Vera dico. Am. nō de hac qdē hercle re, de aliis nescio.
Al. Primulo diluculo abiisti ad legiones. Am. quo modo?
So. Recte dicit, ut commeminit. somnium narrat tibi.
Sed mulier postq̄ experrecta es, prodigiali Ioui
Aut mola salsa hodie, aut ture comprecatam oportuit.
Al. Ve capiti tuo. So. tua istuc refert, si curaueris.
Al. Iterū iam hic in me inclementer dicit, atq; id sine malo.
Am. Tace tu, tu dic, ego ne abs te abii hic hodie cū diluclo?
Al. Quis igitur illic narrauit mihi, illic ut fuerit prœlium?
Am. An & id tu scis? Al. qppe q̄ ex te audiui, ut urbē maxu(mam)
Expugnauisses, regemq; Pterelam tute occideris.
Am. Ego ne istuc dixi? Al. tu te istic, etiā ast ante hoc Sosia.
Am. Audiuisti tu me narrā hoc hodie? So. ubi ego audiuerī
Am. Hanc roga. So. me quidē p̄sente nunq̄ factust, qd sciā.
Al. Mirū, qn te aduorsus dicat. Am. Sosia, age me huc aspice.
So. Specto. Am. uera uolo loqui. te. nolo assentari mihi.
Audiuistin tu hodie me illi dicere ea, quæ illa autumat?
So. quæso ædepol, nū tu etiā insanis, quō id me interrogas?
Qui ipsus equidē nunc primū istanc tecū conspicio simul.
Am. Quin nunc mulier audin illum? Al. quin eo fit, mihi
Plurimū,& credo,& scio ista esse facta pinde, ut proloquor.
Am. Tun me heri aduēisse dicis? Al. tun te abisse hic negas?
Am. Nego enimuero,& me aduēīs nūc primū aio ad te domū
Al. Obsecro etiam ne hoc negabis, te aureā pateram mihi
Dedisse dono hodie, qua te illic donatum esse dixeras?
Am. Neq; pol dedi, neq; dixi. uerum ita animatus fui.
Itaq; nunc sum, ut ea te patera donem. sed quis istuc tibi
Dixit? Al. ego equidem ex te audiui,& ex tua accæpi manu
Paterā. Am. mane, mane obsecro te, demiror nimis Sosia,
Qui illæc illic me donatum esse aurea patera sciat.
Nisi tu dudum hanc conuenisti,& narrauisti hæc omnia.
So. Neq; pol ego dixi, neq; uidi istam, nisi tecum simul.
Am. Quid sit hoc hois? Al. uin pferri pateram? Am. pferri (uolo.
Al. Fiat, tu Thessala intus pateram proferto foras,
Qua hodie uir meus donauit me. Am. secede huc tu Sosia.
Enimuero præter alia miror maxume.
Si hæc hēt paterā illā. So. an ēt id credis, q̄ in hac cistellula
Tuo signo obsignata ferūt? Am. saluō signust? So. inspice.
Am. Recte ita se, ut obsignaui. So. quæso qn tu istāc iubes

SARACENVS

¶ IMPLIciscier Inuolui: hmōi. s. isania. ¶ Perpetē: Continuā: & ppetuā. ¶ Vt cū exercitu: Vt. i. postq̄. ¶ Diluculo: summo mane: diluculum aurora est cū incipit albescere Plau. alibi diluculascit. i. icipit illucescere. ¶ Exprecta: E somno excitata. ¶ Prodigiali: Dicitur pdigialis & pdigiale qd procurat pdigium. Dicta sunt pdigia a Nonio q̄si porro adigenda: uel porro agēda: uel quasi prædicta: ut Festo placet: q. s. prędicant qd futurum est: unī prodigię hostię dicuntur: quæ cōsumunt: & ide homines luxuriosi dicti pdigi. ¶ Cōprecatā: pcibus placasse: uel sacrificasse. ¶ Mola salsa: aut thure: quę in sacrificiis adhibebant: molam salsam ponit Valeri. quæ ex sale cōstat: & farre unde Festus imolare inquit est mola. i. farre mollito: & sale pspsa sacrare. thus nascit in arabia: q̄ fœlix dicit: & cū aspiratiōe & sine ea scribi pt uel a græco θύω. i. sacrifico: uel a tūdēdo: qa glebę tūdunt. ¶ Tua is. re. ut. s. ue habeas. ¶ Thessala: nomē famulę.

Diluculo quid sit

Prodigia unde

Imolare qd sit

Thus unī dictus sit

VALLA.

¶ IMPLIciscier. hoc est implicari: & inuolui. ¶ Postq̄ exprecta es. i. ex somno uigilas. ¶ Prodigiali ioui: qui pdigiis pest. No. prodigia dicta sunt porro adigēda: Plau. in amphitryone. Sed mulier postq̄ exprecta es pdigiali ioui &c. Inde pdigiatores inquit Festus aruspices prodigiorū interpraetes. ¶ Aut mola salsa. Vale. Maximus in secundo. mola: quæ uocabatur: ex sale constat: & farre. Festus quoq; Pompeius. Immolare est mola: idest farre mollito & sale hostiam persam sacrare.

PYLADes

¶ IMPLIciscier. implicari: iuolui: hmōi. s. insaniā: & scribendū est. ¶ Vbi primus tibi sensisti ex codicibus antiquis: ac si dicat: qn̄ primū sensisti hunc morbū tibi superuenire? ¶ Me uidisse: qui hac noctu in portū aduecti sumus. per Synthesim. respicit. n. ad significatū: ut pars & certare parati. Sed & Syllepsis est: ac si esset: q ego cū cæteris aduecti sumus: per cōceptionē psonarū. ¶ Perpetē. cōtinuā: integrā: solidam: nunq̄ interruptā. ¶ Vt cū exercitu: ut. i. postq̄. ¶ Eosq; ut uicimus: & postq̄ eos uicimus: nō ut uolumus: nā superfluū uerbū illud uolumus: quāq̄ Pius pbiorem uideri sibi inqt lectionē: in qua sit: uoluimus: cōtra metri rōnem: & codicū ferme oium lrās. ¶ Quid idest: qd ais: qd dedecus: quæ cōtumelia hæc est? Et addendū est post hęc uerba: hoc carmē a Marcello citatū in expositione uocabuli. qd est igredi: n. ¶ Nihil te pudet scelesta ppli in cōspectū igredi: qd & Pius asserit se uidisse in antiqs exēplaribus: igredi. n. significat nō solū itrogradi: ut est eius manifesta significatio: sed ēt uenire: ac se oñdere: ut ait Marcel. hūc locū adducēs. ¶ Nō de hac tu qdē hercle re. tu addēdū fuit metri nēcitate. nā aliter uersus nō cōstaret: & subaudiendū dicis uera. ¶ Priulo diluculo. sūmo māe. Diluculū ē aurora: quū icipit albescere: sic alibi: Diluculascit. i. icipit illucescere: dr diluculū q̄si parua diei lux. diluculo ēt aduerbialr p sūmo mane accipit. ¶ Abiisti ad legiones scribendum est abijsti duplicato. i. in medio. metri necessitate. ¶ Prodigiali ioui. i. ioui pdigia pdigiēti: amolienti: & auertenti. prodigialis enim dicit quod

Diluculum

Prodigium

prodigia procurat. Et prodigia a Nonio dicuntur: quasi porro adigenda a Festo autem quasi prædicia: q.s. prędicant: qđ futuꝝ est. ⁋ Mola salsa. Mola: ut Festus inquit: & nos diximus in uocabulario nostro: significat far tostũ sale conspersum: quo ntebātur in sacrificiis: dicta mola: quia farre ipso mollito uictima aspergeret. ⁋ Aut thure. nam nõ oẽs deos mola delectat. unde porphyrius ille apostata: thymiamate: hoc est thureo suffimine deos coli pdit eẽ cõueniens: qa id diis gratius: & acceptius sit: qa purius & emaculatius: q̃ hecatombe. ⁋ Væ capiti tuo. i. uitę tuę: caput pro uita posuit: ut Virgi. Vnus pro multis dabitur caput. ⁋ Tua istuc refert: si curaueris. istuc pro istud. s. uæ. Istud inqt uæ: quod in me pfers: ad te ptidet: quũ isthac insania agiteris. ⁋ Si curaueris. i. si bene aduertes rebus tuis: & si ægritudinẽ tuã cognoueris. Vę aũt interiectio est minatoria: qua malũ alieni portendi significamus: & cõstruitur cũ datiuo. Mar. Nescio: si sciero: uę tibi causidice: & sicut hoc loco: uę capiti tuo: potest & alius sensus sic elici: istuc. s. qđ dico: ut pdigiali ioui compceris: tua refert. i. ad te ptinet: si curaueris: hoc est: si curam tui habere uolueris: sed prior sñia magis cõgrua uidetur: quia sequitur. Iterum iam hic in me inclemẽter dicit. ⁋ Hic in me iclemẽter dicit: hic mihi oblogtur: & male dicit. ⁋ Atq id sine malo. i. & nullã abs te punitionem maledictoꝝ suoꝝ accipit: hoc est: ut eũ non arguis: neq plectis. Dic tu. uerba sunt Amphitryonis ad Sosiam primũ: ut taccat: deinde ad Alcmenam: ut sibi respõdeat: & scribendũ est. Dic tu: & non: tu dic: metri neces. qa aliter uersus nõ staret. ⁋ Quis igit narrauit mihi illud: ut fuerit plium. Ita scribi debet uersus: & nõ iterponi debent illa uerba: nisi uos: quæ utiq supflua sunt: metri rectitudini: sed ut censemus: fuerat iterlinearis explanatio: quę pfecto subaudit: ut sit sensus: qs igitur hęc mihi narrauit: nisi uos: uel nisi tu. Est. n. responsio alcmenæ: per iterrogationẽ contrariũ facta amphitryoni. ⁋ Illud quoq scribi debet metri necessitate: & ex codicibus antiqs: & non illic: ut legunt uterq Pius & Sarra. idocti. ⁋ An: & id tu scis: & scribendum est: & non etiam: metri necessitate. aliter. n. uersus superflueret. ⁋ Quippe quæ ex te audiui. q. d. quis dubitat me id scire: quæ ex te illud audiui: & scribendũ est: quæ: ex codicibus antiquis: & elocutionis cõcinnitate: nõ qui: ut legunt interptes psati. ⁋ Tu te isthic. i. tu ipse: qui hic nunc es. ⁋ Miꝝ. per antiphrasim mirãdum inquit est: si non dicit aduersum te: ac si diceret: putas me credere illum aduersum te dicere posse: qui sit conscius: & particeps doli tui. Audiuistin. ita scribendũ est: metri necessitate: non audistin: ut legunt interptes pręfati: contra rõnem metricam. ⁋ Autumat. loqtur: effatur. ⁋ Nun tu ẽt insanis: uerba sunt Sosiæ ad amphitryonẽ: & tollendũ fuit quoq: qđ scriptũ erat inter tu: & etiam: metri rõne: uti supfluens. ⁋ Qui ipsius. i. qui ego. hoc. n. pro noie ita usi sunt prisci: flectentes: ipsius ipsa ipsum. ⁋ Quin nũc mulier audin illum. Quin particula quattuor modis accipit: uno: quũ increpãtes: uel iterrogãtes: uel exhortãtes dicimus: significatq cur non: ut qn uenis: qn legis: qn fugis: Vir. Quin tu aliqđ saltẽ potius: quoꝝ idiget usus: Viminibus: mollig paras detexere iunco. Secũdo mõ: quin significat q. Terentius. Non dubium est: quin uxorẽ nolit filius. Tertio mõ: quũ magis cõfirmamus significat: atq enã: ut hic: & apud Vir. Quin aspera iuno. Quæ mare nunc terrasq. m. c. q. f. Cõsilia in. m. r. quod & quinimo aliquãdo dicit: quarto quũ ita ponimus quin: ut quasi priori uideatur esse cõtrariũ: & aliquãdo significat: q non: aliqn: ut nõ. Cicero. Nõ icciraco causas Isocrates nõ defendit: quin id utile esse: & honestum existimaret: ubi quin: pro q nõ accipitur. Virg. Hic tibi ne qua moræ fuerint dispendia tanti: Quin uatem insanã aspicias: quin. i. ut nõ. Sed & aliter quoq hac dictione utimur: ut si dicamus: nullus ad te uenit: quin abeat doctior. quin enim hoc loco: pro qui nõ accipi uidetur. Et si dixerimus: nulla est fœmina: quin sit audax: quin pro quæ non capiet: & nullum animal in leonẽ incidit: qn periclitet: idest q non. q si dixero: nullũ diem pterire sino: qn litteris operã aliquã ipendã: hic qn pro in quo non exponet: & neminem nõ uideo: quin me pudeat patrati sceleris. i. propter quem non: & nullum librum lego: qn eliciam aliquid boni. i. ex quo nõ: uerum si dicas: nullus est dies in hac uita: quin ex eo plus incõmodi q̃ uoluptatis cõsequaris: uix recte proferat: quid sibi uelit: quin: quum tamẽ intellectui satis pateat illius significatio: quum quin ex eo: pro in quo: nõ procul dubio capiatur. ⁋ Quin eo fit: q mihi plurimum credo: q scio ista esse facta perinde: ut ploquor. Ita scribendus. est hic contextus totus. si modo & metri rectitudini: & sentẽtiæ cõgruitati: & codicum antiquoꝝ scripturæ satisfactũ uelimus. Primũ enim: quin adduciẽdum est: metri necessitate: & q scribendum sentẽtię congruitate: & ex codicibus antiquis: & uersus finit idictione illa mihi. alter uero uersus est plurimũ credo: q scio ista esse facta perinde. ut proloquor. Vbi q: & non &: scribendum est ex codicibus manuscriptis: & esse facta: non & facta scribendum est: ex sentẽtię integritate: ac perinde: nõ proinde similiter scribi debet: pro ita. Sensusq est talis (respondente Alcmena aduerba Amphitryonis: qui dixerat: quin nunc mulier audin illum: Et replicãte principium uerboꝝ illius: hoc est quin: quomodo irati: & furore perciti solent) Quin o Amphitryo: uobis nihil credo: sed mihi: & uerbis meis potius q̃ uestris. proptercaq mihi credo: quia scio ista quę loquor esse facta ita: ut loquor. Super quo contexu Pius & Saracenus interpraetes nihil dixerunt: utpote qui illum non intelligere potuerunt: legẽtes absq quin: hoc modo. Eo fit quia mihi plurimum credo: & scio ista & facta proinde: ut proloquor. ⁋ Tun te abisse hinc hodie negas: hodie addendum fuit: & sensus concinnitate: & metri necessitate: & ex codicibus antiquis: respondetq illud hodie ad dictionem heri quid amphitryo dixerat: tun me heri aduenisse dicis. ⁋ Nego enim uero. ita scribi debet ex codicibus antiquis: nam respondet amphitryo uerbis alcmenæ: quæ dixerat: negas. ⁋ Qua te illic donatum dixeras. subaudiendum est fuisse: non ascribendum esse: quia metri ratio non patitur cui pes unus superflueret. ⁋ Neq dedi ędepol. ita scribi debet uersus: & non: neq ædepol dedi: quia uno pede abundaret. ⁋ Ita animatus fui. ita in animo habui: ut pateram illã tibi dilargirer. ⁋ Demiror nimis sosia. Quum Alcmenæ dixisset Amphitryo: mane: mane obsecro te: uertit postea se ad Sosiam dicens. Demiror nimis Sosia: quonam modo rescire potuerit Alcmena: me hac patera donatum esse: nisi tu ad eã dudum præcucurristi: & narrauisti hæc omnia. Verebatur enim se captari ab uxore & seruo. Vnde respondet Sosia: neq se dixisse: neq eam uidisse: nisi nunc. Scribẽdumq est. Demiror nimis: & non. Nimis demiror: metri necessitate. ⁋ Qui illhęc illic. i. quomodo illa alcmena: ubi apud teleboas. ⁋ Neq ego ędepol dixi: neq uidi istam. Et hic ita scribendus est uersus: si modo metri ratio habeatur: & non: neq ędepol ego dixi: neq istam uidi. ⁋ Quid sit hoc hominis. ita scribi opus est: & non qđ hoc sit hominis: & hominis hoc loco pro muliere capitur: quasi dicat: quod genus insaniæ dicam hanc habere: uel hominis pro uiro capitur: ut quia suspicetur Amphitryo uxoris pudicitię uitium esse additum: intra se dicat: quid hoc sit hominis. i. quem nam dicam esse hunc hoiem: qui hanc mihi iniuriam intulerit. ⁋ Thessala. nomen est famulę: quã alcmena iubet pateram afferre. ⁋ Qua hodie uir

meus. ita

Caput.

Væ.

Ipsus

Locus restitutus

meus. ita legendũ ẽ:& nõ meus uir: metri necessitate. Enim uero pter alia mira. ita scribendus uersus ẽ: & tollenda dictio. illud interposita hic inter uero: & præter: uti superfluens: & metri necessitate: & ex antiquis codicibus: in qbus scripta non ẽ. An etiã id credis. ita scribendũ est: & nõ: an etiã credis id: metri necessitate. Quã in hac cistellula tuo signo obsignata ferunt. Pius hoc loco multo crassius delirat: q̃ in superioribus his proximis locis. quos perperam: & cõtra metri ratione peruerse legit. Nam dum contextum hunc se corrigere autumat: temere admodum corrumpit. Inquit enim scribe: quæ in hac cistellula tuo signo obsignata fertur. Nec aduertit homo paucarum litterarum uersum stare nullo modo posse: si fertur scribat. nam pes unus ei superflueret. propterea: quam: & non quæ: ferunt: & non fertur: scribendum fuerit: cum codicibus quoq; integris: tam impressis: q̃ manuscriptis.

Procerita circunferri? Am. ædepol quin facto est opus?
Nã hæc qdẽ ædepol laruarũ plena sunt. Al. qd uerbis opust?
Hẽ tibi paterã eccã. Am. cedo mihi. Al. age aspice huc sis iã
Tu, q quæ facta inficiare, quẽ ego iam hic conuincam palam.
Est ne hæc patera, qua donatus illic? Am. summe Iupiter.
Quid ego uideo? hæc east profecto patera. perii Sosia.
So. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxumast,
Aut paterã hic inesse oportet. Am. agedũ eã solue cistulã.
Purgo purgarẽ tibi:ut pro his apud te me excusarem.Et addẽdum fuit:de hoc:metri necessitate:aliter enim uersus nõ constabit. Dicimus autẽ purgo me hac re:& de hac re:Syllius lib.ix.Et purgant pectora culpa.Cicero.xii.epistolarum.Quod te mihi de sempronio purgas:accipio excusationem.Terenti.Heus tu.purgem ego me de isthac thaidi.¶ Egrius.molestius.¶ Quam posteaq̃ audiui.Ita scribi debet uersus:& non:q̃ postq̃ audiui.deficeret enim pes unus uersui:quem defectum cum superiore:nec Pius:nec Sarracenus animaduerterunt.¶ Expediam.expedite proloquar.Expedire proprie est liberare:& quasi pedum ligamenta dissoluere.nam a pedio uerbo an quo deducitur:quod ueteres usurparunt pro eo quod est pede pulso.Aliquando significat explicare.Seneca.Iam quid utile sit:expedi.Interdum proferre:ut Nonius ait.Virgili.Cereremq; canistris:expediunt.Et colligere.Cicero:Cæteris autem generibus tunc pecunia expediatur:quum legionibus uictoribus.erunt quoq; stipendia persoluenda.Nonnunq̃ significat utile esse.Teren.Expedit bonas esse uobis.Cuius passiuum est expedior:a quo expediti milites dicuntur leuioris armaturæ:& sine impedimentis & expeditio appellatur:quum exeunt milites belli gerendi causa:hoc est militaris apparatus:quia explicent se:& liberent a cæteris negociis.¶ Quo.ut dicitur: & qui in eodem significatu.¶ Periclitatus fui.non periclitatus sum.nam pes unus uersu deficeret:idest expertus fui.peri-

Periclitari. clitari enim duo significat experiri:ut Nonius inquit:siue experimentum facere: Sisenna historia.libro tertio.Periclitantur tormenta:ac tela:multaque genera machinamentorum. Et periculum subeo:ut caue:ne pericliteris.Et sic

Periculum periculum duo significat: & saluns discrimen.Virgili.Extremamq; famem:quæ prima pericula uito:& experimẽtum.Terenti.Fac periculum in litteris.¶ Animum tuum.quemadmodum: scilicet dissidium:& contumeliam feres æquanimiter.¶ Ridiculi causa.irrisionis:uel ut risum excuteremus.¶ Vel hunc rogato sosiam.non quia Sosia esset re uera:siquidem Mercurius erat sub imagine sosiæ.Vel autem pro etiam propositum est.ut apud Ciceronem in epistola ad brutum.Et ꝙ te tantum amat:ut uel me audeat prouocare:& apud Virgi.Carmina uel cælo possunt deducere lunam.¶ Serio.prudenter:scienter:ex animi sententia:ac sine risu.Sunt enim opposita serio & ioco: teste

Præuertere Quintiliano.¶ Prçuortier.prçuorti:& positum est pro præuertere:idest accipere:trahere:computare:dicimusque indifferenter prçuertere:& præuertor.Prçuertere etiam: ut Nonius inquit:est prçterire.Vir.Volucremq; fuga prçuertitur hebrum:reuocare.Plautus in Amphitryone.Herilis prçuertit metus: & anteponere.Idem.Illhuc redeundum est mihi:ne me uxorem præuertisse dicant præ re publica.Sed & curare significat.Idem in mercatorem.Moliust te:quæ sunt mandatæ res tibi præuortier.has autem significationes notauimus habere uerbum hoc accusatiuo iunctum.Si uero danuo iungatur:significat prospicere:uel curam adhibere.Plautus in captiuis.Ei rei primum præuorti uolo. Idem in merca.Mandatis rebus præuorti uolo. Idem ibidem: Mandatę rei omnes sapientes primum præuorti decet.¶ Illud.illa uerborum: & contumeliarum iaculatio.¶ Da mihi ueniam hanc.ita scribi debet:metri necessitate: non hanc ueniam.nam uersus uno pede mancus esset.

In.Nimis uerecunda es.Al.potin es,ut abstineas manum?
Nam certo si sis sanus,aut sapias satis,
Quam tu impudicam esse arbitrere,& prædices,
Conferas sermonem,nec ioco,nec serio.
Tibi habeas,nisi sis stultior stultissimo.
Iu.Si dixi,nihilo magis es,neq; esse arbitror.
Et id huc reuorti,ut me de hoc purgarem tibi.
Nam nunq̃ quicq̃ meo animo fuit ægrius,
Q uam posteaq̃ audiui,te esse iratam mihi.
Cur dixisti inquies?ego expediam tibi.
Non ædepol,quo te esse impudicam crederem,
Verum periclitatus fui animum tuum,
Q uid faceres,& quo pacto id ferre induceres.
Et quidem ioco illa dixeram dudum tibi
Ridiculi caussa,uel hunc rogato Sosiam.
Al.Q uin huc adducis meum cognatum Naucraten?
Testem,quem dudum te adducturum dixeras,
Te huc non uenisse.Iu.si quid dictust per iocum
Non æquom'st,id te serio præuortier.
Al.Ego illud scio q̃ doluerit cordi meo.
Iu.Per dexteram tuam te Alcumena oro,obsecro,
Da mihi hanc ueniam ignosce,irata ne fies.

¶Ego

SARACENVS

Senecæ dictum

ℭEGO istęc uerba: Est & alia lectio: Ergo istæc uerba fecisti uirtute irrita: Si prio mō legat est sensus. Tua i me maledicta uirtute ppria: & ai q̄dā magnitudine parui feci: iuxta illud Senecę ad Lucillū. Si magnanimus fueris: nūq̄ iudicabis tibi iniuriā fieri. Si scdo mō: ultuose: & cū q̄dā ironia legēdū est: ueluti fateri uideat seipsum fuisse. mētitū: uel inaniter: & temere locutū: & uf rectius cōgruere cū sensu subseqnti. ⸿ Auorti: Liberari. ⸿ Tibi habeas res tuas: Verba sunt: quę in diuortiis fieri cōsueuerūt: & in renūtiatione matrimonii: Nā erant hmōi: res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. ⸿ Mihi ire comites: Vt pudicā decebat honoris cā ire comitatā. ⸿ Iusiurādū: Qđ ita fuandū sit: ac si ius eēt. ⸿ Irata: Differūt ira: & iracundia: ut sit ira breuis furor: & subitus: Iracūdia uero psistat ad ultionē usq;: ita distinxere Noñ. Ciceroq; in tusculanis: & duplr ira definiri pōt: uel fm materiā: & tunc est icēsus sanguis circa cor: uel fm formā: & tūc est qdā appetitus ulciscendi. ⸿ Ve᷑ iræ: Hunc locū apte imitatus est Terē. amātū iræ amoris itegratio ē. ⸿ Eisdē. s. uerbis. ⸿ Euocate sosiā: Ve᷑ nō subdititiū: id āt facere uf: ut illic ille abeat ad nauē: Mercuriusq; aduēiat loco sosię: ut āphi. ludificeţ.

Ira qd sit & qd iracundia

Al. Ego istæc feci uerba uirtute irrita.
Nunc quando factis me impudicis abstines,
Ab impudicis dictis auorti uolo.
Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
Iuben ire mihi comites? Iu. sanan es? Al. si non iubes,
Ibo egomet, comitem mihi pudicitiam duxero.
Iu. Mane, arbitratu tuo iusiurandum dabo,
Me meam pudicam esse uxorem arbitrarier,
Id ego si fallo, tum te summe Iupiter
Quæso, Amphitryoni ut semper iratus sies,
Al. Ah propitius sit potius. Iu. confido fore.
Nam iusiurandum uerum te aduorsum dedi.
Iam nunc irata non es. Al. non sum. Iu. bene facis.
Nam in hominum ætate multa eueniunt huiusmodi.
Capiunt uoluptates, mox rursum miserias.
Iræ interueniunt, redeunt rursum in gratiam,
Verum iræ si quæ forte eueniunt huiusmodi
Inter eos, rursum si reuentum in gratiam est,
Bis tanto amici sunt inter se, q̄ prius.
Al. Primum cauisse oportuit, ne diceres.
Verum eadem si iisdem purgas, mihi patiunda sunt.
Iu. Iube uero uasa pura adornari mihi,
Vt quæ apud legionem uota uoui, si domum
Redissem saluos, ea ego exoluam omnia.
Al. Ego istuc curabo. Iu. euocate huc Sosiam,
Gubernatorem, qui in mea naui fuit,
Blepharonem arcessat, qui nobiscum prandeat.
Is adeo impransus ludificabitur.
Quom ego Amphitryonem collo hinc obstricto traham.
Al. Mirum, quid solus secum secreto ille agat.
Atq; aperiuntur ædes. exit Sosia.

VALLA.

ℭERGO istæc fecisti uerba: uir tupte irrita: hic uersus ita corrigendus est: & est sensus marite ergo tu ipa fecisti uana hęc uerba. ⸿ Periclitatus sum. i. exptus sum: piculū feci q̄ forti aio id sustineř iduceres. ⸿ Tibi habe. res tuas reddas meas. Paul. li. xxx. de diuortiis. Dirimiť mřimoniū diuortio: morte: captiuitate: uel alias contingēte fuitute utrius eo᷑. Cai⁹ diuortiū aūt: uel a diuersitate mēnū dictū est: uľ qa i diuersas ptes eūt: q distrahūt mřimōiū. In repudiis aūt: & in renūciationes cōprobata sunt hæc uerba: tuas res tibi habeto. Itē hęc uerba: tuas res tibi agito. In spōsalibus quoq; discutiēdis placuit renūciatione iteruenire oportere. In q̄ re hæc uerba cōprobata sunt: cōditiōe tua nō utar: siue aūt ipi pńti renūcieť: siue absenti p eū: q in ptāte eius sit: cuius ne is: ea ne in ptāte sit: nihil iterest. ⸿ Ne diceres. exiurasti mihi te dixisse p iocū. Ve᷑ eadē. Exiurare No. inqt: & deierare est ualde iurare: hūcq; citat locū. ⸿ Is adeo iprāsus. hęc secū iupiť. ⸿ Atq; aperiunť ędes. aperiunť legēdū ē.

Diuortium unde

ℭIST Hęc feci uer. uir. ir. Sēsus est. Ego feci irrita hęc tua uerba cōtumeliosa: quę in me dixisti. ⸿ Virtute. i. pudicicia: quā cōtinēter: ppetiq; fuaui: cauēs ne mihi iure talia obiici possēt. ⸿ Irrita. cassa: & nulla: irritū dř: qđ iprobatū est: & nō ratū habet: & irritare istringere: ad nihilum redigere. Virg. Irrita ppetua soluent formidine terras. ⸿ Nunc qñ factis me impudicis abstines. Sensus est (pio neutiq̄ itellectus: quanq̄ super hoc dupliciter sniam pferat: & utrinq; ineptā.) Quū me habeas pudicam: & ab impudicis factis prorsus alienam: uolo abstineri etiā ab impudicis dictis: nā nullo modo coherent: cōueniuntue huic loco Pii ipsius expositiones somniculosæ. ⸿ Abstines. i. pcul tenes. ⸿ Auorti. abstineri: a te. s. idest ut discas abstinere ab impudicis in me dictus. ⸿ Valeas tibi: habeas res tuas: uerba sunt similia formulæ: quæ in diuortiis fieri cōsueuerat: & in renūciatione matrimonii: nam talia erant omnino. Res tuas tibi habeto: res tuas tibi agito. ⸿ Ire mihi comites. i. mecū ire: ut pudicam decebat honoris causa ire comitatā. Et scribendum est. Ire mihi comites: non: mihi ire comites: metri necessitate. nam aliter pes unus superflueret. ⸿ Sanan es? sana ne es: quæ ob leuicula uerba diuortium pares? ⸿ Si nō iubes. s. comites mecum ire. ⸿ Arbitratu tuo: tuo nutu: arbitrio: & uolūtate. ⸿ Iusiurandum dabo. iurabo te dictante: & deucrium cōcipiente. Iusiurandū dicitur: q ita seruandum sit: ac si ius esset. ⸿ Id ego si fallo. si fallaciose in hoc me gero: in credendo. s. meam uxorē esse pudicam. ⸿ Sūme iuppiter. iurat per iouē iuppiter: seq; ipsum appellat: ut illā magis decipiat: sed amphitryoni uero malū imprecatur. ⸿ Ah propitius. Recōciliata Alcmena: ac uerbis mollibus pectus fœmineū inuadētibus demulta: optat: ut iuppiter potius sit amphitryoni propitius: q̄ iratus propitius: ut Noñ. inquit dicť prorsus: Pius aut ppe Pius: ut apud Terē. in adelph. q̄ ea: quę parentes propitii: aut porro pius. i. uehemēter: uel ualde pius: qa porro uehemēter: & ualde significat. Teren. in andrię plogo. Dehinc ut qescant porro moneo: significat etiā ulterius lōge: ut supradiximus. Et habet primā syllabam ancipitem propitius: ut quæ a prope. cui breuis est: uel a prorsus: aut porro: cui longa deriuetur. ⸿ Te

PYLADES

Irritum qd sit

aduersum.aduersum te in conspectu tuo:ut tu uidere potueris. ¶ Iam nunc irata non es.Iouis cōtinuata uerba sunt ad alcmenam.Inter iram & iracundiam hoc differre aiunt:q iratus est:qui ex aliqua re lacessitus excanduit: iracūdus uero:qui ex quacūq; etiam parua causa mouetur ad iram:sicut ebrius dicitur:qui nimio potu alienatus est mēte.Ebriosus:qui sępe fit ebrius.Tantūq; ira ab iracundia differt:quantum ebrietas ab ebriositate.Illa.n.ex cā:hęc e moribus sunt. ¶ Huiusmodi:talia:in hanc similitudinem.Similia his sunt:quę Teren.scripsit in eunucho.In amore hęc omnia insunt uitia:Iniuriæ:suspitiones:inimicitię:induciæ:bellū:pax:rursum. ¶ Capiunt uoluptates : post rursum miserias.Ita scribendum censemus:metri necessitate:non capiunt rursum miserias.nam uersus non consisteret. ¶ Bis tanto amici sunt.iuxta illud quoq; Terentii: Amantium irę amoris reintegratio est. ¶ Si iisdem purgas. Itē scribi debet ex antiqs codicibus:& nō idem:ut corrigit pius:& est sensus.Si eadem uerba eisdem purgas.i.si per eadem uerba:quibus me insimulasti impudicitiæ:me quoq; eiusdem inoxiam:& minime reā affirmas. ¶ Patiunda sunt.i.patiar:quę dixisti.Et si pro quia accipiendum est.Nam iuppiter iam eisdē uerbis se purgauerat:quū iuramēto affirmauit:suam uxorem pudicam esse arbitrari. ¶ Iube uero:ut magis fidem rebus faciat iuppiter : iubet parari sibi:quę opus sunt ad exoluenda uota re uera facta ab amphitryone:quū esset apud legiones contra teleboas. ¶ Nūc

Locus restitutus

ea ego exoluam.addendum fuit nūc:metri necessitate.nā aliter claudicaret uersus. ¶ Euocate huc sosiam: nō est satis mirari Piū interpretē:qui locū hunc sic corrigit:ut scribendum præcipiat:Euoca tu dicens.Et uerum sosiam alloquitur:qui blepharonem uocet in prandium.Nā & codices oēs ueteres:& noui habent:euocate: & sosiā Præterea quū arcessat legaẽ etiam ab ipso pio:quo:euoca tu:stare possit:nec ipse qdem:ut putamus : explicare potuerit : quapropter euocate legendū est:& alloquitur domesticos:uel seruos alios.Et insuper uerum sosiam ad se uocari imperat:ut illum abigat ad nauem.Et interim Mercurius adueniat loco sosiæ:qui uerum amphitryonem ad fores redeūtē ludificet. ¶ Is adeo.is blepharo iprāsus ludo habebiẽ:non sosias & blepharo habebūtur:ut exposuit Pius nihil sentiens nam ludificabitur singularis est numeri. ¶ Hinc:longe ab ianua. ¶ Collo obstricto.ille diciẽ collo obstricto trahi:qui trahitur ab aliquo:manu ac digitis compressis collum eius suffocantibus . idem est : & faucibus obstrictis. ¶ Agat.dicat:ut Terentius.Est ne ille:de quo agebā.Ago enim ut in nostro uocabulario diximus:significat dicere: tractare:pronunciare:efflare:cogitare:insequi:iurgare:ducere:facere:auferre:extendere:trahere:effingere: reddere:& fugare:quorum exempla in eodem uocabulario leguntur.

SARACENVS

AMphitryo adsū: Euocatus a Ioue sosias aduenit rat? ab hero amphitryone accersitū iri. ¶ Volupe:Delectabile alioqn pro uoluptate poniẽ Nonio.

Volupe qd

¶ Frugi:Vtilē:sic Cicero i tusculanis:frugi hoies utiles appellauit. ¶ Vultū e uultu cōparet:Vt fingat.s.se uelle eadē: quæ herus uelle cognorit:uultus diciẽ uoluntatis iudicium:qui pro uolūtate mutaẽ: uel dẽ uolūtas ipsa:q̄ pro nutu ai in facie ostēditur. ¶ Tristis:uel mœstus uel iratus : tristes doctos appellauit Varro:adde eosdē tristes:ac seueros phos. Tristis eni ad laudem sumitur:ut docet donat?:& est apud Ciceronē:iudex tristis:& integer. ¶ Hilarus:Diciẽ & hilaris:iucūdus. ¶ Expurgationē:Excusationē:nā purgare mūdare ē & p metaphorā excusare. ¶ Cēseo : Bene factū arbitror . ¶ Iā hi ambo: Fit ẽmonis cōuersio ad spectatores. ¶ Diuine sosia: Mercuriū euocat. ¶ Tametsi pn̄s n̄ ades: Hoc dictū est quoad formā:quā ille mentiebaẽ.Nā ut deus pn̄s erat:ppterea dixit: audis quę dico. ¶ Cōmētus fies:Pro communitus iterpretatur Nonius. ¶ Cum mihi sacrificem:Nam dixerat se Iouis sacra facturum:ut interea simularet exoluere: quæ fecisset uota.

Tristes qui

Purgaẽ qd

VALLA.

AMphitryo adsum.sosias accitus a Ioue:quē amphitryonem putauerat:se p̄sto esse mādatis heri oñdit. ¶ Volupest mihi. delectabile uoluptariū. ¶ Vota:q̄ sūt.hoc ē ad ea q̄ uoui. ¶ Cēseo. hoc uerbū pinde ualet:ut alibi:ac si dicas bn̄ factū. ¶ Diuie huc fas: sis sosia.i.Mercuri: quē uices sosiæ gereẽ uolui. ¶ Fac cō.fies. No.cōmētū p comōito Pla.dixit hōc eitādo locū. ¶ Fac sis:fac si uis ita corrigēdū.

Cēseo quid

Sosia. Iupiter. Alcmena.



AMphitryo adsum. si qd opust impa.ipiū exequar.
Iu.Optume aduenis.So.iā, pax est iter uos duos.
Nā qa uos trāqllos uideo,gaudo,& uolupest mibi.
Atq; ita seruom par uidetur frugi sese instituere,
Perinde,ut heri,ipse item sit.uoltum e uoltu comparet.
Tristis sit,si heri sint tristes.hylarus sit,si gaudeant.
Sed age responde,iam uos redistis in concordiam?
Iu.Derides,qui scis iamdudum hæc me dixisse per iocum,
So.An id ioco dixisti?equidem serio,ac uero ratus.
Iu.Habui expurgationem.facta pax est.So.optumest.
Iu.Ego rem diuinā intus faciam,uota quæ sunt.So.cēseo.
Iu.Tu gubernatorem a naui huc euoca uerbis meis
Blepharonem,ut re diuina facta mecum prandeat.
So.Iā hic ero,quō illic cēsebis esse me.Iu.actutū huc redi.
Al.Nūquid uis?quin abeā iā itro,ut apparenẽ,qbus opust.
Iu.I sane.& quantum potes parata fac sint omnia.
Al.Quin ueni quādo uis,intro,faxo haud quicq̄ sit moræ.
Quando exiurasti te mihi hæc dixisse per iocum.
Iu.Recte loquere,& perinde,ut diligentem uxorem decet.
Hi iam ambo,& seruos,& hera frustra sunt duo.
Qui me Amphitryonem rentur esse,errant probe.
Nunc tu diuine huc fac adsis Sosia.
Audis quæ dico,tametsi præsens non ades.
Fac Amphitryonem huc aduenientem ab ædibus
Vt abigas quouis pacto,fac commentus fies.
Volo deludi illum,dum cum hac usuraria
Vxore nunc mihi morigero.hæc curata sient
Fac sis perinde adeo,ut me uelle intellegis,
Atq; ut ministres mihi,quom mihi sacruficem.

Amphitryo



Mphitryo adsum. In hac scena: quæ metro constat tetrametro brachicatalectico: septē pedes uacto: usq;
ad eum uersum: hi iam ambo: qui decimus est a fine. nam ab illo inclusiue ad finem trimetri sunt: sex tan-
tum pedibus constantes. Sosias introducitur: quia ioue aduocatus. ratus utiq; ab hero Amphitryone: pr
sto adest: congratulaturq; illi: & Alcmenæ: q in gratiam redierint: tum ad nauem a ioue ablegat: sub spe
cie uocandi blepharonem gubernatorem nauis ad prandium. ¶ Opportune aduenis. ita scribendum est
metri necessitate: & non optume: ut legunt Pius: & Sarracenus interpretes: nam si optime legatur: uersus non consi-
stat: sed mutilus sit: uno deficiens pede. Opportunum dicimus: & opportune aliquid accidere: quum pro desiderio Importun⁹
nostro accidit: hoc est commode: & tempori: unde opportunitas commoditas: ab ob & portus: q nauigantibus ma-
xime utiles: optatiq; portus sunt. unde & per duplex pp. scribuntur. E diuerso autem importunum esse: & importu-
ne fieri dicimus: quę sunt: fiunt ue præter rationem loci: seu temporis: seu personarum. propterea importunum ho-
minem procacem: & molestum dicimus: a quo importunitas. & importunus interdum pro inquieto capitur. & qua
si portu carente. Virgilius Bellum importunum ciues cū gente deo℞. ¶ Volupe delectabile: uoluprificum: hilarū:
ut infra. Si quid patri uoluppe est. Terent. in phor. Venire saluum uoluppe est. Donatus: Voluppe est: hoc est uolu-
ptatis: ut hoc facul est: idest facultatis. Sic enim ueteres per apocopen loquebantur: dicitur etiam uolup. in eadem si-
gnificantia plauto: & cæteris. Plautus in asinaria. Hic senex: si quid clam uxore sua animo fecit: uolup. ¶ Frugi. pro
bum: dnr frugi hoies: quos greci χρησιμους appellant: qui i oi re motus ai moderant: unde est pisonis illius cogno-
mentum tantope celebratum: & inde etiam frugalis: & frugalitas dicta: quæ motus ai appetentes regit: & sedat: mo Frugalitas.
deratamq; in omni re nouit seruare constantiam: & frugaliter aduerbium temperare: & modeste. ¶ Sese instituere
animum suum inducere. ¶ Perinde ut heri: ipse item sit. Ita scribi debet uersus: metri necessitate: & non perinde he-
ri: ut sint: ut legunt Pius & Sarracenus interpretes cęci: quia uersus abundaret uno pede: sensus est: dicere seruum fru
gi: mutare: & assumere animum: prout heros suos mutare: & assumere intelligat: ac uultum suum ab illorum uultu
comparare. Perinde etiam legi debet: & non proinde. Siquidem perinde significat ita: & tunc post se recepit: ut: ac: Perinde.
uel ac si: uel atq;: uel atq; si: ut hoc loco. Interdum significat tantum: quum negatio præcedit. Suetonius. Nulla tamē
re perinde motus: q̄ responso mathematici. Significat interdum æque: sed tum quum sine prędictis dictionibus po
nitur. Plyni. iunior. Funus ruffi clarissimi uiri: & perinde felicissimi. Et ponitur aliquando pro multum. Sueton. in
galba. Quare aduentus eius non perinde gratus fuit. Proinde uero significat ideo: uel quapropter. Semper enim de-
pendet a superiore sententia. ¶ Tristis. Mœstus: uel iratus. tristis: ut Nonius. ait significat crudelem: & immitem. Vir Tristis.
gili. Illi mea tristitia facta: degeneremq; neoptolemum narrare memento. Mœstum: aut infestum. Idem in buc. Tri
stis at ille tamen cantabitis arcades inquit. Alibi: & pluuio contristat frigore cœlum. Amarum. Virgili. Tristisq; lu-
pini: sustuleris fragiles calamos. Minacem. Idem. Isq; adytis hæc tristia dicta reportat. Grauem. Tullius de repu.
Liquit illum tristem: & plenum dignitatis sonum. Difficilem. Tullius de senec. Facilius in morbos incidunt adole-
scentes grauius ægrotant: tristius curantur. Nigrum. Virgili. aut tonsum tristi contingunt corpus amurca. Iratum.
Affranius. Mihi erit tristior: idest iratior. Et doctum. Lucilius. Tristis: ac seueros philosophos. ¶ Qui scis iamdu-
dum hæc me. Ita scribi debet uersus: & metri necessitate: & nō hæc iamdudum. idest qui tenes: & non ignoras. ¶ Ra
tus: scilicet sui: hoc est existimaui: te non ioco: sed serio dixisse. ¶ Habui expurgationē. excusationem feci: & me pur-
gaui apud alcmenam: purgare mundare est: & inde per metaphoram capitur pro excusatione. ¶ Vota: quæ sunt:
idest quæ res diuina: & quę sacrificia uota sunt a me dum essem in exercitu. ¶ Censeo. laudo benefactum arbitror.
¶ Iam hic ero. Sosię uerba sunt: sedulitatem: & celeritatem suam in herilibus iussis ostentantis. ¶ Faxo. faciam: ut ne
qua mora sit in me: sed omnia ad sacrificium parata sint. ¶ Quando exiurasti te mihi dixisse per iocum: hic uersus
deficiebat in exemplaribus fere omnibus: quem addendum censuimus tum quia Pius illum se legisse asserit in anti-
quis codicibus: tum maxime: q Marcellus illum citat his uerbis. Exiurare: & deiurare: idest ualde iurare: ut de ama-
re. Plautus in Amphitryone. Exiurasti mihi te dixisse per iocū: sed redintegrandum curauimus in suos pedes. nam Exiurare
quū Pius legeret: mihi te dixisse: pes unus deficiebat: q si te pręponatur: & mihi subiiciatur: uersus integer fuerit. uer
ba sunt continuata Alcmenæ reminiscentis adhuc iniuriam sibi a uiro illatam: & iram conceptam uix deponentis:
quando iuppiter ipse: quem illa uirum putabat amphitryonem: iureiurando asseruerit: se dixisse per iocum. ¶ Re-
cte loquere: pro loqueris. ¶ Perinde ut diligentem: non perinde diligentem ut: quia abūdaret unus pes. ¶ Hi iam am
bo ita scribi debet uersus: & non iam hi: quia pes unus deficeret. Et ut dictum est in principio huius scenæ: hi decem
uersus iam trimetri sunt: & sex tantum pedibus constant: loquiturq; iuppiter: audientibus quidem cęteris: sed amo-
ta illinc alcmena: ac Sosia: qui ablegatus est ad nauim: ut blepharonem uocet in prandium. ¶ Frustra sunt. frustran
tur: decipiuntur. Nunc tu diuine. Mercurium uocat: ut absente sosia: introducatur: ut fabula fiat fabulosior. ¶ Fac
huc ad sis. ita scribi debet: uersus necessario: qui aliter non consisteret: si huc fac adsis legatur: quemadmodum le-
gunt Pius & Sarracenus. Et notandum est fac produci: quanq̄ interdum quoq; corripiatur: ut in illo. philli fac ex-
pectes demophoonta tuum. ¶ Tametsi prędens non ades. hoc dictum est quo ad personam: quam ille mentiebatur.
nam: ut deus prędens erat: propterea dicit. Audis quę dico. ¶ Iam aduenientem. quum paulopost adueniet: & addē
dum fuit iam: metri necessitate: & ex Nonio marcello: ne pes unus uersui deficeret. ¶ Commentus fies: idest commo Cōmentus
nitus sis. Nonius marcellus. Commentum: pro commonitum. Plautus in amphitryone: fac amphitryonem iam ad-
uenientem: ab ædibus: ut abigas quouis pacto: fac commentus fies: & si in impręssis marcelli codicibus: non commo
nitum: sed comunitum falso legeretur. ¶ Mihi morigero: idest uoluptati meæ morem gero. ¶ Perinde adeo: ut me
uelle intelligis. Ita scribi debet metri necessitate: non ut uelle me: quia pes unus deficeret uersui. ¶ Atque ut mihi mi-
nistres. Ita quoq; scribendum est. non: ut ministres mihi: quia uersus non consisteret. ¶ Quum mihi sacrificem. quū Iouis co
placabo memetipsum iouem sacrificio. Iuppiter enim cognomento νικοφοροι colebatur ab imperatoribus ioui. gnomentū
fauste ex bello redeuntibus. Nunc sibimet Iuppiter sacrificaturus est: agens amphitryonem: instar imperatoris: qui
sacrificat uictoriam ferenti.

SARACENUS

Fuat quid



Oncedite: Fungitur Mercurius dei: & hominis uices: nam ut seruus homo prodit in scænam: & ut deus se ubiq; adesse declarat. ⁋ Fuat: Pro sit. Virgili. antiquitatis obseruantissimus Tros rutulusue fuat. ⁋ Nã mihi quidem: Nã qui pro quo modo: uel quare mihi deo minus liceat minitarier populo ut decedat mihi .s. de uia q̃ seruulo in comœdiis: subaudi licet: est argumentatio a minori: si id seruo licet: multo magis deo. ⁋ Capiam coronam: Vt magis amphitryonem ludificet: uelut ostendat eo die liberum esse prout festis saturnalibus serui liberi erant: neq; dominis parere cogebãtur: uel q̃ ex conuiuio se simulet ebrium: coronabant se in cõuiuiis ueteres sertis: & floribus: ut rosa: myrto: hędera: apio: Horatius ẽ in horto phili nectendis apiũ coronis: est hederæ uis: & alibi: qs udo de properare apio coronas curat ue myrto: coronis autem huiusmodi: sertisq; utebãtur ad arcẽdam ebrietatẽ: utq; propterea magis uino indulgerent: Ideo poeta satyricus tarẽtum appellat coronatum: & madidum .i. in cõuiuiorum: & uoluptatũ omnẽ luxuriam profusum. ⁋ Cispellã. **Cispellere quid sit** Citro: ul' ultra pellam: Varro: eo die cis tyberim redeũdũ est. ⁋ Madidũ: ebriũ. ⁋ Quid est mea? Pro interest mea: ut sosias uapulet: & mea causa det penas.

VALLA.



Oncedite: atq; abscedite: accitus aduẽit mercuri⁹: operãq; suam pollicetur: mãdatq; omnibus obuiis: ut aduenienti sibi concedant. ⁋ Ille nauem saluã nunciat. In comœdiis inquit hæc nunciat seruus: & interminatur obuiis: cur mihi deo idẽ non liceat. ⁋ Capiam coronã mihi in caput. hoc ebrii: hoc conuiuæ facere solebant. **Captiui sub corona** Sub. corona autem uenire dicuntur captiui: quia coronati solent uenire: ut ait Cato in eo: qui est de re milita. populus suus sua opera potius ob rem bene gestã coronatus supplicatum eat: quã re male gesta coronatus ueniat. id autem signũ est nihil prçstari a populo: qd etiã Plau. significat in hortulo: præco ibi adsit. cum corona: cuiq; liceat: ueniat. ⁋ Cispellam uirum. ab hoc loco pellam. ⁋ De supero. dixerunt superus supera superũ ueteres. & superum superiorem locum. ergo de superiore inqt loco abigaũ. ⁋ Vt sit madidus sobrius. **Sobrius qd** Cum sit inquit impransus: habebitur ut ebrius: nam madidus id significat. sobrius est sanæ mentis: quasi ebrius hoc est separatus ab ebrio: ut secretus superatus ab his: q̃ discernũt. ⁋ Quid mea. u[l]tuose legẽdũ: & sbaudiẽdũ interest.

PYLADes



Oncedite: atq; abscedite. Hæc scena uersu constat tetrametro acatalectico octo pedibus iun cto tota: præter tres ultimos: q trimetri sunt: In qua Mercurius dei & hominis uices fungitur: Nam ut seruus in scenã prodit: & ut deus se ubiq; adesse declarat. Minitatur autem omnibus: qui sibi aduersi fiant: quo minus officium sibi ab ioue demandatum exequatur. Declaratq; quid facturus sit: ut uidelicet amphitryonem aduenientem ab ædibus propulsaturus ex superiore tecto: in quod se ascensurum iam iam pollicetur: Cuius rei postea uerus sosia amphitryonis seruus pœnas laturus sit. ⁋ Concedite. **Concedo** Concedo interdum significat trado: uel permitto. Teren. Hui: metuisti: si huic de tuo iure concessisses paulum. Interdum cedo. Idem: hic uideo me esse inuisam immerito: tempus est concedere: aliquando proficiscor. Plautus: quum domum concessisset: inuenit patrem: nonnunquam consentio. Teren. nunq̃ ne hoc die concedes mihi: neq; intelliges. ⁋ Abscedite discedite: abscedere enim est discedere. Interpretari possumus concedite: idest locum



Mercurius.



Oncedite, atq; abscedite, omnes de uia decedite,
Nec q̃sq̃ tã audax fuat hõ, q̃ obuiã obsistat mihi.
Nã mihi qdẽ hercle q̃ min⁹ liceat deo minitarier
Populo, ni decedat mihi, q̃ seruolo in comœdiis?
Ille nauem saluam nuntiat, aut irati aduentum senis.
Ego sum Iouis dicto audiens, eius iussu nũc huc me affero.
Quamobrẽ mihi magis par est uia decedere, & cõcedere.
Pater uocat me, eũ sequor, eius dicto imperio sum audiẽs.
Vt filium bonum patri esse oportet, itidem ego sum patri.
Amanti supparasitor, horto, adsto, admoneo, gaudeo.
Siquid patri uolupest, uoluptas ea mihi multo maxumast.
Amat, sapit, recte facit, animo quando obsequitur suo.
Quod oẽs homines facere oportet, dũ id modo fiat bono.
Nunc Amphitryonem uolt deludi meus, faxo probe
Iam hic deludetur spectatores uobis spectantibus.
Capiam coronam mihi in caput, assimulabo me esse ebriũ.
Atq; illuc sursum ascendero, inde optume cispellam uirum
De supo, quom huc accesserit, faciã, ut sit madidus, sobrius.
Deinde ille actutum sufferet suus seruos pœnas Sosia.
Eum fecisse ille hodie, arguet, quæ ego fecero hic. qd mea?
Meo me æquost morigerũ patri. ei⁹ studio seruiẽ addecet.
Sed ecũ Amphitryonẽ, aduenit. iam ille hic deludeẽ pbe.
Siquidem uos uoltis auscultando operam dare.
Ibo intro, ornatum capiam qui potius decet.
Deinde susum ascendam in tectum, ut illum hinc prohibeã.

locum date:& abscedite:idest discedite:quãquã sint fere idem significãtia uerba:sed a seruo prolata ad maiorem po puli terrorem. ¶ Fuat:idest sit antiquum est uerbum:quo & Virg.usus est: Tros:rutulus ue fuat. ¶ Qui obsistat obuiam mihi.Ita scribi debet:nõ qui obuiã obsistat mihi: ut legunt Pius & Sarracenus.contra metri rationem. ¶ Qui minus.quur mihi deo minus liceat minitari populo:ni decedat mihi de uia. ¶ Quã seruulo in comędiis. subaudi licet.Sic enim & Ergasilus seruus in captiuis:& curculo in curculione interminantur omnibus:qui sibi obstiterint in uia. ¶ Populo ni decedat.Ita scribẽdũ est ex codicibus antiqs:& metri necessitate:nõ populo ut:nt legũt Pius:& Sarracenus interpretes. ¶ Ille nauẽ.Ille seruulus.s.nunciat nauẽ saluam in portũ.s.aduentasse. ¶ Vel irati aduẽtũ senis. uel scribendum est metri necessitate:nõ aut:ut legunt iterpretes iam dicti cõtra uersus rationẽ. ¶ Ille nauẽ.eiusmodi renunciationes seruorum in comœdiis:& apud Plautũ:& cæteros comicos legunt:sicut ille in captiuis renũciat hero suo:nauem applicuisse:in qua filius eius olim amissus uectus est. ¶ Iouis dicto audiens: obediens præceptis iouis. ¶ Magis par est uia decedere.Ita scribendum est ex codicibus antiquis:& metri necessitate: nõ par est de uia: qa uersus non staret:sed abundaret uno pede. ¶ Par est:conueniens:& cõsentaneũ est magis mihi:qui deus sum:q̃ seruo: decedere de uia. ¶ Concedere.agminatim:& confluẽter cedere. Itidem ego sum patri.Ita scribi debet uersus ex codicibus antiqs:& metri necessitate:cui pedes duo deficerent:quod isti lusci iterpretes nõ uiderunt:nullã carminis rationem habẽtes:neq; sententię.Sensus.n.est se esse patri suo ioui itidem.i.similiter:ut filium bonum oportet esse patri.

¶ Supparasitor. subseruio loco parasiti:& supparasitor scribendũ est ex codicibus antiquis:& sniæ cõcinnitate: nõ suppasitabor:ut scribit:& legit Sarracenus. ¶ Hortor.nõ horto pro hortor:ut legit:& cõmẽtatur ieptissimus Pius: contra metri rationẽ:& ueterum codicum scripturã:in qbus hortor:non horto scriptum est. ¶ Si quid patri uoluppe est.uoluptariũ:ut supradictũ est in pcedenti scena. ¶ Obseqtur aio suo .i.inseruit uoluptati:econtrario dicitur quis aio suo reluctari:quũ uicit:& refrenat uoluptatem. ¶ Modo bono.i.bona dexteritate:ne pericula suboriãtur. ¶ Vobis inspectãtibus:uobis præsentibus:& oculis uestris intuẽtibus:& scribẽdum est inspectãtibus metri necessitate. nã aliter pes unus uersui deficeret. ¶ Capiam mihi coronam.Serui enim festis diebus saturnalibus liberi erant:neq; dominis parere cogebantur:iccirco cõuiuia actitantes coronam capiebant:Sed & ueteres in conuiuiis se coronabant sertis & floribus:ut rosa:myrto:edera:apio ad arcendam:ut quidã putant:ebrietatem. Alii dicunt:q se coronabãt: significantes licere sibi tunc ebrios fieri:unde Seruius super illo uirgilii:frondẽti tempora lauro: implicat:ait. Diebus enim festis coronati epulabantur.Et scribendum est.Capiã mihi coronam.nõ capiam coronam mihi. qa uersus claudicaret. ¶ Optume inde cispellam uirum.Scribendum est.optume inde.nõ inde optume metri necessitate. ¶ Cispellam : longe pellã:cis enim citra:uel ultra significat.Salustius pro ultra posuit.Cis rhenum dicens:atq; iter mare nostrũ. ¶ De supero:de tecto superiore:& ita ordinanda est littera:Cispellam uirũ de supero. ¶ Madidus sobrius:idest ebrius sobrius:quæ licet uideantur cõtraria:quum madidus ebriũ significet apud luculẽtos scriptores: tamẽ hoc modo simul uera fient:quum ille amphitryo sobrius utiq;.i.seorsus ab ebrietate:nam nũdu; biberat:neq; in domum peruenerat:madidum:& ebriũ se existimabit:siue ut madidus:& ebrius tractabitur a ioue:& Mercurio. Sobrius autem:donato interprete:seorsus ab ebrio dicitur.Nam quod Pius nugatur:madidum hic accipi pro madefacto:qa Mercurius peluim aqua plenam in amphitryonem inuerget: ut inferius apparebit:omnino falsum est: neq; aliud q̃ tegulam apparebit Mercuriũ in illu; coniecisse. ¶ Sufferet.tolerabit. patietur. ¶ Eum fecisse:ille hodie ea arguet:ea addendum fuit metri necessitate:& sententię concinnitate. ¶ Quid mea:scilicet refert:& qd ego id curem:ac si dicat:ludo ego corio alieno.Scribendum est autem:quid mea:ex codicibus antiquis:& sententię congruitate:ac metri necessitate:non:quid est mea:ut scribunt:& cõmentantur duo inepti interpretes Pius & Sarracenus. ¶ Morigerum:obsequentem:inseruientem:subaudi esse. ¶ Eius studio:eius uoluntati. ¶ Siquidem uos uultis. Hi tres uersus iam trimetri sunt: sex pedes nacti: apostropha est ad spectatores. ¶ Ornatum : hoc est coronam ebrio conuenientem.

Supparasitor

Coronati epulabant

Sobrius

Amphitryo.

Aucraten quem conuenire uolui,in naui non erat.
Neq; domi,neq; in urbe iucio quẽq̃,q illũ uiderit.
Nã oẽis plateas perreptaui,gymnasia,myropolia,

Aucratẽ.antitosis est:Casus p casu ponit:ut id uergilianum patet i prio ęneidos: urbẽ quã statuo uestra ẽ:hic codicis textus erit.Naucrates nõ erat i naui:quẽ cõuenire uolui:& idoneũ nomẽ est pfecto classis.ut naucrates appellet.ναυς eni nauis a græcis appellat.κρατέω antideo:antecello:psto:antisto : Idẽ quoq; uerbũ est κρατιστευω.κρατιστος optimus.κρατος potẽtia:impiũ:tanq̃ bello naumachiario polleret. ¶ Myropolia tabernas ungẽtarias.μυρον ungẽtum uocamus:& πωλέω uendo. Theodorus gaza apud Aristo.myropolã pigmentarium uertit:cũ ungentariũ debuisset:aut seplasiariũ.Lãpridius autor est:heliogaballũ iussisse se pingi:uelut cuppediarium:& seplasiarium. Nomen a seplasia platea campanica:ubi delicatiora:& mundiora ungenta uendebantur.hinc ausonianum id.aere seplasiæ decipiare caue.Plinius:& de seplasia non tacuit.

PIVS BONONiensis

Myropolium quid

Aucratẽ:quẽ cõuenire uolui. Tetrameter brachicatalecticus est uersus huius scenę.In qua itroducit Amphitryo solus:qui dudũ discesserat iturus ad portũ:ut secũ naucratẽ cognatum suũ adduceret: testificaturum apud Alcmenã coniugẽ:eũ hac nocte proxima applicuisse.Qui Amphitryo nunc domũ aduenięs secum loqtur:ac dolet:nõ potuisse inuenire naucratẽ i aliquo loco. ¶ Naucratẽ:uel per antiptosim figurã: i qua casus pro casu ponitur:ut urbẽ quã statuo uestra est:uel ut donato placet:per ornatum quẽdã dicẽdi modũ absq; antiptosi:ut subaudiendũ sit:Naucrates nobis:& deinde quẽ naucratẽ.hoc modo.Naucrates nõ erat in naui:quẽ naucratẽ cõuenire uolui. ¶ Perreptaui:pagraui.a repo.n.fit repto:& prepto.Repere autẽ est aialiũ uẽtre gradientiũ:ut serpẽtũ.Denotat hoc uerbo maiorẽ in q̃rẽdo hoĩe difficultatem. ¶ Plateas.uias latas urbis. πλατυς πλατεια πλατυ.latus lata latũ significat:& πλατος latitudo:unde Plato nomen accæpit:qa fuerit humeris latioribus:quũ prius Aristotiles uocaret. πλατεια .q; pro qa ipsa lata:& platea accipit.hoc loco media correpta pfert. est.n.anapæstus ea ratione:quã nos in epopoeia nostra diximus.Interdu; ut breues uocalis tollitur illis.elidit.n.i.

PYLAdes

Repere

ex dipht.ει.& remanet.πλατω.ut æneadas:& typhœa tela:ut ibi dixius.⸿ Gymnasia.loca erãt: in qbus athletę nudi se exercebãt.γυμνος.n.nudũ significãt:quis postea gymnasiũ & ꝑ ludo lřario:& ꝑ oi loco:in quo fiat aliqđ genus exercitationis sumi cœpit.⸿ Myropolia.tabernas unguẽtarias μυρον.unguẽtũ.& πωλεω.uẽdo pria ꝑducta.

Apud emporium,atq;,in macello,in palæstra,atq; in foro,
In medicinis,in tonstrinis,apud omneis ædeis sacras.
Sum defessus quæritando,nusq̃ inuenio Naucraten.
Nunc domum ibo,atq; ex uxore hanc rem pergã exquirere.
Quis fuit,quem propter,corpus suum stupri compleuerit.
Nam me,q̃ illam quæstionem inquisitam hodie amittere.
Mortuum satius est,sed ædeis occluserunt.euge hoc fit.
Pariter atq; ut alia facta sunt.feriam foreis.heus uos,
Aperite hoc,heus ecquis hic ẽ?ecquis hoc aperit ostium?

PIVS BONONiensis

Emporiũ quid sit

¶ EMPOrium.mercatũ:foꝝ:cõciliabulũ.ubi mercimõia abũde collatiua distrahunť.uox græca.εμπορευω lucror:& negocior.emporia negociatio.Pl.l.vi.naturalis hist. Ad pimulę ꝑmõtoriũ.i.indiæ celeberrimũ emporiũ.uñ segesteria ex uilioribꝰ.staruminibus.charta compacta ad cucullos idonea:& iuoluẽda mercimonia dř emporetica.Pli.li.xiii.Nã emporetica iutilis scribẽdo in uolneris chartarũ segestriũq; mercibus usuj ꝑbet:& iõ a mercatoribus cognominata.⸿ In macello.secus est q̃ censeant litteratores: ꝙ macellus ñ signa eclanienã:sic.n.mũditer:& eloquẽter appellant locũ:ubi carnes uẽdunť:Et ii qui ꝑperã uulgo macellarii uocanť:latine lanii dñr.est sane macellus ganeũ:ubi esculenta:poculẽtaue dũtaxat calida uendunť.Id thermoliũ Plau.& græci dicunt.Macellũ tñ & macellarios pro laniena:lanusq; annotaui usurpatũ freqnẽter a neotricis.Hęc de macello Var.li.primo de lingua latina.forũ olitoriũ.hoc erat antiquũ macellũ:ubi oleũ copia:ea loca ẽt nunc lacedæmonii uocant macellũ.Sed iones hostia ortoꝝ.macellotas ortoꝝ.& castella macelli.Hinc macellarii uocanť:Sueto.in cęsare dictatore:quoꝝ: ut cũ maxie expectatio eẽt ea:quæ ad epulũ ptinerẽt:q̃uis macellarius ablocata ẽt domesticatĩ apparabat.⸿ Palæstra.cũ bipartiliter capiať palęstra pro exercitamẽto:& exercitii loco:hic ꝑ loco capiť:ubi exercent palęstrã.nã & is palestoriõ græcis utiq; uocitať. Ars palęstrica palesmosine dř.pale idiscriminati:& palestra.qđ papiniano carmine sat inotescit:& nudã exercere palen.Alibi Plau.disco.hastis:pale:cursu:& armi:qn nitida domestice:& crebro fidei emũcte scriptoribus uocitať:qđ euenit ob hãc ꝑcipue cãm:qm luctatores:& palæstritę iniũgebãt oleo corpa:qđ maro egregie.Exercẽt nitidas oleo labẽte palestras:palestrita in marmore si tu obruto sic loqtur.⸿ Flectere doctus equos:nitida certať palestra.⸿ Ferre iocos astu:fallere:nosse fidẽ.Palęstritæ luctatores sunt.psius.qnq; palestritæ licet hæc plãtaria uellant.hinc palestrans fulgẽtio i primo mythologico.Sudor hic opus palæstrãns igeii.palęstra ex autoritate fuiana dicta:uel ἀπο της παλης.i.luctatione:uel απο του παλλειν hoc est a motu urnæ.⸿ In medicinis.Simia gręcorũ poetaꝝ Plau.qđ nũc:& subinde dꝑhendiť.Certe medicinas uocat uicum thurarium:hoc est tabernas aromatarias:ubi speciarii obuersantur:& species ugneunt.Nam & hoc in album latinitatis sinceræ neoterici receperũt.quo uerbo utiť macrobius.ιατρειον medicina:& hoc est medicinarum taberna.⸿ Tonstrinis.officinis:ubi tonsores radunt barbã.⸿ Hodie amittere.lõge:& eminus a mẽte seqstrare:& si in qbusdam exẽplaribus priscis legať omittere.

Macellꝰ qđ significet

Palestre significata

Amittere quid sit

PYLADes

Myropolia

¶ EMPOrium.mercatũ:foꝝ:cociliabulũ:locus ubi mercimonia uẽdunť:qđ in nřo uocabulario sic diximus:publicus emporiũ locus est:quo multa fluit merx.gręcũ est nomẽ.ἐμπορειον & ἐμπορεια.negociatio.& εμπορος.mercator.Liui.Genua liguriæ nobile emporiũ.⸿ Macello:macellũ locus erat romę:ubi obsonia uẽdebanť:ut Festus igt:dictum a macello quodã:qui exercebat in urbe latrociniũ:quo dãnato:Cẽsores Aemylius:& Fuluius statuerunt:ut in domo eius opsonia uẽderenť:quẽ locũ alio noie Ganeũ appellare possumus.Sed & eundẽ Plau.& gręci Thermopoliũ uocant:qa eiusmodi opsonia calida ꝑcipue ibi uenderenť.Varro aũt foꝝ holitoriũ macellũ ãtiquũ dixit ubi:holeꝝ copia:ea loca ẽt nũc lacedęmonii uocãt macellũ.Sed Iones ostia hortoꝝ macellotas appellauere.Donatus ãt in Terentiũ a mactãdis pecoribus macellũ dictũ ait.In alia significatiõe macellũ ꝑ macillẽto dicius:teste Nonio.Lucilius.Si nosti:nõ magnus hõ est:nasutus:macellus A macello loco opsonioꝝ macellarii fiũt.Sueto.in Cæsa.dictatore.⸿ Quoꝝ ut quũ maxie expectatio esset:ea quæ ad epulũ ptinerẽt:q̃uis macellarius ablocata:ẽt domesticatĩ apparabat.Nã locus:ubi carnes frustulati icidunť:atq; uẽdunť:nõ macellũ.Sed laniena ꝑprie appellať:& lanii:ac laniones q icidũt & uẽdũt:q̃q̃ a neotricis iterdũ is quoq; locus macellũ: & ii macellarii appellati sint.⸿ In palęstra.παλη apud gręcos:& pale apud nos:luctã significat:quã exercebãt nudi:oleoq; ꝑfusi.Statius.Et nudam exercere palen.a quo palæstra deduciť:q̃ dictiõe utimur:nõ tñ ꝑ ludo ipso:sed ẽt ꝑ loco:ubi exerceť:ut hic:& apud Vir.Pars i gramincis exercẽt mẽbra palæstris.ꝑ ludo ãt Vir.posuit.Exercẽt nitidas oleo labẽte palæstras.ubi nitidas palęstras dixit:ad oleũ respiciẽs:quo uncti erãt:& quodãmodo nitẽtes.palæstritæ quoq; luctatores dñr.Persius.Quinq; palæstritæ licet hęc plãtaria uellãt.Sed est mirari Piũ iterpꝛtẽ:i cõmẽtariis suis hoc loco:Plautũ adducere:q pale usus sit:his uerbis.Alibi Plau.disco:hastis:pale:cursu:& armis.Is ãt locus est in mostellaria:in secũda scena:quẽ locũ ipe cõmẽtãs:nõ pale legit:sed pila:dicẽs.pila.harpasto trigonali:& folliculo exercebanť adolescẽtes antiq.hic mos adolescẽtularis est pila ludere:&c.Veꝝ is nõ semel alibi quoq; sui imemor apparẽs uenia dignus est.⸿ In foro.foꝝ ꝑprie est negociationis locus:a ferẽdo dictũ:qa eo uenalia feranť.Vñ foꝝ boariũ:foꝝ holitoriũ:foꝝ piscariũ: in quo boues:holera:piscesq; uẽdũtur:foꝝ cupedinis:in quo cupedia.Cupes.n.& cupedia antiq lautiores cibos noiabãt.uñ cupedinarii dicti sunt oẽs:q esculẽta uẽdũt:ab eo ꝙ alimẽta rebus cupidinis ꝑbeãt.Diciť ẽt foꝝ:in quo cũ ꝑpľo agiť:lites tractanť:cõtiones habenť:ꝙ ibi iudicia ferunť.Vñ & forẽses dñr:q i foro uersanť.Et circũforanei:q circa forũ spatianť uẽditãtes aliqd:aut emẽtes:aut sciscitãtes:aut tps inaniter terẽtes foꝝ quoq; agere dř is:q ꝑuinciæ pest: duas ciuitates uocat:& de cõtrouersiis eaꝝ cognoscit:ac sñiam fert.foꝝ itẽ ueteres appellabãt:qđ postea uestibulũ sepulchri dictũ est.fori autẽ uirili gñe nũero multitudinis tñ sunt tabulata nauiũ:ab eo ꝙ icessus ferãt:siqdẽ ꝑ eos nautæ discurrũt.Vir.Implessemq; foros flãmis.Itẽ spectacula:hoc est loca erecta:e qbus specteť:fori uocanť:& ꝑ diminutionẽ foruli:q aliqñ armariola significãt:in qbus reponunť libri.Iuuen.hic libros dabit:& forulos.⸿ In medicinis.in medicoꝝ tabernis:in uico thurario:in tabernis aromatariis:ubi speciarii obuersanť:& spẽs uẽdunť:nã & hoc no

Thermopolium

Lanii:laniones

Palæstritæ

Circumforanei

men in albūm latinitatis receptū est:& eo utit Macrobius.ἰατρεῖον gręce medicinam:hoc est medicorum officinā significat.⁋ In tōstrinis.in officinis tōsorꝝ:ubi capilli tōdent:& barba abraditur.⁋ Aedis sacras:fana:tēpla.⁋ Nūc ibo domū.ita scribi debet:metri necessitate:nō nunc domū ibo:qa pes unus uersui deficeret.⁋ Quis fuit.nō qs fuerit:qa pes unus supflueret.⁋ Quē ppter:ppter quē.⁋ Stupri cōpleuerit.ut iplent ueteris bacchi:pinguisq; ferinæ.construunt.n.cum gtō & ablatiuo.ut alibi.Impleuitq; mero paterā.⁋ Amittere:longe & eminus a mete sequestrat:uel amittere pro omittere:& destituere.⁋ Euge hoc fit.ita scribi debet uersus:& tolli pariter:metri necessitate.Quę dictio in principio sequētis uersus scribi debet:cui & in fine addi debet:heus uos:ita rōne carminis exigēte:qd iterptes nri sōniculosi nō aduerterūt.Sic igit scribēdus est uersus seqns.⁋ Pariter:atq; ut alia facta sunt:feriā fores:heus uos.Seqns āt & ultimus scenæ uersus sic icipit.⁋ Aperite hoc.Nam Amphitryo:ut uidit occlusas fores:quas equidē clauserat Mercurius:ut illum ridiculo haberet:miratus est:quia fores magnorꝝ uirorum iterdiu patere cōsueuerūt:ppterea dixit.Euge hoc fit pariter:atq; ut alia facta sunt:& simul fores percussit:& uocauit:qui intus erant.

Tonstrina

PIVS BONONiensis

Mercurius. Amphitryo.

QVis ad fores?Am.ego sum.Me.qd ego sum?Am.
ita loquor.Me.tibi iuppiter,
Diq; omnes irati certo sunt,qui sic frangas fores.
Am.Quo modo?Me.eo mō,ut pfecto uiuas ætatē miser.
Am.Sosia.Me.ita sum Sosia,nisi me esse oblitū existumas.
Quid nūc uis?Am.sceleste,at ēt qd uelim,id tu me rogas?
Me.Ita rogo,pene effregisti fatue foribus cardines.
An foreis censebas nobis publicitus præberier?
Quid me aspectas stolide?qd nūc uis tibi?aut qs tu es hō?
Am.Verbero,ēt qs ego sim me rogitas?ulmorum acherūs.
Quem pol ego hodie ob istæc dicta faciā feruētē flagris.
Me.Prodigū te fuisse oportet olī i adolescētia.A.Qui dū
Me.Quia senecta ætate a me mendicas malum.
Am.Cum cruciatu tuo istæc hodie uerna uerba funditas.

⁋ SOSIA.salutatiuus est casus:per mi/nitationē platus.⁋ Me oblitū.ni reris me nomē meū dedidicisse.Id.n.est me oblitū.⁋ Publicitus.ex ærario publico:ex publica ipensa:aduerbiū est.qd in hunc significatū usurpat:ut si dixerimus legatiua:cōgiaria:donatiua:tesseras dari publicitus:hoc est a publico īpēdio:Plau.pprie utit hac uoce.Apuleius:& cęteri simpliciter:& abusiue pro publice usurpāt.Fulgētius:Sidonius:Iulius capitolinus in gordiano rū uita sic.Nomē publicitus eraserūt.huius formæ aduerbiū est:ac si dicat:diuinitus:cælitus:& iis similia.⁋ Vlmorꝝ acheruns.pdities:pditio uerborꝝ talis:q̄li fluuius ifernus aias iprorꝝ distrahit:& absumit.Dicit.n.qs ulmorꝝ pditio:eū i cu9 tergū callosum:saxeū:marmoreū:congeries uirgarꝝ dissipant:& diminuunt.Vlmi.n.ad uibices iferēdos erāt accōmodi:uñ seruū plagipatidā:mastigiā:& uerberonē inferius ulmitribā uocitabit.Alibi codicū nō acheruns:sed aceruus legit.seruū uocabit aceruū uirgarꝝ:in quē.s.uirgę cōferent.⁋ Prodigū.q pdiga:& ifræni lingua inumeras plagas mihi ministeris.Trahit tñ polyfemō sensum his seorsum.⁋ Qui dum?quo pacto?qūo pdigus sum?Mēdicas malū.post hoc carmē in exēplaribus antiqs hic uersus isarcit.⁋ Quęso aduenięti morbo iure medicabis.Vbi erit iocus ex fere cōsilii uocū structura cōflatus:q lepor plautinus est.Dixit enim mendicas malum:nunc mendicare ad medicare transtulit in his uocibus Alibi patens est plauti cauillatio una littera plus est q̄ medicus.Aduenienti marcellus exponit incipienti.Medicare & medicari dici iuicē quis ignorat?Maro ut reliquos omittā.Sæmina uidi equidem multos medicare serentes.⁋ Funditas.iconsiderate:& excorditer pdiga lingua piicis.Abis:in priscis Plauti monumētis hoc addit.cōprime aiam:ubi aia p ira positū.

Publicitus

Vlmitriba

QVis ad fores?Hęc scena eodē carminis gñe constat:quo & supior.tetrametrū.n.est brachicatalecticū:septē pedibus icedens.In q̄ Mer.itroducit:adueniętē Amphitryonē:& fores pulsantē ab ædibus expellens:uerbis:primū:deinde tegula in illū piecta de loco supiore.⁋ Quis ad fores:supple est.⁋ Ego sum.existimās amphitryo se solo uerbo cognosci:& itroduci debere:ut mos est dominorum domus:ait:ego sum.⁋ Quid ego sum.Mercurius q̄si p cōtēptū iterrogat:qd est:uel qd sibi uult hoc:ego sum?⁋ Quo mō?amphitryonis uerba sunt:quo modo inqt irati mihi sunt iuppiter:& dii?⁋ Viuas ætatē:eo dicendi mō:quo dicimus:uiuo uitā:seruio seruitutē.⁋ Sosia:uocatiuus casus est:p minutationē platus:ac si diceret:nō tu es Sosia:q mihi hero sic isolēter rñdes?Vñ ille rñdet:ita sum Sosia.⁋ Nisi me esse oblitū.nisi putas:me mei oblitū:nomenq; meū dedidicisse.⁋ Cardines.sup qbus fores uoluunt.Virg.Et foribus cardo stridebat ahenis:ad quorꝝ similitudinē mūdi polos cardines uocamus.Lucanus.Et sūmus olympi:cardo tenet tethym.Et cardo significat cōmoditatē:siue opportunitatem.Virgi.Haud tanto cessabit cardine rerꝝ:de qbus affatim diximus in uocabulario nostro.⁋ Publicitus:ex publico ærario ex publica impēsa:& nō ex pecunia nostra cōparari:aduerbialiter sic utimur hac dictione:& pprie.Apule.āt:& alii simplr:& abusiue p publice usurpāt.Iuli.capitolinus i gordianorꝝ uita:nomē publicitus eraserūt:de qua dictiōe & supius in pria scena dixius.⁋ Aut qs es tu hō.ita scribi debet ex codicib9 antiqs:& metri necitate:& nō qs tu es hō:qa uersus claudicaret:qd Pius & Sar.iterptes nō uiderūt.⁋ Vlmorꝝ acherons.uorago:& dissipatio uirgarꝝ:nō aliter q̄ acherons:siue acheron fluuius isernus:q est uorago:& absūptio aiarꝝ:dr utroq; mō acherōs:& acheron.Et ulmis āt uirgæ fiebāt ad plagas suis malis iferēdas.Vñ iferius uerberonē:& mastigiā seruū ulmitribā appellabit:ac si diceret digne:in quē pluriæ ulmorꝝ uirgæ cōtinuis uerberibus cōterant.Nā qd uterq; iterpres ait:alibi legi aceruus:& nō acheruns:dliriū qddā olet:quū uersus rō nō patiat dictionē illā aceruus.⁋ Ob dicta isthæc:nō ob isthęc dicta:ut legūt idē iterptes isciti:cōtra metri rōnē.⁋ Feruētē:ardētē.⁋ Prodigū:q pdigi sunt:& bona sua obligurit i iuuētute:quū senes postea fiūt:mēdicare cogūt:hic āt p metaphorā:ex polysemo sensu:pdigū eū fuisse ait:& tanq̄ uerbera:ac malū in sua iuuētute dissipasse:quū ea nūc senex ab ipso Mercurio reqrat:ac tanq̄ mendicus uestiget.⁋ Qui dum?quo pacto:quo mō pdigū me fuisse oportet.⁋ Senecta ætate:in senili ætate:nūc quū senex es.⁋ Mendicas:mendicare:ut qdam uolunt:a medēdo deducitur:quia inopes quærūt:ut alimētis suæ uitę medeātur.⁋ Hodie isthæc.nō isthęc hodie:quia uersus abūdaret uno pede.⁋ Fūditas:icōsiderate pficis:& euomis.

PYLAdes

Cardo

Publicitus

Acherons

Mendicare

PIVS BONONIENSIS ¶ SACRVfico.metaphorice:& similitudinarie trāslatum ab iis:qui sacrificant taurum mactantes:iter cuius cor nua molam madidam pelui ingerunt:aqua igitur amphitryonem consperfurus maigena deus ait se illi sacrificare.

Mactare ¶ Te macto.te magis augeo.istar molæ aquā in te deuergētis.Mactare sacrificiis aptū uerbū.Mactus taurus appel labatur cū molæ ispargimine sparsus esset:quasi magis auctus inflectitur mactus.macte uirtute prouerbialiter di cebatur:quasi dixeris magis aucte uirtute.Horatius.Macte uirtute iquit sententia dia catonis.Silius libro quarto. macte.o macte indole sacra uera iouis proles.Desunt hic ut uideo circunferri uersus ii.

Optio iure istringet aula cineris i caput
Ne tu postules matellā unam tibi aquæ
infundi in caput.

Me.Sacrufico ego hūc tibi Iupiter.A.q?Me.qa.n.te macto.
A.Tun me mactes carnufex?nisi formā Di hodie meā pdūc,
Faxo ut bubulis coriis onustus sis saturni hostia.
Ita ego te certo cruce,& cruciatu mactabo.exi foras
Mastigia.Me.Larua umbratilis,tu me minis territas?

¶ Perdiunt. scribo pduint pro eo:qd est pdiderint.¶ Bubulis coriis.scuticis ex bu bulo corio duriore dissectis:quib⁹ utiōr lorearii ad loreanda latera seruoꝝ.¶ Sa turni hostia.nodus subobscurus.Sciendū est priscos carthaginēses cōsueuisse satur-

Infāticidia no mactare singulis qsq; annis isantes:qd infame:& dirum sacrificium tertullianus in apologetico cōsequenter ap pellat infanticidium:hoc est paruuloꝝ cædē:qd istitutū est in saturni placationē.Nā φ nouerat a filio regno exigi & expelli natos deuorare nitebat:ioue esurienti rhea lapidē subiecit:fictum ideo φ χρονος saturnus.i.tps oia con sumit:qd in primo apologetico placiades fulgētius sic enarrat.Saturnus primus in italia regnū obtinuit:hicq; per annonæ ꝑrogationē ad se populos attrahens a saturādo dictus est saturnus.opis quoq; eius uxor:eo φ opē esurien

Presto: aduerbiũ ẽ patũ signat: psto ãt uerbũ tribuo: & excello pstat quoq; ipoẽ satius est. In balneas: dicim⁹: & balneas & balneas. Istuc ago: hoc ipsu; cogito. Exasceatũ: dispositũ: & fieri cœptum: trãslatio est a fabris lignariis sumpta: q ligna prius dolant: & exasceant postremo cultius leuigant: & poliunt. Futuros ulmeos: totos uirgis cędẽdos. Oblectabo blãdis morabor uerbis: & detinebo. No mẽ cõmutaueris: Quia erat saureã simulaturus. Patitor: p patiare. Referia; uicissim cædã. Vt usus fieri: ut op⁹ ẽ facto. hostire: pares uices reddere: dixius supra hostire æq̃re: & hostimentũ æq̃mentũ: qđ pro bñficii pẽsatiõe ponit a Festo.

VALLA.

QVA facie sit scio. Quid sit facies: & unde: & quę inter formã & figuram eius sit dña in amphi. satis: ut opinor: oñsum est. Si uis: subaudi argentum. Argẽto iteruortã. i. fallam argentũ auferẽdo. Opus est exasceatũ. Trãslatio sumpta a fabris lignariis: qui ascia primo materiam aliquam comminunt ad opus cõficiendum: post leuigãdo expoliunt & perficiũt. Exclusi sumus. figura metalassis psens p futuro. Seduxit. ducere igt Dona. est digitis cõputare: seducere est quem apud seipsum: et secreto deducere: Seduxit ergo deduxit me: ne qsqnam audiret. Futuros ulmeos. idest ita ɔtusos uirgis ulmeis: ut plane ulmei uideamur. Viginti argenti minæ. libræ q̃ nũero cõstãt: græcæ mnę dicunt. nã emina uas est. Persi. Fregerit eminas areti ædilis iniquas. Interea hic oblectabo. i. uerbis nugalibus distinebo. Inq̃ hostire. i. æq̃re: inde redhostire inquit Neuius referre gratia; q in lupo: nel ueiens regẽ saltãt: inbæ albanũ muliũ comitẽ senẽ sapiẽtẽ cõtra redhostis: Menalus & Accius in ãphi. cedo ecquid te redhostis titum: cum eas seni obiectet facilius. nam & hostire pro æquare posuere: En. in chresponte: audis atq; auditis hostimentum adiungito. Vt memineris. hoc est tam ferociter ut non obliuiscearis.

Ducere qđ sit.

Redhostire quid.

PYLAdes

QVA facie sit: scio qua forma. quid sit facies diximus in amphitryone. Succensere: irasci. Si herum uis: ordo est. Si uis adduce Demænetum herum: quem ego noui. Argentum non morabor: non morabor: quin numerum argentum. Præsto fore. paratum fore. præsto enim aduerbium est. nec fere cum alio uerbo iungitur: q̃ cum sum: & forẽ: & apud poetas cum adsum: significatq; presto esse: & presto fore: præsentem: paratum ue esse: atq; futurum. Cicero. Quibus quidem omissis: tu etiam Brute presto fuisti. In balneas. Dicimus balneas & balineas. Istuc ago. hoc ipsum mente agito. Aduectorem: pecuniarum: scilicet & adductorem. & ita scribendum est ex codicibus antiquis. non aduentorem. Exasciatum: dedolatum. dispositum: & fieri cœptũ. trãslatio est a fabris lignariis sumpta: q ligna prius dolant: & exasciant. postremo cultius leuigãt; & polliunt: Est ascia notũ instr; fabri lignarii: ab ascindẽdo dicta. siue a græco ἀξίνη: qđ asciã: securiũ ue signat: cuius diminutiuũ est asciola. Pli. li. xvi. Mollissima tilia: eadẽ uř: & callidissima: argũ afferunt: ꝗ citissime ascias retũdat. Apu. quoq; puerbialr dixit. Vin me cruribus meis asciã ipingere: hoc ẽ mihi ipsi me ipm nocere. Ex his uř planũ nõ eẽ asciã: qđ Pius interptes Planti nus ait: feramẽtũ ad scabra ligna expoliẽda: ita ut quũ ligna ppoliunt: ascia pfecta sint: a quo exasceatũ: ut ipse iqt: fiat hoc est absolutũ: pfectũ: elimatũ: leuigatũ. Quin potius asciã esse: q̃ & uulgo eodẽ noie appellãt: qua nõ tam leuigate & pollite ligna prsus absoluta reddũt: sed dedolãt tñ: eã eleuãtes in altũ: & abscindẽtes assulas: unde plærunq; fabris ipsis cõtigit: ut eã suis cruribus impingerent: seq; uulnerarent: sed non idem est in leuigatorio instrumento: illud enim non eleuatur in altum; neq; uersus crura impingitur: sed superne semp per ligni supficiẽ manibus trahit: eoq; absolutissima: & leuigatissima queq; redduntur. id instrumẽtum runcinã appellãt: nõ asciam. Ply. xvi. c. xliii. de abiete. Ramentorum crinibus pampinato semper orbe se uoluens ad incitatos runcinarum raptus: inde fit uer-

Præsto.

Ascia.

Runcina.

bum deruncinare: quo utitur Plau. in milite glorioso: eo uersu: ut lepide deruncinauit militẽ: pro placauit uel delenitum reddidit: ac ꝑrsus in suã sniam traxit: mollibus uerbis: atq; adulatoriis: & expoliẽtibus: nõ secus q̃ runcina expoliuntur ligna. Neq; .n. hermolao barbaro uiro doctissimo: & nobis honoris cã semper noiando: in hac parte assentimur: runcinam pro serra accipiẽti: inglossematis plynianarũ castigationum: sup quo & alioꝝ indiciũ requirimus: significat ergo hoc loco: ut diximus: nõ absolutũ esse hoc opus: sed dispositum: & fieri cœptũ: ut sunt ligna iam ab ascia decussa: & directa ad filum. Et scribẽdum est exasciatum: nõ exasceatum: quũ ab ascia: ut dictũ est: descendat: quæ per. i. nõ per. e. scribitur. ¶ Nam si ille argentũ prius: hoc refertur ad illud: qđ superius dixerat: hem istuc ago: qño argentũ interuortam: & aduectorẽ: & sauriam. q. d. non opus est: ut finamus illum mercatorẽ peruenire ad sauriã prius: q̃ ab eo argẽtũ interuortamus. Sic. n. exclusi essemus nos ambo: & nobis a sene demæneto imminet periculũ uirgarũ: quod ille interminatus est nobis: nisi pecuniã inueniamus. ¶ Senex seduxit solũ. Demænetus seorsum ab aliis me duxit: ut alloqueretẽ. ¶ Futuros ulmeos. i. futurũ: ut nos totos uirgis ulmeis cedat. ¶ Viginti essent. ita scribi debet metri necessitate. nõ essent uiginti: nam uersus nõ consisteret. ¶ Operã dixit sese ꝓmissam dare. ita scribẽdũ est rõne metri. nõ dixit sese operã: qa pes unus uersui deficeret. Sensus est. Dixit sese dare nobis operã. i. daturũ opam suã. hoc est auxiliũ ꝓstiturũ. ¶ Dũ argentum mercator afferat. nõ afferat mercator: qa uersus claudicaret. ¶ Illum ego interea. ita scribẽdum est metri rõne. nõ ego illum interea: qa uersus abũdaret uno pede. ¶ Oblectabo. blandis morabor uerbis. & detinebo. ¶ Quid ais? ad hoc. s. qđ uolo tibi dicere. ¶ Si sapis. i. si sanus es: & si tibi recte cõsultũ uis. Et ita scribi debet ex codicibus antiqs: & sniæ cõgruitate. non si me saxis: ut Pius legit. neq; time saxis: ut insulse corrigit. ¶ Nomẽ cõmutaueris. i. ex leonida sauria factus sis. nõ ex sauria atriẽsi leonida: ut Pius inquit somniãs. ¶ Patitor te itẽ: quũ ego referiã. ita scribẽdũ est: rõne metri. nã si scribas: patitor tu itẽ: quũ ego te referiam: ut fere hñt codices: uersus nõ cõstat. sed abũdat unus pes. ¶ Referiã. i. ex aduerso: & identidem ego te feriã: ut tu me. ¶ Dico ut usust fieri. ita scribi & hic uersus debet metri necessitate. i. dico: ut opust est fieri. uñ rñdet Litanus. Et ego dico quoq; ut faciam. ¶ Nega. i. dic te nõ repcussurũ. ¶ Hostire. pares uices reddere: ut supra diximus. ¶ Tu iam scio patiere. scio addendũ fuit: ex codicibus antiqs: & metri necessitate. cui pes unus deficeret: ab utroq; Pio: & Sarrace. non animaduersum. ¶ Sed quis hic est. dum abire illinc quęrit: uidit mercatorem illum asinorũ uenientẽ. ¶ Tuum officium. quia seruorũ nequam officium est: quum quid peccarunt: ab heris aufugere: ut plagas: & uerbera euadant. ¶ Ac fugis. & fugis. non hac fugis: ut fere scriptum est in codicibus: quod nullius est boni sensus.

Oblecto.

SARACENVS.

T demõstratæ sunt aduenienti mercatori: q pro emptis asinis precium referebat libanus obuius fit: q illũ tãtisper oblectat. & moratur simulatis uerbis: quoad ueniat pro saurea leonidas. ¶ Puere: pro puer locutio est ueterum. ¶ Calcitronem. Pulsantem calcibus.

VALLA.

T demõstratę sunt. In hac scęna mercator pro asinis argentum ferens: dum pulsari fores iubet: præsto Libanus adesth qui hominem excipiat doceatq; qd opus sit. ¶ I puere. quia ueteres hic puerus nominatiuo dicebant: & fœminino genere hæc puera: unde puellus & puella: puer/pera quæ parit: puerperium fœtus. ¶ Calcitronem: idest calcibus infestantẽ.

Puerus fm antiquos.

Mercator. Litanus.

T demonstratæ sunt mihi, hasce ædeis eẽ oportet,
Demænetus ubi dicitur habitare. i, puere pulta,
Atq; atriensem Sauriam, si est intus, euocato huc.
Li. Quis nostras sic frangit fores? ohe inq̃, si quid audis?
Me. Nemo etiá tetigit, sanus ne es? Li. at cẽsebã attigisse,
Propterea huc ꝗ iter hẽbas. nolo ego foreis cõseruas meas
A te uerberarier. sane ego sum amicus nostris ædibus.
Me. Pol haud periclũ est, cardines ne foribus effringãtur,
Si istoc exemplo omnibus, qui quærunt respondebis.
Li. Ita hæc morata ianuast. extemplo ianitorem
Clamat, procul si quem uidet ire ad se calcitronem.
Sed quid uenis? quid quæritas? Me. Demænetũ uolebam.

PYLAdes

T demõstratæ. Metrum huius scenæ tetrametrum est catalecticum: septẽ cõstãs pedibus: & una syllaba. In hac autem introducitur mercator ille asinarius: qui precium pro emptis asinis referebat: quærens Demæneti ædes: ut illi pecuniã dinumeraret. Cui libanus seruus occurrit illum uerbis tantisper morans: & oblectans: dum leonidas aduenit: Sauriæ nomen assumens. ¶ Vt demõstratæ: quẽadmodum mihi signatæ: & ueluti pictæ fuere: nam petierat ab obuiis: quæ essent ædes Demæneti: & quales: ut faciũt peregrini in aliena ciuitate. ¶ Hasce ædis oportet esset. Ita scribẽdũ est metri necessitate. ¶ I puere pulta. hẽbat secũ puerum quẽpiam: cui iubet: ut eat ad ianuam illarum ædium: & pulset: atq; euocet sauriam: si domi est. ¶ Puere: pro puer positum est de more ueterũ. Et sili. ¶ Pulta: pro pulsa. ¶ Quis nostras. litanus: ut mercatorẽ pluribus uerbis moretur: occupat eam pulsationẽ. & anteq̃ puer pulset clamans inquit. quis est: qui adeo frangit fores nostras? ¶ Ohe inq̃: modus loquẽdi ad puerum geminata eadẽ snia. ¶ Nemo tetigit ẽt. ita scribẽdum est metri necessitate: non nemo etiam tetigit: uerba sunt Mercatoris respondẽtis pro puero. ¶ Attigisse. metri ratio: & etiam codices quidam antiqui: ut attigisse scribatur requirunt: non tetigisse: ut alibi scriptum est. ¶ Propterea huc ꝗ iter habebas: ita scribi debet metri necessitate: & ex codicibus antiqs. loquitur more seruorum leuium. censebam inquit tetigisse fores: qa huc habebas iter. ¶ Nolo ego fores meas conseruas: ita & hoc scribi debet metri necessitate. ¶ Sane ego ædibus sum amicus nostris: cogit quoq; metri ratio hoc ita scribi: & dictionem ædibus: non ultimo loco poni: ut fere habent codices: sed anteponi: ut nos fecimus. ¶ Siquidem isthoc exemplo addi qdem opus fuit: ut uersus suis pedibus constaret: nam aliter pes unus deficiebat. Sensus est: nullum profecto imminet periculũ: ne fores deiiciantur a cardinibus: si omnibus: qui quærunt: hoc modo rñdebis: nõ ꝑmittẽdo. s. ut pulsent: uel tangãt fores. ¶ Ita hæc morata ianua est. nõ ianua. nã uersus nõ cõsisteret: sed uno pede claudus incederet. ¶ Ad sese calcitronẽ. geminãdũ fuit: se: metri rõne. Calcitro dicitur qui calcibus percutit. ut faciũt multi equi: calcitrosam quoq; mulã ait Ply. quæ calcibus frequẽter impetat hanc inhiberi potu uini ꝓhibẽt.

Calcitro.

¶ Qui

QVI pro istuc: Qui p.i. p qua subaudi re: uel quo negocio. Macilētis: malis: nō.n. faciē docet saureæ: se leonidę: quē ille prius uiderat in tōstrina. Tristi: seuera. Aeacidinis: iracundū adeo illū dicit: ut Achilles alter ira pci tus uideat. Dict9ē Achilles æacides ab Aeaco pfe Pelei eius auo: æacidinis ergo ab æacide dicit. Aios i plu rali dicimus iracūdiā: & pturbatiões. SARACENVS. achilles cur æacides dictus sit.

Vid hoc sit negocii? Aduenicns leonidas: ut saureā mētiaf: uideriq; possit rei familiaris curā hēe: inclamitat libano suis dictis nō paruisse. Tergo & cruribus. ut. s. ne uapularet: aut cōpedibus uinciret. Saluere iussi: Ironice: & uultuose legendum est.

Li. Si sit domi, dicam tibi, non est. Me. quid? eius atriēsis?
Li. Nihilo magis itus est. Me. ubist? Li. ad tōsorē ire dixit.
Me. quō iuisset, post nō rediit? Li. nō ædepol, qd uolebas?
Me. Argenti uiginti minas, si adesset, accepisset.
Li. Qui pro istuc? Me. asinos uendidit pellæo mercatori
Mercatu. Li. scio. tu id nūc refers? iā hic credo eū affuturū.
Me. Qua facie noster Sauriast? si is est, iam scire potero.
Li. Macilentis malis, ruffulus, aliquantum uentriosus,
Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
Me. Non potuit pictor rectius describere eius formam.
Atq; hercle ipsum adeo contuor. quassanti capite incedit.
Li. Quisquis obuiam huic occesserit irato, uapulabit.
Me. Siqdē hercle æacidinis minis, animisq; explet' icedit.
Si me iratus tetigerit, iratus uapulabit.

SI sit domi dicā tibi. i. domi nō est. nā si domi esset: dicā p dixerim tibi. Cū uenisset: subaudi ad tōsorē. Post nō re. pcūctatio est. Qui pro istuc. Anastrophe p eo: qd est p quo. Aeacidinis minis: idest achilleis: qa Achilles filius Pelei & Peleus & Telamon filii Aeaci. Ais quæ. i. ferocia. Vnde animosus: & exanimatus. VALLA. Aeacidinus quid

Vid hoc sit negocii. In hac scęna leonida: ut inchoatæ pficiātur fallaciæ: dū se atriēsem saureā uideri uult: minitabūdus incedit: cum saurea in hac comœdia nusq̄ cōpareat: ut iure hoc nomē obtinuisse uideaf a saurea. i. lacerta: q̄ in maceriis: q̄ in sępibus diu delitescit. Is nullus uenit. p nō uenit: suspēdenda oro est: & interpunctim pnūcianda. Nā ubi is dixit subiciēdū statim erat nō uenit: sed affectuś fuiēs dixit: nullus: ac si dicat nec liban?: nec qsq̄ alius uenit. Saluere iussi. ex nimia indignatione dixit iussi saluere. Maioribus nanq; fuit consuetudo: ut diceretur: iubeo te saluere. Iubeo te saluere.

SI sit domi: dicā tibi. nō est addēdum fuit: non est: ex codicibus antiqs. & ēt ex sniæ cōgruitate. Nam litanus: ut illū diutius moraretur: dixit: Si sit domi: dicā tibi: hoc ē uidebo itus: si domi est. & tibi dicam. & igressus est domū. deinde exiuit. & dixit nō est domi. s. Nihilo magis intus est. q̄ demenætus. s. Quum iuisset. ita hñt codices qdā antiq manu scripti. qd & magis placet. q̄: quū uenisset. Sensus. n. clarior est. i. postea q̄ iuit ad tonsorem: nō redut? interrogatiue. n. pnūciādū est. Qui p istuc. i. p qua re. hoc argentum. s. affers? Mercatu. i. nūdinis. Mercatus 'dr locus: in quo agif mercatura. Cicero quo cū tanq̄ ad mercatuз bonarū artiū pfectus sis: inanē redire turpissimuз est. Qua facie. qua mēbratura. q̄ figura corpis. id. n. signat facies: ut PYLADes Mercatus.



Leonida. Mercator. Litanus.

Vid hoc sit negoci, nemine meū magni facef dcm?
Litanū in tōstrinā, ut iusserā uenire, is nullus uenit.
Næ ille ædepol tergo, & crurib' ɔsuluit haud deco
M. Nimis ipiosus ē. Li. uæ mihi hodie. Le. saluere iussi. (re.

dcm̄ est in amphitryōe. Ruffulus: diminutiuū est a russo. qd rubrum signat. Vētriosus: uētre turgido. Tristi frōte: seuera. Nō potuit pictor: hæc sunt mercatoris uerba: q existimabat Sauriā esse a se uisum in tostrina: q tum fuerat leonidas. Quisqs obuiā: scribendū est qsqs: nō qsq;: ex codicibus antiqs: & metri rōne. Occesserit. pro accesserit. sic. n. scriptū ē in oib9 ferme codicib9. Aeacidinis exple. mi. aisq; incedit. Ita scribendū est metri necītate. Sēsus est. Siqdē ille: & minis: & ais. i. furore: atq; iracūdia achillis expletus icedit: est. Si me ira. te. saxo iratus uapulabit. faxo addēdū fuit metri necessitate. Aeacidinis igif: p achilleis intelligimus. nā achillē: & minacē: & furibundū: atq; iracūdū: uel ex homero didicimus: q i agamēnonē græcoꝝ principē ira accēsus: in cōsilio græcoꝝ: & uerba cōuiciis plurimis referta ptulit: & gladiū quoq; strinxit: ut interimeret. Is aūt æaci nepos fuit: uñ æacides est appellatus: iuxta illud Ouidii: Aeacidæ chiron: ego sum pceptor amoris. & a noie illo æacides Plautus deriuatiuū traxisse uf æacidinis: qd qdē magis cōuenit: q̄ (ut Pius ait) si ab æaco inferoꝝ impatore: & arbitro: q terribilis sit: nomē ipsum deducere uelimus: uel qd insulsus est: si ab aiace: q imanissimas iras cōcæpit: quum succubuisset in armoꝝ iudicio. Nō. n. cōuenit: ut ab æaco: æacidinus deriuef: sed æacius. uel æacinus. Ab aiace aūt. etiam si a gręco nomine aīas: ut ait ille Pius demens: deducere uelimus. æantinus fieret: non æacidinus. Aeacidinis

Vid hoc sit negocii. idē est gñs carminis: qd & supioris scenæ: tetrametrū catalecticū: septem cōstans pedibus: & una syllaba. In hac leonidas itroducif sauriā atriēsem simulās: q ut a mercatore asinoꝝ pecunias ferēte uideri possit rei familiaris curā hēe: litano inclamitat: q sibi in qbusdā: q̄ iussisse mētif: nō paruerit:

eiq; uerbera minatur:tum interrogat:an qdã debitores.argentum attulerunt.quidã autem uasa cõmodata restitue rint.Neminẽ meũ magnifacere dictũ:Ita scribendũ est metri necessitate:elocutionis cõcinnitate:& ex codicibus anti quis:in qbus utiq; magnifacere scriptũ est.nõ magnũ facere:& postponendũ est dictum:nõ pponendũ illi uerbo ma gnifacere:ut perperam:& indocte legunt Pius:& Sarra.interpretes. ¶ Is nullus uenit. pro non uenit.

Litanum libertum.iam manu emissus?Li.obsecro te.
Le.Næ tu hercle cum magno malo mihi obuiam occessisti.
Cur nõ uenisti,ut iusserá,i cõstriná?Li.hic me remoratust.
Le.Siquidẽ hercle nunc summum Iouẽ te dicas,detinuisse,
Atq; is precator adsiet,malam rem effugies nunq̃.
Tu uerbero imperium meũ contempsisti?Li.perii hospes.
Me.Quæso hercle noli Sauria mea caussa hunc uerberare.
Le.Vtiná nũc stimulus in manu mihi sit.Me.qesce quæso.
Le.Qui latera conteram tua,quæ ocalluere plagis.
Abscede hac.sine me hũc perdere,qui semp me ira incẽdit.
Quoi nunq̃ unam rem me licet semel præcipere furi,
Quin centies eadẽ imperẽ,atq; oggánniá.itaq; iam hercle
Clamore,ac stomacho non queo labori suppeditare.
Iussin scelesté,ab ianua hoc stercus hinc auferri?
Iussin columnis deiici operas aranearum?

SARACENVS

¶ MORATVS est:Detinuit in mora. ¶ Qui.Pro quo:scilicet stimulo:prosequitur nanq; sermonem cœptum. ¶ Quæ occaluere plagis:idest quæ iam calla admisere propter plagas:& uerbera:& duplici scribi debet l:si autem occaluere unico l scribatur:idest conflagrarunt.

Gãnire qd.

¶ Ogganiam:Latrem:uociferem:gãnire proprie canum est:& gãnitio querula canum murmuratio:gannire tamen pro plorare posuit Terentius docente Donato:quid ille gannit? ¶ Stomacho:indignatione:inde stomachari indignatione moueri.

VALLA.

¶ LIBERTVM.per ironiam:q seruus erat nominauit. ¶ Manu emissus.idest liber:& intelligitur qui es manu emissus nominatiuus pro uocatiuo:qui enim liber e seruo fit:e manu.i.ex potestate heri emittitur.Vnde emissarius etiam dicitur:qui mittitur a supiore foras.negocii alicuius obeundi causa:quemadmodum Tranql.

Emissarius qui

in Domitiano:Arrecinũ clæmentẽ cõsularem unũ ex familiaribus:& emissariis suis:capitis cõdẽnat urus:in eadẽ uel ẽt in maiore gratia habuit:& emissarius custodiẽdorũ agrorũ cã:ut Cic.in epistolis ad Tironẽ dabat:nullo aprico horto:nullo emissario:nulla maceria:nulla casa. ¶ Obsecro te.uox blãdientis:ut qso:sed tñ hic cũ ironia. ¶ Moratus est.i.in mora detinuit:sicut & morari pstolari dicimus. ¶ Stimulus in manu mihi sit.subaudi:quo te uerberẽ:ut statim subiungit.est & aliud instrumentum hoc nomine appellatum:de quo Cæsar in.vii.his uerbis. Ante hæc calcapedem longe ferreis hamis infixæ totæ in terram infodiebantur:mediocribus intermissis spaciis:omnibus locis differebantur:quos stimulos nominabant. ¶ Qui.aut significat ut:aut qui refertur ad stimulum:ut sit ordo uerborum:quo stimulo. ¶ Quæ occaluere plagis:idest uerberibus crebris callum admisere:a callo fit calleo l gemino:

Calleo usi.

quod uerbum tam ad animum q̃ ad corpus refertur. Est enim calleo admodum cognosco:& calleo callum in corpore admitto:a quo occalleo:ut hic. ¶ Atq; ogganniam:idest strideam:oggannire uulpis est:& canum cum metuũt summisso corpore plagas:ut inquit Lucre. Et gannio:obmurmuro. Persi. Secretam gannit Persi. Secretam gannit in uarem:& Iuuen.appula gannit. ¶ Itaq;.si duæ sunt partes:a littera acuitur.est enim enclitica:ut sit sensus:& ita. ¶ Stomacho.indignatione. ¶ Labori suppeditare.i.laborem tolerare:suppeditare etiam suggerere significat:ut si dicas:suppedita mihi escam:& potum:a sub enim & pedibus compositum est:nam quod suggeritur subiicitur:& in potestatem nostram redigitur. ¶ Stercus hinc auferri.quod græcæ dicitur αποπατος:ut est uidere apud Diascoridem in secundo:& cæteros medicos:non ut quidam sunt interpraetati latrinam:hinc sterquilinium:& stercorare agros dicimus.Fest.quoq; inquit stercus ex æde uestæ.xvııı. chalendas iulias defertur in angiportum medium se

Arane? qd & quid aranea.

redditui capitolini:qui locus clauditur porta stercoraria tantæ sanctitatis maiores nostri esse iudicauere. ¶ Operas aranearum.Seruius inquit araneus animal.Aranea tela apud idoneos.

PYLADes

¶ LITANVM.antiptosis est:ut urbem:quam statuo uestra est. ¶ Tergo:& cruribus:ut.s.non uapularet:ant cõpedibus uinciretur. ¶ Nimis imperiosus est.Mercator hæc intra se dicit:sed ita tamen:ut litanus etiaʒ audiret:unde simulat idem litanus se timere:& inquit:ue mihi hodie:ut mercator eo magis credat leonidam Sauriam esse:& authoritatem in domo habere. ¶ Litanum libertum.Ironice hoc dicit leonidas:& uultuose:ac si dicat:nuʒ tu libertus factus es:qui mihi non parueris?quod & magis declarat. ¶ Iam manu emissus ne es:obsecro te? Ita scribendum est:& addendum:ne es:sensus congruitate & metri necessitate. ¶ Næ tu hercle:cum diphthongo scribendum est:næ &

Næ.

affirmantis est. ¶ Occessisti:pro accessisti:aduenisti. ut supra quoq;.Quisquis obuiam huic occesserit. ¶ Hic me moratust:in mora detinuit:& scribendum est:moratust pro moratus est metri necessitate:non moratus est.quia uersus superflueret. ¶ Malam rem:malum.Et scribendum est malam rem:non ad malam rem neq; id:pro ad:ut insulse corrigit Pius interpres:contra antiquorum codicum scripturam:in quibus utiq; non est ad:neq; id:contraq; sensus concinnitatem:qui absolutissimus est absq; ea dictione. ¶ Qui latera conteram tua hæc:qui:pro quo stimulo:prosequitur enim sermonem suum litanus:addenda fuit dictio hæc:ad metri integritatem:nam uersui pes unus

Occaluere.

defecisset. ¶ Quæ occalluere:idest calum fecere:propter plagas:& uerbera in callos ueluti coacta. ¶ Sine me perdere hunc:non hunc perdere:quia uersus claudicaret:perdere autem pro interficere positum est. ¶ Cui nunquã.Cui nunquam satis est semel præcipere:sed opus est centies idem iterare. ¶ Ogganniam:latiem uociferem.Gãnire proprie canum est:& gannitio:ut inquit Festus:est querula canum murmuratio:inde compositum oggannio ex ob & gannio. ¶ Stomacho:indignatione. Inde stomachari est indignatione moueri. ¶ Iussin scelesteab ianua hac hoc stercus hinc auferri?Ita scribi debet hic uersus metri necessitate:& addi ab:nam pes unus deficiebat. ¶ Iussin columnis deiici his. Et in hoc addendum fuit his:eadem metri ratione. ¶ Operas aranearum.telas aranearum:quæ columnis appensæ erant. ¶ Iussin dari bullas has in splendorem foribus nostris?Hic quoq; uersus:hoc modo scribendus est:ut metricæ rationi satisfactum sit:aliter enim non constabat.

¶ In

¶ IN splendorem:ut nitide forent. ¶ Bullas:Laminas æreas:quæ foribus affigi solent decoris causa:bulla dicit̃ insigne:quod collo gerebant ingenui usq; ad statutum ætatis tempus tractum uocabulum a græco βουλῆ:idest consilium:ꝙ ad eam usq; ætatem maiorum consilio gubernarentur:uel quia bulla illam pectoris partem: hoc est pectus attingebat:ubi naturale manet consilium:ut placet Festo. Rursus bulla dicitur ex pluuia tumescens aqua:& propterea bullã Varro hominẽ appellauit quasi ꝙ instar bullæ:quæ fit ex aqua cito fiat:& intereat:inquit enim si hõ bulla est quãto magis senex. ¶ Cum fustist:pro fuste est:ut.s.nisi necesse semper sit in manu fustem gerere:illũ ut uerberibus incessat. ¶ In hara:in turpi & in obscœno loco:hoc in herum inclamat:ꝙ rei familiaris nullã curã gereret: est hara porcoꝝ stabulũ. ¶ Hem ergo tibi: deinde illũ pugno:uel baculo pcutit. ¶ Ecquis ꝑ uectura:ita uult occupatũ uideri in rebus familiaribus:ut nõ conspexerit mercatorẽ. ¶ Sticho:proprium nomen uiri.

SARACENUS. Bulla quid sit

Hara quid sit

Iussin in splendorem dari bullas has foribus nostris?
Nihil est. tanq̃ si claudus sim, cum fustest ambulandum.
Quia triduũ hoc unũ modo,foro operá assiduá dederim,
Dum repperiam qui quæritent argentũ in fœnus, hic uos
Dormitis iterea domi.at herus i hara,haud ædib⁹habitat.
Hé ergo hoc tibi.Li.hospes,te obsecro,defẽde.Me.Sauria
Mea caussa,ut mittas.Le.eho,ecqs ꝑ uectura olini (oro
Resoluit?Li.resoluit.Le.quoi datust?Li.Sticho uicario ipi

¶ IN splendorẽ dari bullas.hoc est laminas metallicas:nã & bulla: quę ex pluuia & uento suscitatur in aqua nominat̃: unde per trãslationẽ: homo bulla dictus: ut ait Varro ob uitæ breuitatẽ:& bulla insigne pueroꝝ prætextatoꝝ a collo pendens: ꝙ eã parte corporis attingat: nempe pectus:in qua naturale manet consiliũ:uel ꝙ eã ætatẽ ostendat alterius regedã consilio. prætexta.n.deposita ẽt bulla deponebatur. Persi. Bulla:quæ succinctis laribus donata pependit. ¶ Quatriduũ hoc unuꝫ modo. multa per hanc figurã loquimur:ut dicamus quatriduũ & quatriduo:triduũ & triduo:biduũ & biduo: primuꝫ & primo: & id genus alia. ¶ In hara. Differt hara cũ aspiratur & acuitur. & cũ caret aspiratione & circũflectitur : quod prio posita stabulũ significat:unde hariga Donati testimonio hostia:& haruspex & haruspicina. Cic. in. ii. de diuinatione si qñ de extis:& fulguribus satis disputatũ est:ostensa restant:ut tota haruspicina sit pertractata. Ara aũt in secũdo loco locus sacrificioꝝ est:idq; uerbũ a græcis sumptũ. illi nãq; aras preces uocant:sicut catarras imprecationes. ¶ Hem ergo:duꝫ hoc dicit hominẽ cecidisse ostẽdit. ¶ Hospes. peregrinus. Persi. hoc clare:ne audiat hospes. Est tñ tam qui hospitio accipit q̃ qui accipitur. Ouid. Nec hospes ab hospite tutus. Dr̃ hic & hæc hospes: sed legitur & hospita:unde illud. Hospita terra uale. Legimus ẽt inhospita neutro genere:ut inhospita tesqua. Cũ tñ inhospes non dicatur. Eo modo sospes & sospita:nã quod inquit Iuue. depositũ mihi sospes erit: figurate positũ uideri potest: ut apud Hora. testis metaurũ flumẽ. ¶ Oliui. ab oliua:nã oleũ ab olea deriuatur. ¶ Sticho uicario ipsi tuo. i. seruo:qui uices tuas gerit:nã & uicarius uicaria uicariũ adiectiue dicitur. Quintil. in declamationibus. Amaui filiũ meũ non osculis:non infirmitate:sed uiribus:dolore:patientia:unicũ: quẽ si acie clausisset hostis:uicaria morte seruassem.

VALLA.

Harę significatũ

¶ BVLLAS has. Scutulatos clauos æreos:uel utiq; argenteos:aut aureos: quibus potentioꝝ ostia decorãtur. Sic fulgentius bullatũ æthera appellauit:hoc ẽ lucentium sydeꝝ coruscamine inauratũ:& splendẽs his uersibus: Astrigeroq; nitens diademate luna bicornis:Bullatũ biiugis conscenderat æthera tauris. Est itẽ bulla tumor ille supaquaneus:qui excitatur uel pluuiæ descendentis pulsu: uel alio modo:unde Varro hominẽ bullã appellauit: ꝙ ad illius similitudinẽ cito intereat:Inquit.n. Si hõ bulla est:quanto magis senex: hanc super aquaneã bullã Calphurnius sic describit. Bullantis ubi fagus aquas radice sub ima. protegit:& ramis errantibus iplicat umbras. idem. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Est prætereа bulla insigne colli puerilis suspendiculũ:ingenui aurea: seruilis scortea. Sic dicta a græco βουλῆ. quod significat consiliũ:quia illis ueluti monumentũ:& memoria esset: consiliũ rebus oĩbus adhibendũ esse:& ideo illã corporis partẽ:hoc est pectus attingebat:ubi naturale manet cõsiliũ:ut Festo placet. ¶ Cũ fustest:pro cũ fuste est:nã qui claudi sunt fustẽ gerere solent:cui innitantur ambulãtes: opus est inquit: ut ego cũ fuste ambulẽ:illumq; in manibus gerã de cætero: quo te uerberare possim. ¶ Quia triduũ hoc unuꝫ modo ego foro operã assiduã dederim:ita scribendus est uersus metri necessitate:& sententiæ concinnitate : nã nisi ego addatur: & dederim scribatur:& quia triduũ uersus non consistit:quod non uiderunt interpretes nostri Pius & Sarrac. ¶ Qui quæritent. scribendũ est:q̃ritent plurali numero:non q̃ritet:ita uersus claudicaret. ¶ At herus in hara: haud ædib⁹ habet. Ita scribi metri ratio cogit:non atq; herus:neq; habitat in fine:sed habet:pro habitat. harã scimus esse porcoꝝ stabulũ:Ouid. Tertius imundæ cura fidelis haræ. uult inquit heruꝫ habitare in stabulo porcoꝝ: non in ædibus mundis & nitidis:hoc inquit respiciens ad illas operas aranearũ:quas dixit non fuisse deiectas e colũnis. ¶ Hem ergo tibi do dicens:ostendit se percutere illũ uelle baculo uel pugno. Vnde litanus simulãs se timere:inuocat mercatorem:ut se defendat. ¶ Sauria oro:mercatoris uerba sunt: putantis illũ Sauriã esse. ¶ Ecquis pro uectura oliui: uult ostendere leonidas:& corã mercatore palã facere:se atriensem esse:& rei totius familiaris curam ad se pertinere:uariaq; propter hoc negocia tractare. ¶ Venit ne inquit aliquis : qui oleum:qđ domui debetur:attulerit:nã quod ait: ꝑ uectura oliui nõ ad laborẽ uehẽdi tm̃ refertur sed ad debitũ. ¶ Resoluit. i. satisfecit. ¶ Pro uectura oliui. i. pro eo quod uehere debebat:uel fortassis pro uectura oliui intelligit:idest pro opere uehendi:quia oleum a seruis demenenti heri uectum fuisset alicui mercatori:qui pro uectura nundum soluerat. nam primores illi ciues multos seruos alebant domi: quorum operas locabant:& ex illis magnam utilitatem capiebant:ut infra etiam dicemus. ¶ Cui datũ est:preciũ.s.& id:qđ ꝑ uectura oliui est allatũ. Scribiq; hoc mõ dẽt ex codicibus oĩbus antiquis:nõ cui datũ sit:neq; cui datũ scis:ut corrigit Pius iterpres nulli rõni innixus. ¶ Sticho: ꝓpriũ nomen alterius serui. ¶ Vicario:uices tuas gerẽti. Vicarius.n.dicitur ; qui uicem alicuius gerit. Liuius. Hunc ego institutum disciplina mea uicarium pro me reipub. do:dicoq;:Hora. Aequali recreat sorte: uicarius: & hoc significatu substantiuum est : aliquando adiectiue ponitur. Quintilia. Vicariam ei operam impendi. Idem. Quem si acię clausisset hostis : uicaria morte seruassem. ¶ Delenire apparas:quia honos erat habere sub se uicarios:iccirco inquit leonidas:tu apparas : idest quæris delenire me:ne te uerberem: quum mihi uicarium tribuis tuis uerbis.

PYLADES Bulla

Hara

Vicarius.

SARACENVS

CVICARIO:q̃q̃ substãtiuũ est:& dicitur qui subit alienas uices:ut apud Hora. æquali recreat sorte: uicarius: quandoq̃ adiectiuũ:ut apud Quintil. in declamatiõibus:amaui filiũ meũ non osculis:non infirmitate: sed uiribus dolore:patientia unicũ:quẽ si acie clausisset hostis:uicaria morte seruassem. Delinire: placare. Rapere: urgere:& manu trahere:ut soluere debitũ. Satagit:pro satis agit. Est scribit. nũmos. s. redditos:& solutos:uel cũ ironia:& erũt uerba leõidæ. Redditũ esset. s. sibi. Nã retineri:subaudi reliquũ uoluit:uel sibi necesse fuit:ut possit de mãdatũ opus absoluere. Scyphos: Est uasis gñs scyph⁹:ut sacer ipleuit dexterã scyph⁹ dixit Vir. scyphũ Macro.

Tuo. Le. uah delenire apparas. mihi scio uicarium esse,
Neq̃ esse seruom in heri ædibus, qui sit pluris, q̃ ille siet.
Sed uina quæ heri uendidi uinario Exærambo,
Iam pro iis satisfecit Sticho? Li. fecisse satis opinor,
Nam uidi hunc ipsum adducere, & rape in ius Exærambũ.
Le. Sic obsecro? q̃ credidi, uix anno post exegi.
Li. Nũc satagit, adducit domũ etiã ultro, & scribit nũmos.
Le. Dromo mercedem rettulit? Li. dimidio minus opinor.
Le. Quid reliquõ? Li. aiebat reddere, q̃ extẽplo sibi redditũ (esset.
Nã retineri, ut quod sit operis sibi locatũ efficeret.
Ne. Scyphos, quos utendos dedi Philodamo, rettulit ne?
Li. Nõ etiã. Le. hem nõ si uelis da cõmoda homini amico.
Me. Perii hercle. iã hic me abegerit suo odio. L. he⁹ iã satis (tu,
Audin q loqtur? Le. audio, & gesco. Me. tandẽ opior,

Scyph⁹ qd sit

testat herculis fuisse poculũ: neq̃ abre illũ ueteres fictores cũ poculo fecisse uisus est: nõ solũ: q̃ is heros bibax fuisse phibet: sed ẽt: q̃ antiq̃ historia est herculẽ poculo tan q̃ nauigio uentis immẽsa maria transisse.

VALLA.

Exarãb⁹ q

CCVI datũ sit. uel scis interrogatiue pnunciandũ. Vinario exarãbo. Exarambus uiri propriũ qui uina cœmebat. Et rapere. inde raptio inquit Dona. ad persõnã refertur: rapina ad rẽ: raptus ad stuprũ si proprie loqui uolumus. Sic dedero. i. dedisse uisus fuero: ut prius q̃ crediderim cogitasse: uideat illũ uexare uoluisse. Vix anno post exegi. ante & post cũ casibus præponuntur: accusatiuũ exigunt: ut ante multũ: post multum. Cum uero casibus subiiciuntur: ablatiuum: ut paulopost: paulo ãte ita & hic anno post. Satagit. satis agit. Et scribit nummos. quos debeat in suis: ut mercatores solẽt diariis. Quam extemplo redditũ esset. idest q̃primum ipse ex opera sua redhibuisset. Scyphos: quos utendos dedi philodamo retulit ne? hoc simile illi in amphitryone naucratem: quem conuenire uolui: innaui nõ erat. Scyphus poculi species est. Si uelis commoda. corrupte accommoda legitur. Inter cõmodatũ: & utendũ datum Labeo qdem ait tñ interesse quantũ inter genus & speciẽ. Cõmodari. n. rem mobilem: nõ ẽt soli: sed ut apparet pprie inquit Vlpi. de cõmodato. Cõmoda res dr & quæ soli est: id quod etiam Cassius existiat. Viuianus ẽt habitationem cõmodari posse ait.

Cõmodari quid sit.

PYLADes

CMIHI scio uicariũ esse: affirmatiue dictũ est hoc. Neq̃ esse seruũ in heri ædibus: qui sit pluris: q̃ ille siet. Et scio inquit etiã hoc: q̃ nullus est seruus in ædibus heri. qui pluris sit: q̃ stichus: p hoc uult innuere: se nõ esse seruũ illi parẽ: quũ sit atriensis. Atrienses aũt: ut Seruius inquit: honoratiores serui erant: qui liminũ custodes: & pecuniæ: quæ in atriis seruabatur: adhiberi solebãt. Vnde legimus apud Virg. Qui dardanio anchisæ: Armiger ante fuit: fidusq̃ ad limina custos. Scribendũq̃ est in heri ædibus: nõ in ædibus heri metri necessitate: nã uersus nõ consisteret. Sed uina heri: quæ uendidi. Ita scribi debet metri necessitate: & sententiæ congruitate: nã heri nomen est genitiui casus: a ntõ herus. Exærãbo: propriũ nomen est uinarii. Et rapere in ius exærãbũ: puto inquit exærambũ satisfecisse: nã uidi stichũ adducere & rapere illũ in ius. & ita scribi debet ex codicibus antiquis metri necessitate: & sentẽtiæ cõgruitate: non rapere ita exærãbũ. Sic obsecro? q̃ credidi uix anno post exegi. Ita scriptũ est in codicibus antiquis: & non: sic dedero priusq̃ credidi: ut alibi scriptũ est: & legunt Pius & Sarra. interpretes: nullo cũ recto sensu: q̃ si legatur. Sic obsecro? credidi: ut nos legendũ censemus: hic erit sensus: ut leonidas atriensem simulans: ueluti irascat: q̃ ille exærãbus fuerit in soluendo pigrior: quũ ei iã anno exacto uina data fuerint. Sic obsecro? s. meũ agit exærãbus? Nunc satagit: hæc litani uerba sunt: nunc inquit satagit: hoc est sollicitus est iste exærãbus uinarius: postq̃ in ius tractus fuit. Adducit etiã domũ ultro. i. affert domũ usq̃: sponte sua: & nõ erat pecuniã. Et scribendum est. adducit etiã domũ: non domũ etiã metri necessitate. Scribere nũmos est dare nũmos: Hora. Scribe decẽ nerio: rescribere uero est reddere: Hora. Quod tu nunq̃ rescribere possis: Ter. Argentũ illud denuo rescribi iube phormio. Dromo mercedẽ rettulit? perseuerat leonidas interrogando litanũ: an dromo rettulerit nescio quã mercedẽ: quã debere illũ ostẽdit: ut sic mercatori asinorũ ibi præsenti persuadeat: se atriensem esse: omniũq̃ curã habere: & ab eo preciũ asinorũ auferat. Quid reliquũ? scilicet non dedit. Aiebat reddere q̃ extẽplo redditũ sibi esset: dixit se reddere. i. redituꝝ esse: tẽpus est p tẽpore: q̃ primũ sibi redditũ esset. i. obseruatũ quod pmissum fuerat: addendũ fuit sibi metri necessitate. & sñiæ cõgruitate. Nã retineri: ut qđ sit operis sibi locatũ efficerent. Ita scribi debet uersus metri necessitate: & sensus ɔgruitate: q ẽ: ut dicat retineri dimidiũ illi⁹ mercedis ab ipso dromone: ut serui demæneti fortassis: qb⁹ locatũ erat: faciũdũ nescio qd operis pficerẽt opus. Solebãt. n. multos seruos domi hẽre magnates illi: ut supi⁹ diximus: quoꝝ opas locabãt: & mercedẽ non paruã ex illis cõgrebant: hãc autẽ sentẽtiã: nec Pius intellexit: nec Sar. eruere potuit: quũ nescio qd interim balbutierit ineptũ. Scyphos: uasa. Est scyphus uasis gñs: de quo Virgi. inqt. Et sacer ipleuit dextrã Scyphus. De eo Mac. hæc refert. Scyphus herculis poculũ est: ita ut liberi pris cãtharus. Herculem uero fictores ueteres nõ sine cã cũ poculo fecerunt: & non nunq̃ cassabundũ: & ebriũ: nõ solũ: q̃ is heros bibax fuisse phibet: sed etiã: q̃ antiqua historia est: herculẽ poculo tanq̃ nauigio uentis in mẽsa maria transisse. Nõ etiã: nõ adhuc. Hem nũc: da si uelis: da addendũ fuit ex codicibus antiqs: & metri necessitate. i. nunc inquit: & da: atq̃ accõmoda homini amico res tuas: qui nũq̃ reddit postea: p ironiã. n. plata uerba sunt. Perii hercle: hæc sũt mercatoris uerba: cui iam graues esse cœperũt hmõi leonidæ ostentationes. Heus iam satis tu: hic loquitur litanus: qui audierat mercatorem conquerentem. Tandem opinor conticuit: mercator loquitur intra se: ut etiam fecerat paulo supra proxime. nunc inquit optimum est: ut hunc adeam: anteq̃ rursum incipiat strepere.

Scribere nũmos

Scyphus.

CTinnire

¶TINNIRE: Sonare inde tintinabula: id proprium loquacibus tribui merito uidetur ut non loqui. sed tinnire dicantur. ⸿ Ne duit: ne det. ⸿ Ferox: uel arrogans: uel fretus: ut hoc loco commode potest intelligi: ut est apud Nonium illud Accii: neq; ui tanta quisq̃ est: neq; tam abundans fortunis ferox: alias ferox fortis: indomabilis: cordatus facetus. ⸿ Auferte domi: Vel posuit accusatiuum pro ablatiuo: ut saepe Plautus: & Nonius etiam attestatur: uel lege: aufer te domo.

SARACENVS. Tinnire qd Ferox qs

¶INCIPIT tinnire. i. crepitare a tintinabulis sumpta translatione. ⸿ Ferox est. i. arrogans. Titinnius in fullonibus. Videram ego te uirginem formosissimam sponso esse superbam: forma esse ferocem: uel ferox scaeuus: & indomabilis a feritate. Cice. in. i. officiorum: ut equos propter crebras contentiones praeliorum ferocitate exultantes domitoribus tradere solent. Teren. in Eunucho. Adeone ferox: quia habes imperium in baeluas.

VALLA.

Conticuit. nunc adeam optumust prius q̃ incipit tinnire.
Quã mox mihi opam das? Le. hẽ optume, q̃ dudũ tu adue(nisti?
Non hercle te praeuideram, quaeso ne uitio uortas.
Ita iracundia obstitit oculis. Me. non mirum factust.
Sed si domist Demaenetum uolebam. Le. negat esse intus.
Verum istuc argentum tamen mihi si uis denumerare,
Repromittam istoc nomine solutam rem futuram.
Me. Sic potius, ut Demaeneto tibi hero praesente reddam.
Li. Herus istũc nouit, atq; herum hic. Me. hero huic p̃nte red(dã.
Li. Da modo meo periculo, rem saluã ego exhibebo.
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habitam,
Succenseat, quoi omnium rerum ipsus summam credidit.
Le. Non magnipendo. ne duit, si non uolt, sic sine astet.
Li. Da inquam. uah formido miser, ne hic me tibi arbitretur
Suasisse, sibi ne crederes, da quaeso, ac ne formida.
Saluõ hercle erit. Me. credã fore, dũ qdẽ ipse in manu hẽo.
Peregrinus ego sum, Sauriam non noui. Li. at nosce sane.
Me. Sit, non sit, non aedepol scio. si is est, eum esse oportet.
Ego certe me incerto scio hoc daturum nemini homini.
Le. Hercle istum Di oẽs perduint. uerbo caue supplicassis.
Ferox est, uiginti minas meas tractare sese.
Nemo accipit. aufer te domũ, abscede hic, molestus ne sis.
Me. Nimis iracunde. nõ decet supbũ esse hominẽ seruom.

¶TINNIRE: sonare: strepere: unde tintinabula: id autem proprium loquacibus tribuitur: qui non loqui: sed tinnire uidẽtur. uox est ficticia a sono eiusdem similitudinis deducta. ⸿ Quã mox: q̃ cito: quãdo. ⸿ Quã dudum tu aduenisti? quãdo fere idẽ sunt: q̃ mox: & quãdudum: ut alias dictũ est. ⸿ Prouideram: non aduerteram ad te: uult ostendere: ita se ira occupatum fuisse: ut mercatorem nõ aspexerit. ⸿ Mihi si uis denũerare. ita scribi debet ex codicibus omnibus: & sententiae concinnitate: quae est: ut dicat: si uis denumerare mihi hoc argentum: q̃uis demaenetus nõ adsit: repromittam tibi bene solutũ fore: ita ut hoc debito non sit quisq̃ te posthac molestaturus: non autẽ: mihi sic ius: ut corrigit Pius interpres. ⸿ Repromittã tibi: addendũ fuit tibi metri necessitate. ⸿ Isthoc nomine: isto debito. ista causa. Nomina p debitis: & debitoribus capi clarum est: qua dictione iureconsulti scatent: & Hor. ait. Nomina sectatur modo sumpta ueste uirili. Et columellae sentẽtia est catholica: Bona nomina fieri mala: si nunq̃ interpelles. Nomen etiam: ut in nostro uocabulario diximus: significat famã: seu gloriam: Virgi. Et nos aliquod nomenq;: decusq; gessimus: interdum laudem: seu decus. Idem: auulsumq; humeris caput: & sine nomine corpus: aliq̃n gentem: seu factionẽ. Idem. Nostrum in nomẽ ituras: & quandoq; causam: ut hoc loco: & apud Ciceronem. Quanq̃ me tibi nomine negligentiae suspectum esse doleo. Inde nomenclator a nomine calando. i. uocando. Is. n. dicitur nomenclator: qui per nomina singulos appellat: utputa: in foro reos: aut in cõuiuio conuiuas: uel ad consilium consulares. Apul. Et ad nomenclatorem mox citati uenerunt. ⸿ Sic potius: non uult mercator: nisi praesente Demaeneto illorum hero argentũ numerare. ⸿ Da modo meo periculo: ridiculum: nõ uult mercator pecuniam credere leonidae: qui atriensis esse dicitur: quia illum non cognoscant: & litanus hic seruus nequam: & cui nulla dicitur esse in domo authoritas: uult: ut suo periculo credat. ⸿ Nam si sciat noster senex. his uerbis illum inducere posse putat: ut argentum numeret: quia si Demaenetus sciret: non fuisse habitam leonidae fidem: succenseret. ⸿ Quoi rerum omnium credidit summam ipsius semper. Ita scribendum est metri necessitate: & partim ex codicibus antiquis: in quibus summam scriptum est: ut non sit opus Pio interpreti assentiri: corrigenti: qui omnium rerum ipsius semper credidit: & asserenti: eleganter dictum esse. Credo tibi omnium rerum: hoc est in omnibus rebus. quum eo modo uersus nullo modo cõsistat: nec sensus: qui est: ut dicat: Demaenetum ipsi simulato Sauriae semper credidisse. i. commisisse summam omnium rerum. Scribendum enim est cui: uel quoi more antiquorũ: ut sit datiui casus: non qui: ut legit idem Pius. ⸿ Ne duit: ne det. ⸿ Dum quidẽ ipse hoc in manu habeo: hoc addẽdum fuit metri necessitate: & subaudi argentum. ⸿ Si is est: eum esse oportet. Ita habent codices omnes: & est sensus notissimus q si is est sauria: eum esse oportet: & non alium. Nec opus est scribere deum: pro eum: ut hariolatur Pius: nescio quo sensu futili. ⸿ Me incerto scio: ordo est: scio me daturum hoc: scilicet argentum: nemini homini incerto: idest ignoto: & quem ego nesciam: qui sit. ⸿ Verbo caue supplicassis: quia superius litanus dixerat: da quaeso: ac ne formida: ait leonidas: uerbo caue supplicassis: idest caue ei supplices: uel uno uerbo: & alludit ad nomen ipsius litani: quod supplicationem significat: ut diximus superius. ⸿ Ferox est. ferocem se: & arrogantem facit: qa in manibus habeat uiginti minas meas. ⸿ Nemo accipit: ac si diceret: tibi eas habe: nemo a te inuito accipit. Scribendum est accipit ex codicibus antiquis: & recto sensu: non accaepit: neq; accepet: ut corrigit insulsus Pius. ⸿ Aufer te domum. tuam: scilicet. ⸿ Abscede hinc a nostris: scilicet aedibus. ostendit: parum curare se: an eas pecunias ab illo accipiat: uel ne. ⸿ Nimis iracunde: scilicet loqueris: uerba sunt mercatoris. ⸿ Non decet: catholica sententia: non decet hominem seruum esse arrogantem: & superbum.

PYLADes Tinnire.

Nomen.

Catholica sententia.

SARACENVS ¶ IMPVRE:įprobe. ¶ Simulac: Vbi primũ. ¶ Vete: Notandus locus: nã frequentiori usu dicimus tibi. ¶ Tibi qui dem:? Hoc est causa tua: uel cũ interrogatione uel cũ ironia legendũ. ¶ Proficisci hoc dixerimus. Vel lege: proficisce re: ut cũ superiori clausula conueniat: uel lege profecto cũ subsequenti: illud aũt: dixerimus: magis comice in plura li extulit. ¶ Iam nunc secunda: Hoc est rursus me uerbis lacessis: scibã te his uerbis uindicaturũ tuã iniuriã. ¶ Nec po test enumerari: Quin. s. bene mihi fuerit dinumeratũ. ¶ Si esses percõtatus me ex aliis: Notandus loquẽdi modus. i. q fuerim ego ex alioꝝ dictis: uel est figura hypallage poetis frequẽtissima. i. de me alios. ¶ Negassim: ꝑ negaueris.

Modus loquendi.

Li. Malo hercle iam magno tuo nunc, isti ne recte dicis.
Impure, nihili, non uides irasci? Le. perge porro.
Li. Flagitiũ hoīs, da obsecro argentũ huic, ne male loquaṫ.
Me. Malũ hercle uobis q̄ritis. Le. crura hercle diffringeṫ.
Age impudice, ni istũ impudicũ percuties. Li. perii hercle.
Sceleste, non audes mihi sceleste subuenire?
Le. Pergin p̄cari pessumo? Me. quæ res? tun libero homini
Male seruos loq̄re? Le. uapula. Me. id q̄dẽ tibi hercle fiet,
Vt uapules, Demænetum simulac conspexero. hodie
In ius uoco te. Le. nõ eo. Me. nõ is? memẽto. Le. memini.
Me. Dabitur pol suppliciũ mihi de tergo uostro. Le. uæ te.
Tibi quidem supplicium carnufex de nobis detur?
Me. Atq; ẽt p̄istis maledictis pœnæ pẽdẽtur mihi hodie.
Le. Quid uerbero? ain tu furcifer? heꝝ nosmet fugitare cen (ses?
I nũc iam ad heꝝ, quo uocas iamdudũ, quo nolebas.
Me. Nũc demũ? tñ nunq̄ hinc feres argẽti nummũ, nisi me
Dare iusserit Demenetus. Le. ita facito, age ambula ergo.
Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?
Tã ego hõ sum, q̄ tu. Me. s. ita res est. Le. sequere hac ergo.
Proficiscin hoc dixerimus? nemo etiam me accusauit
Merito meo, neq; me Athenis alter hodie est quisq̄,
Quoi credi recte æque putent. Me. fortassis, sed tamen me
Nunq̄ hodie induces, ut tibi credam hoc argentũ ignoto,
Lupus est hõ homini, nõ homo, quom qualis sit, nõ nouit.
Le. Iam nũc secũda mihi facis, scibã hoc te capitulo hodie
Facturum satis pro iniuria. quanq̄ ego sum sordidatus,
Frugi tamen sum, nec potest peculium enumerari.
Me. Fortasse. Le. ẽt nunc dico, Periphanes rhodius merca (tor
Diues absente hero solus mihi talẽtum argẽti soli
Adnumerauit, & mihi credidit, neq; deceptus in eo.
Me. Fortasse. Le. atq; etiã tu quoq; ipse, si esses pcũctatus
Me ex aliis, scio pol crederes, nũc q̄d fers. M. haũ negassi.

VALLA. ¶ IMPVR AN bili. i. an impura: hoc est uehementi. Sic legendo recte castigabis: Possunt etiã duo esse uerba in & pare. i. ob tẽpera: ut sint uerba libani exhortãtis: ac iperantis mercatori: ut pecuniã Leonidæ dinumeret. ¶ Flagitium hois. i. flagitiose homo. Flagitiuꝫ etiã inquit No. periculũ. Lucilius lib. xxx. Qui æde poscẽte minus & præeunt rectius multo: & sine flagitio. ¶ Pœnæ pendentur. i. exoluentur a pecunia sumpta translatione. Nã pendere soluere significat. apud romanos. n. æs appẽdebatur. ¶ Proficiscin. an proficisceris ita corrigendũ. ¶ Haud neg. i. nõ negaueris.

Pendeṫ qd sit

PYLADes ¶ MALO hercle iam magno tuo isthuc nũc: ni recte dicis: uerba sunt litani in mercatorẽ prolata: profecto inquit: nisi recte loquaris: & hæc uerba iniuriarum plena funditare desinis: isthuc hodie ueneris cũ magno malo tuo. hic est clarus: & aptus sensus: duꝫ modo ita scribatur uersus: ut nos scripsimus ex codicibus antiq̄s: quuꝫ alibi scriptũ uiderimus: nũc istuc recte dicis: alibi: nunc isti ne recte dicis. alibi: nũc istinc recte dicis. alibi: nunc isti non recte dicis. ¶ Isthuc nũc. s. processeris: ueneris. ¶ Ni recte dicis: nisi recte loquaris: ac desinas male dicere. ¶ Impure nihili: ita & hoc scribendũ est ex codicibus antiq̄s: & sententiæ cõgruitate. Nã quum litanus altius dixisset uerba prædicta: postea summissius in mercatorẽ dicere cœpit: quasi ostendens: nolle litanũ hæc audire: ipure nihil: non uides irasci? atriẽsem. s. ut his uerbis illũ terreret mercatorẽ. Neq; scribẽdũ est. ¶ I pare: ut nugatorie inquit Prus interpres: se repperisse apud nonnullos codices: quod quidẽ falsum est: hñt. n. plurimi codices: ipuren bili: alii aũt: ipure nuꝫ bili. Veꝝ qui ipuren bili hñt: ii magis adhærent recte scripturæ: ut cõiectantibus ex litterarũ positu: patere põt: qui aũt nihili hñt: ii sententiaꝫ dixere. ¶ Perge porro: leonidæ uerba sunt: uel summisse dicta ad litanũ: ut pergeret illũ mercatorẽ terrere uerbis: quod patet ex sequẽtibus: uel altius prolata: illo mercatore audiẽte: sed ironice: ac si diceret: adhuc pergis illũ orare. ¶ Da obsecro huic argentũ: non argentũ huic: qa uersus non cõsisteret. ¶ Malũ hercle uobis quæritis: mercatoris uerba sunt: minãtis leonidæ: & litano: quos iam magis habet suspectos. ¶ Crura hercle diffringẽtur: leonidas utpote atriensem simulans: quũ audiuit mercatorẽ sibi quoq; minari: ut suã retineat autoritatẽ: rñdet & codẽ iuramẽto illi minaṫ. dicens: Crura hercle diffringenṫ: tibi. s. Et hoc dicẽs iubet litano: ut illũ percutiat: dicens. Age ipudice ni istũ ipudicũ percuties ipudicũ utrũq; appellat de seruili cõsuetudine. Et quũ hęc diceret: uidetur perculisse litanũ: uel percutere uoluisse: ut tãto prõptius: & celerius illũ percuteret. Vnde litanus clamare cœpit: perii hercle: postea cõuersus ad mercatorẽ inqt. ¶ Sceleste: nõ audes mihi sceleste subuenire. i. subueni mihi: ne hic me uerberet: uel manus adiutrices porrigẽs aduersus eũ: uel pecuniã dinumerãs: ob quã hæc oia fiunt. ¶ Pergin precari pessumo? precari ꝑ supplicare positus ẽ: & hic quoq; ad nomẽ litani allusit: ut supra: caue uerbo supplicassis. pgis ne inqt leonidas adhuc rogare: & supplicare huic pessumo hoi? ¶ Quæ res? Mercatoris uerba sunt: qui audiẽs: se pessimũ appellari: iracunde illi rñdet. ¶ Quæ res? est hæc. s. & quid loqueris? ¶ Tun libero homini: tu ne inquit quum seruus sis: male loqueris mihi homini libero? ¶ Vapula: leonidas loquitur: ostendens uelle illum uerberari facere: & per imperatiuum inquit: uapula. ¶ Id quidem: respondet mercator. Id profecto hodie fiet tibi: ut scilicet uapules: quum primum demænetum herum tuum conspexero. ¶ Hodie in ius uoco te: coram hero, tuo scilicet. ¶ Dabitur pol suppliciũ mihi. i. faciã: ut plectamini:

Locus restitutus.

¶ NAM is ad sapientiā addēda fuit dictio: is aduersus itegritatē: & sensus cōcinnitatē is aūt thales subaudi. ¶ Polyplusio: ualde diuite: πολυ.n. multū: & ualde sign̄at: πλουσιος aūt diues. *PYLADes Polyplusi?.* ¶ Qd gn̄s illic unū est: & nō: ē unū: qa abūdaret pes unus uersui. ¶ Quid ipsus: quo honore: delēda fuit. dictio hic: q̄ ascripta p̄perā erat post p̄nomē ipsius: eadē metri rōne. ¶ Tāta ē gr̄a: & nō tāta gr̄a: sili cā. ¶ Excoq̄t seuū: p̄uerbialr̄ dr̄ qs hr̄e: un̄ seuū excoq̄t: quū diuitias: & opulētias maxias hr̄e eū sign̄are uolumus. Nā seuo & pinguedine aialium caetera excoq solēt. ¶ Senex. i. qn̄ senex erit: ac si dicat: tātae ei sunt diuitiae: ut uti: & abuti eis possit: & ēt quū senex erit: excoq̄re seuū possit. Seuū & sebū dicimus idiscriminatim piguedinē: & p̄cipue cornigeror̄: un̄ cādelae sabaceae fastigiant̄ figura cylindracea. *Seuum.* Seuare candelas igr̄ Columella p̄ eo: qd ē seuo cādelas adglutinare: sic.n. iq̄t lib. ii. far pinsere: faces icidere: cādelas seruare. Et Auso. Albētis seui globulos: & pinguia cerae podera dixit. ¶ Horcū. Plutonē uel iferor̄ sedē: quā dictionē Festus ab urgēdo dici putat: qa in mortē urgeat: alii aūt a graeco deduci. ἕρκος. qd septū sign̄at: q̄si septū sit aiar̄: uel: qd p̄pi? uero ē: ab ὅρκος: qd illis iusiurādū ē. Siqdē amnis esse apud iferos horcus mēorat̄: p qnē iurare dii cōsueuerint: quē & eūdē esse cū styge plerīq; cēsent: hinc p̄ Plutone: & sede ipsa iferor̄: ut diximus accipi solet. ¶ Nō mē. mō ē. i. nō mō: nō ē mēdax: sed ēt p̄hice loq̄t. ¶ Thesaurochryso. iūctim unica dictiōe legēdū hoc ē nomē per iocosam sermōis lasciuiā cōpositū: id aūt eximiū aurei thesauri dn̄m sign̄are ur̄: siqdē ex thesauro: & χρῦσος: quod aurū sign̄at: & νικω uerbo: qd signat uinco: & supo: cōpositū ē: ueluti si dicas: aurat? aurei thesauri p̄riceps. chrysides.n. auratū sign̄are pōt. *Thesaurochrysonicochrysides.* ¶ Nā illi theo. delēda fuit dictio qdē hic p̄perā iterposita post p̄nomē illi: cōtra metri rōnē. Theodoromedes āt dona deor̄ curās iterp̄tari pōt. Nā θεος deus. δωρον donū: & μηδος cura ac μήδομαι curo graecis ē. Et aduertēdū est: penultimā h? nois lōgā eē: atq; ita p̄ferri dēre ut palamedes: Diomedes: Ganymedes. *Theodoromedes.* ¶ Germano: p̄prio natiuo: germani p̄prii dn̄r: q ex eodē germine nati sunt: & ueluti ex eadē stirpe: q̄uis Varro germanos ex eadē genitrice natos esse dicat: Auso. tn̄ dicēs: Germani fr̄es sunt chrestus acindynos alter: ostēdit: nō itelligi ex eadē genitrice: nisi ad dat fr̄es. ¶ Tenax ne pr̄ eius ē: & nō pr̄ ē eius: qa uersus nō cōsisteret: sed abūdaret. ¶ Pertinax: ludit in uocabulo tenax: a quo cōponit̄ p̄tinax: qd sign̄at durū: iexorabilē: atq; obstinatū: p.n. i cōpōne hui? nois auget in malā p̄tē: & nimiū sign̄at: ut ēt in p̄fuga: q is dr̄: q nimiū fugit: hoc ē q ad hostes trāsit: & impuersus: qui dr̄ nimiū in malo uersatus: p̄citus nimis incitatus: & ira: ac furore accēsus. ¶ Genio ubi suo sibi sacruficat: ita scribēdū est: & nō: Genio suo ubi:

q̄ñ sacrificat:ut inepte:& cōtra metri legē legūt interp̄tes nostri amusicoteri:dictionē quādo fuisse expōnē illius alterius ubi manifestum est. ꝑ Suo sibi.i.suo proprio:de more antiquoꝝ sibi additum est: ut superius diximus.

Ad rem diuinam quibus est opus,samiis uasis utitur,
Ne ipse Genius surripiat. proinde aliis ut credat,uide.
Ae.Seqre hae me igitᷣ,eadē ego ex hoc,q̄ uolo exq̄siuero.
Philocrates hic fecit hominem frugi,ut facere oportuit.
Nam ego ex hoc quo genere natus sis scio,hic fassust mihi.
Hæc tu eadem si confiteri uis,tua re feceris.
Quæ tamen scito scire me ex hoc. Ty. fecit officium hic suū,
Quom tibi est confessus quem uolui sedulo meam
Nobilitatem occultare,& genus,& diuitias meas.
Aegio,nunc quando patriam, & libertatem perdidi,
Non ego istunc me potius, q̄ te metuere æquom censeo.
Vis hostilis cum istoc fecit meas opes æquabiles.
Memini quom dicto haud audebat,facto nunc lædat licet.
Sed uiden?fortuna humana fingit,artatq;,ut lubet,
Me qui liber fueram seruom fecit,e summo infimum.
Qui imperare insueram,nunc alterius imperio obsequor.
Equidem, si perinde,ut ipse fui imperator familiæ,
Habeā dn̄m,haud uerear,ne iniuste,aut grauiter mihi īpet.
Aegio hoc te monitum, nisi forte ipse non uis,uolueram.
Ae.Loquere audacter. Ty.tā ego fui añ liber,q̄ gnat⁹ tuus.
Tam mihi, q̄ illi libertatem hostilis eripuit manus.
Tam ille apud nos seruit,q̄ ego nunc hic apud te seruio.
Est profecto Deus,qui quæ nos gerimus,auditq;,& uidet.
Is,uti tu me hic habueris, perinde illum illic curauerit.
Bene merenti bene profuerit, male merenti par erit.
Quam tu filium tuum, tam pater me meus desiderat.
Ae.Memini ego istoc,sed fateriu eadē,q̄ hic fassus ē mibi?
Ty.Ego patri meo esse fateor summas diuitias domi.
Meq; summo genere gnatum,sed te obtestor Aegio,
Ne tuum animum auariorem faxint diuitiæ meæ.
Ne patri, tametsi unicus sum, decere uideatur magis
Me saturum seruire apud te sumptu & uestitu tuo,
Quam illic,ubi minime honestust mendicantem uiuere.
Ae.Ego uirtute Deum, & maiorum nostrū diues sum satis.
Nō ego omnino lucrum omne esse utile homini existumo.
Scio ego multos iam lucrum luculentos homines reddidit.

SARACENVS. ℂ SAMiis uasis: fictilibus:& terreis:& ꝑpter ea uilioribus. ꝑ Seq̄re hae me: omisso philocrate ad se uocat Tyndarum ratus philocratem. ꝑ Philocrates:uocādi casus. ꝑ Hic fecit.i.mecum egit. ꝑ Quando.pro postq̄. ꝑ Meas opes æquabiles:ut scilicet ambo seruitutem seruiemus.

VALLA. ℂ SAmis uasis.i.fictilib⁹.ex samo tñ deferebant talia uasa:unde nomen habuere. ꝑ Ne ipse gēius surrip. Geniū dicit numē: cui ꝑ corpis salute tuēda ueteres sacrificabant. (Genius qd sit.) ꝑ Tu eadē si cō.uis.Cice.in ofone ꝑ Cecinna:qd intersit inter fateri:ꝓfiteri:& cōfiteri:nobis apuit inqēs. Nā in eas ipsas res:q̄s iprobissime fecit:testimonia sūpsit: & eis in cā testimōiis utiᷣ. Itaq; mihi certū est recupatores:añq̄ ad meā defensionem meosq; testes uenio: illius uti cōfessione: & testimōiis:qd cōfiteᷣ: atq; libēter confiteᷣ: ut:nō solū fateri: sed etiam ꝓfiteri uideaᷣ. ꝑ Tua ex re.i.tua utilitate:cui cōtrarium ab re. ꝑ Meas opes æq̄.ut nō sim opulētior q̄ seruus meus. æq̄biles aūt ꝑ æq̄libus posuit. ꝑ Cū dcō haud au.subaudiendū lede re:figura enexęrumenos. ꝑ Fingit:aratq;.cōponit: & astringit. ꝑ Impare insueram: ꝑ insueuerā. Insuesco & consuesco ꝑ eodē fere accipiunᷣ. Insuetus tñ nō suetus. Vir. Insuetum per iter. ꝑ Hostilis eri.ma.i.nis. Alioqn manus multitudo. ꝑ Illū illic cur. Ambiguū est:an sit ꝓnomē illic.i.ille:ut intelligaᷣ deus. An aduerbiū: & intelligatur apud nos. ꝑ Bn̄ ꝓfue.ualde iuuerit. ꝑ Par erit.i.æq̄ meritū dabit a græco sumptū: illi .n.par est: ꝙ nos par est. Cleomedes ϖαρ ἐστι γουν ὁρα νοτι και τα εις κατ ϖ ον ανα λογια ενατων ζυλων σχεδων επα ϖειρον Χειται. ꝑ Sūmas di.do.non por be terrarū dispsas: sed i eius ptāte positas. ꝑ Sūptu: & uestitu tuo. ꝑ Manifesto deꝓhendiᷣ:hic sumptum dici:de esca & potu: (Sūptus qd dicatur.) cū subiūgat:& uestitu tuo: cū & hęc quoq; sit ipensa seruis necessaria. ꝑ Virtute deū: pro deoꝝ. De hac syncopa alibi uberius. ꝑ Et maioꝝ nr̄m. Dubiū est:an sit syncopa nostrū ꝑ nostroꝝ. An sit abeo: qd est nostrū:uel nostri. ꝑ Lucul ētos ho.red.i.inter hoies fulgētes: a luce.n.luculentus.

PYLADES ℂ SAMiis uasis.i.fictilibus: & terreis:& ꝑpea uilioribus. Samos duaꝝ insulaꝝ nomē ē i mari ægeo:una adiacet thraciæ:q̄ postea Samothracia dcā ē. Virg. Threiciāq; Samū:q̄ nūc Samothracia ferᷣ:altera epheso opposita ē:& uicina Andro:in illa iunonē natā ferūt: & pythagorā ph̄m:unāq; ex Sybillis:Samiā deide appellatā. (Samos.) In ea gn̄s cretæ erat ad uasa fictilia aptissimū.un̄ uasis fictilibus i ea pria nobilitas fuit. Et samia ac samiola uasa terrea appellanᷣ:qa i Samo:ut dcm̄ ē:figulina ꝓualuit. ꝑ Seq̄re hac:omissa iā philocratis allocutiōe:ægio ad Tyndarū se uertit:philocratē putās:eū alloqᷣ. ꝑ Quo gn̄e natus sis scio:ita scribēdū ē.nō:quo gn̄e natus scio sis cōtra metri rōnē:& sermōis uenustatē. ꝑ Fecit offm̄ hic suū:nā seruoꝝ ꝓpriū uᷣ:reuelare dn̄oꝝ secreta:& plus loq q̄ oporteat. ꝑ Quū tibi cō.est:& nō ē cōfessus:qa uersus claudicaret. ꝑ Fecit opes meas:nō meas opes metri quoq; rōne. ꝑ Aeq̄biles:qa ambo tibi seruitutē seruimus. ꝑ Fortūa hu.fingit:gn̄alis sūia ē supiori sīlis:ubi dixit:Dii nos q̄si pilas hoies hn̄t. ꝑ Peride ut ip.fui.ꝑide scribēdū ē: & nō ꝑide.i.uſr:taſr. ꝑ Haud ue.scribēdū ē haud:ꝑ nō.Nā si nō scribas:ut hn̄t codices: & legūt iterp̄tes nr̄i: uersus nō stabit. ꝑ Tā ego fui añ li.facit poeta de idustria loq̄cē seruū:ut seruoꝝ ē ꝓpriū: q̄q̄ heꝝ simulet. ꝑ Peride illū.i.ita sīr: ut ēt supra:nō ꝑide. ꝑ Quā illic:delēda ē dictio potius:q̄ his ꝓposita erat.uti supfluēs:illic āti aulide pria sign̄at. ꝑ Ego uir.deū:uerba sūt ægiōis rn̄dētis ad ea:q̄ tyndarus prædixit. ꝑ Maioꝝ no.nr̄m ꝑ nr̄oꝝ ꝑ syncopē positum est. ꝑ Luculentos claros:illustres a luce enim luculentus dicitur luce plenus. (Lucule̅tus.) Vnde luculentæ:splendide:& luculentissime:splendidissime:

& clarissime

& clarissime dicimus: & notanda est secunda nominis syllaba: quæ correpta est: ut in Episdico: ut hūc hodie diem luculente habeamus: & in Menæchmis: uin tu facinus luculentum inspicere?

Est etiam ubi profecto damnum præstet facere, q̃ lucrum.
Odi ego aurum. multa multis sæpe suasit perperam.
Nunc animum huc aduorte, ut ea quæ sentio, pariter scias.
Filius meus illic apud uos seruit captus inulide.
Eum si reddes, mihi præterea unum nummum ne duis.
Et te, & hunc amittam hinc, alio pacto abire non potes.
Ty. Optumũ, atq; æquissumũ oras, optumusq; hoium es hõ.
Sed his priuatam illic seruitutem seruit, an publicam?
Ae. Priuatã medici Menarchi. Ty. pol hic q̃dẽ hui⁹ ẽ cliẽs.
Tam hoc quidem tibi in procliui, q̃ imber est, quã do pluit.
Aeg. Fac is hõ ut redimatur. Ty. faciã. sed te id oro Aegio.
Ae. Quid uis, dũ ab re ne q̃d ores, faciã. T. ausculta tũ scies.
Ego me amitti donicum ille huc redierit, non postulo.
Veꝝ q̃so te. ut æstumatũ hũc mihi des, quẽ mittã ad patrẽ,
Vt is homo redimatur illic. Aeg. immo aliũ potius misero
Hinc ubi erunt induciæ, illuc, tuum qui conueniat patrem,
Qui tua, quæ tu iusseris mandata, ita, ut uelis, perferat.
Ty. At nihil est ignotum ad illum mittere, operam luseris.
Hunc mitte. hic omne transactum reddet, si illuc uenerit.
Nec quenq̃ fideliorem, neq; quoi plus credat, potes
Mittere ad eum, nec qui magis sit seruos ex sententia.
Neq; adeo quoi tuum concredat filium hodie audacius.
Ne uereare meo periculo, huius ego experiar fidem
Fretus ingenio eius, q̃ me esse scit erga se beneuolum.
Ae. Mittam equidẽ istũ æstumatũ tua fide si uis. Ty. uolo.
Quam citissume potest, tam hoc cedere ad factum uolo.
Ae. Nũ quæ caussast, qn si ille huc non redeat, uiginti mnas
Mihi des p illo? Ty. optume imo. Ae. soluite istũ nũc iam,
Atq; utrunq;. Ty. Di tibi omnes omnia optata ferant,
Quom me tãto honore hõestas, quomq; ex uinclis eximis.
Hoc quidem haud molestust iam, q̃ collus collaria caret.
Quod bonis benefit beneficium, gratia ea grauidast bonis.
Nunc tu illum, si illo es missurus, dice, demonstra, præcipe,
Quæ ad patrẽ uis nunciari. uin uocem huc ad te? Ty. uoca.

SARACENUS. ¶ PRæstet: melius est. ¶ Cliẽs: q̃si colẽs. ¶ In pcliui: in prõptu. ¶ Donicũ: p dõec. ¶ Extimatũ: q̃to. s. pcio redimẽdũ uelis. ¶ Vbi: p q̃n. ¶ Collus: nos collũ eminens ps corpis: alias a Festo collus gñs tormẽti dr̃ e corio: est ẽt colus: q̃ mulieres nent: Seneca seruatq; sua decreta colus: sed ibi p parca dea: i. pro fato ponitur ineuitabili. ¶ Collaria: Ferreo uiculo. ¶ Grauida: referta: plena abundans. (margin: Collus q̃d sit.)

VALLA. ¶ DAMnũ pstet fa. i. satius sit dãnũ icurrere: q̃ lucrũ facere. ¶ Suasit pperã. i. neq̃ter: & puerse. ¶ Nũmũ ne duis. i. ne dederis frequẽter apud Plau. ¶ Medici me. nomen ut inditũ ab eo: q̃ μένειν manere & ἀρχός pricepa: ut prius maneat inter cæteros medicos. ¶ Tã i pcliui. Dicius hoc in pcliui est: & pcliue est: q̃d facile factu. ¶ Quã imber: q̃a græce umbros. ¶ Is hõ. phylopolemus. ¶ Dum ab re. i. seorsum a meo cõmodo. ¶ Donicum. q̃ nũc donec. ¶ Vbi erũt idu. i. belli q̃es. ¶ At ni. est. tan q̃ nihil egeris. ¶ Operã lus. i. frustrabere. ¶ Seruos ex snĩa. Vt hoc exigit ppositũ. ¶ Cõcredat fi. ho. Cõcredimus cognitis: cõmittimus alienis. Illud ipsum hodie ex consuetudine loquendi more sumptũ est. ¶ Tua fi. si uis. tuã fidẽ loco pignoris mihi hẽo. ¶ Cedeř ad fa. apheresis pathos: ut sit itegrũ pcedere. ¶ Optume. Interpũctim legẽdũ est uox asseuerãtis: ut imo repetentis. ¶ Collus col. ca. Collus gñe masculino: q̃ nũc collũ a priscis dicebaĩ. Collaria uinculũ colli. ¶ Gra ea gra. i. exuberans: & plena. ¶ Dice: demonstra: præcipue dic: quæ uelis tibi. Demõstra: quæ facere oporteat: & cur manda: utpote famulo præscribe: amplificatio per cõgeriem. (margin: Cõcredere q̃d sit: & q̃d cõmittere.)

PYLADES. ¶ PRæstet: melius sit: cõtinuata sũt ẽgiõnis uerba. ¶ Nũc animũ huc ad. ita scribẽdũ oino ẽ: tũ ex codi. antiq̃s: tũ uero metri rõne: ac snĩæ cõcinnitate: & nõ: nunc hoc aium aduortite: ut legũt Pius & Sar. somniabũdi iterptes. ¶ Vt ea q̃ sentio pariter scias. Scias quoq; iisdẽ rõnibus legẽdũ ẽ: nã loq̃r ad tyndarũ solũ: quẽ philocratem esse existimat. ¶ Priuatã seruitutẽ illic seruit: ita scribendum est metri rõne: & nõ seruit illic: quia abundaret uersus. ¶ Cliens: cliens dicit̃ litigator: cuius cãm defendimus: quasi colens: q̃a nos colat: obseruetq;: quẽadmodũ: qui illũ defendit patronus appellat̃: quasi pater: & sũt correlatiua noia: patronus: & cliẽs: Plau. in mostellaria. Pluma haud interest: patronus an cliens fuat. ¶ Sed id te oro ægio: ita scribi metri rõ exigit: nõ: sed te id oro: q̃a pes unus uersui deficeret. ¶ Donicũ: p donec: ut sæpe alias dictũ est. ¶ Verũ q̃so te: & nõ te q̃so: q̃a abundaret uersus. ¶ Vt is hõ redimat̃. philopolemus. s. ¶ Induciæ: pax in paucos dies: de quo in amphitryõe satis diximus. ¶ Operã luseris. i. frustra mittes. ¶ Nec magis: q̃ sit seruus ex snĩa: ita scribi uersus exigit rõ: & nõ q̃ magis: abũdaret. n. pes unus. ¶ Neq; adeo tuũ: cui concredat filium. Et hic quoq; ita scribendum est eadem causa. ¶ Meo periculõ: scribendum est periculo: & non periclo per syncopam: quia deficeret pes unus. ¶ Erga se beniuolum: nõ duplicanda est dictio se: quia uersus rõ non patitur. ¶ Tam hoc cedere ad factum uolo: ita scribendum censemus cũ antiquis codicibus: hoc sensu: nolo istũ accedere ad hoc factum. i. ad hãc rem peragẽdam q̃citissime potest: cedere. n. pro accedere & ire positum est. Neq; scribẽdũ est: tam celere factum uolo: ut corrigit Pius insolenter contra metri rõnem: & codicum ueterum scripturã. ¶ Viginti mnas: mnas scribendũ est declinatione græca: pro minas: ita uersus exigente rõne. ¶ Iam: bissyllabum hoc loco aduerbium est metri necessitate. ¶ At tibi dii omnes optata omnia ferant: ita scribendũ est metri necessitate: & non. Dii tibi omnes omnia optata ferant. ut fere hñt codices: & legũt interpretes prædicti cõtra uersus rõnem. ¶ Collus: nos collum dicimus: antiqui etiã collus: eminentior est pars corporis sub capite a colendo dicta: ut quidam uolũt: & in amphitryone diximus. Collum quoq; masculino genere festo esse genus tormẽti e corio. ¶ Collaria caret: quẽad- (margins: Cedere. Collus. Collaria.)

modum collus masculine dixit: ita & collaria fœminino gñe ptulisse uidet: quũ collare Nonio sit uinculi genus: quo collũ astringitur: nisi qs collario scribi magis censeat: ueluti a ntõ collariũ. ¶ Quod bonis benefit bñficiũ. Cõstructio est Plauto ũsitata ex græcorũ more. ut infra ẽt in sequenti scena: & qd fieri uelim pri meo ordine oẽm rẽ illuc pferat.

SARACENVS.


Væ res bñ uortat. Captus dolis Egio mittit philocratem p Tindaro. ¶ Pro rota. Quasi ad q̃cũq; expedientia paratũ & aptũ. ¶ Vt adhuc locorũ. Illud locorũ redundat sensui: sed orationem facit cultiorem. ¶ Prodis: Profers: ostendis: polliceris.

VALLA.


Væ res bñ uortat. In hac scæna ægio Philocratẽ deceptus p Tyndaro misit domum: ut suũ recuperet filium. Tyndarus tanq̃ sit phylocrates multa pscribit: quæ exequi oporteat. ¶ Bene uortat. Hic mos loquẽdi ueteribus p eo: quod est fortunet: ppitiaq; sit. ¶ Nouus herus: ego: tanq̃ de alieno de se loquitur ægio. ¶ Veteri domino. Phylocrati. ¶ Meũ nt illic, q illic est: sed melius illinc legẽt. ¶ Nostris fiat filiis. pri phylocratis: & mihi: ut sit mutatio uerbũ p pmutatiõe. ¶ Vtroq; uorsum. uel in tuã: uel in illius sniam. ¶ Rectũst. i. erectũ est: ut sit aphetesis pathos. artificiose Plau. inducit bono gñe natũ igenue respõdere. ¶ Pro rota: qa circũquaq; uoluit: i oẽsq; ptes uertit: ita inqt: ego in oẽs ptes me cã usa cõuertã. ¶ Quo ipe. in quã ptẽ nrm mihi erit impiũ. ¶ Tupte. syllabica adiectio est tupte: quę & corripit. Lucr. in. i. Tupte met a nobis ia; quouis tpe uatũ. ¶ Prodes plu. Secũda psona est a psum: estq; sensus ex benigno tuo ingenio tibi cõfers plurimũ cõmodi: qm̃ sustines seruitutem: ut conuenit. ¶ Et ptãtẽ facis. i. facultatẽ prębes. Nã potẽtia p potẽtatu ponit. Est ẽt ubi ptãs p magistratu ponatur. Iuue. Gabiorũq; esse ptãs. Vlpia. de iurisditione oium iudicũ. Imperiũ: aut merũ: aut mixtũ est. Meru; imperiũ hre gladii ptãtẽ ad aiaduertendũ in facinorosos hoies: qui ẽt ptãs appellat. ¶ Illuc perferat. bñ illuc: nõ illic: qa pferre ad locum usq; puenir i oñdit: & pduci. ¶ Nũc ita conuenit. Ita inter nos cõuenimus.

Tupte qd sit.



Aegio. Philocrates. Tyndarus.


Væ res bene uortat mihi, meoq; filio,
Vobisq; uolt te nouos herus operam dare
Tuo ueteri domino, quod uelit, fideliter.
Nam ego te æstumatum huic dedi uiginti mnis
Hic autem te ait mittere hinc uelle ad patrem,
Meum ut illic redimat filium. mutatio
Inter me, atq; illum, ut nostris fiat filiis.
Ph. Vtroq; uorsum rectust ingenium meum
Ad te, atq; ad illum. pro rota me uti licet.
Vel ego huc, uel illuc uortar, quo imperabitis.
Aeg. Tute tibi ea tuopte ingenio prodis plurimum,
Quom seruitutem ita fers ut ferri decet.
Sequere. en tibi hominem. Ty. gratiam habeo tibi,
Quom copiam istam mihi, & potestatem facis,
Vt ego ad parentes hunc remittam nuncium,
Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri uelim,
Patri meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita conuenit inter me, atq; hunc Tyndare,
Vt te æstumatum in Aulidem mittam ad patrem.

PYLADES


Væ res bene uortat. Duplici metrorũ gñe cõstat hæc scena: primi. n. uersus trimetri sunt acalectici: senis pedibus instructi: usq; ad illũ: Facis ita ut te faceret oportet. Cęteri uero sunt tetrametri brachicatalectici: ut superioris scenæ: in hac cõtinet summa captionis ægioni a captiuis factæ: quũ ipsemet iam prsus credulus: & p cõperto tenẽs: philocratẽ tyndarũ esse: uocat Tyndarũ: quẽ philocratẽ putat: ut ad illũ pergat: & q̃ imperet: exequat: deinde sequunt tyndari ad philocratẽ mãdata in patriã pferenda: quorũ summa post lõgas ambages: qbus de industria utebat: ut senem uerisiĩius offirmaret in snia eius credulitatis: hæc est: ut fidem seruet: & quẽ hic seruũ p se pignori relinquit: nõ destituat: itaq; se illi cõmendans apte concludit: ut uel audientiũ aĩos in lachrymas cõuertat. ¶ Quæ res: ęgionis uerba sunt ad philocratẽ. ¶ Nouus herus. i. ego: qui sum tibi nunc nouus herus. ¶ Tuo ueteri dño: philocratẽ intelligit. ¶ Quod uelit: in eo. s. quod is dñs uetus uoluerit: sed dictio is non est ascribenda: immo tollẽda fuit metri rõne. ¶ Nã ego te huic æstumatum dedi uiginti mnis: ita oĩno scribendũ uersus est: qui aliter nõ cõsisteret: & mnis pro minis legendum: ut etiam superius. ¶ Hic aũt ait te mittere: non hic aũt te ait: qa uersus uno pede mancus incederet. ¶ Rectum: directum: paratum. ¶ Pro rota: tanq̃ rotam: qa me uti potestis: & uertere in quã partem uelitis. ¶ Tute tibi: ea tuopte ingenio pdis plurimũ: ordo est: tute: hoc est tu ipse: plurimũ prodis tibi ea. i. præfers: & ostendis ea: quæ dixisti: hoc est te paratum utroq; uorsum: tuo ingenio. i. tuo acumine: & tua prudentia. ¶ Fers ita: & non ita fers: quia pes unus uersui deficeret. ¶ Sequere hac: addenda fuit dictio hac uersus necessitate: & sententiæ congruitate. ¶ En tibi hominem. nũc alloquitur tyndarum: quem philocratẽ putat. ¶ Quid rerum hic agitem: nisi hic addatur: uersus uno mancus fit pede: itaq; addi curauimus.

¶ Rebitar

¶ REBItas: Redeas. magis nõ factũ. Ordo nõ possum magis uelle persequi factum: q̃ ut experiar opera.
¶ SI nõ rebitas. i. redeas: qa bitare ire dixerũt ueteres. ¶ Recte cõue. sen. Cõuenire ẽ cõgressũ hr̃e alterius: & cõueñ ad pactionẽ ire: cũ ipsonale uerbũ est: ut cõuenit mihi tecũ. i. cõtrouersia caret. Iuue. Sæuis iter se cõueñt ursis. Qui in portũ uenio nauẽ ꝓspexi: q̃ti ueheret iterrogaui. De ꝑcio cõueni: cõsœdi: sublatæ sunt anchoræ: soluimus orã. Cõuenisse ergo pactũ eẽ. ¶ Adhuc locoꝝ feci. ut ubi gẽtiũ & interea loci. Illud. n. locoꝝ ornatus cã ponit̃. ¶ In rẽ cõ. tuã. i. utile tibi sit. ¶ Id pe. adeã. ¶ Honestiorẽ ho. sp fec. Honestũ igt Asco. diuitẽ dixere ueteres. At qa diuites solẽt honorari dixit honestiorẽ tanq̃ diuitẽ maiore honoꝛ isignẽ. ¶ Cũ hoc cõ. hic ipsonale uerbũ ẽ cõuenerit. i. ut pactũ cõtractũ fuerit. ¶ Nr̃ꝫ am. tri. ut nos redimamur illo redẽpto. Est ãt gtũs ab eo: qd ẽ nos qd & nr̃i dr̃. ut Aulus Gel. li. xx. oñdit: siue uestrũ: siue ur̃i: uel nr̃m: uel nr̃i dicas: certã nõ hr̃i drĩaꝫ. ¶ In rẽ utriq̃st maxie. i. ad utilitatẽ utriusq; maxie cedit. ¶ Ingẽio haud disc. i. natura nõ fuisse alienos: sed conuenisse. ¶ Rebus idubiis. ubi de salute corpis dubiũ occurreret. ¶ Et uir. i. tollerãtia. ¶ Est sapia. i. ad ꝓuidendũ sagacitate alioquin sapia: q̃ nũc pħia: sic sapiẽtes oli: q postea phi. Idq;: ut inqt Ci. nomẽ: usq; ad pythagoræ manauit ætatẽ: quẽ ut scribit auditor Pla. põticus heraclides uir doct⁹: i primis phliũtẽ ferũt uẽisse: eũq; cũ leõte principe phliiasioꝝ docte: & copiose disseruisse q̃dã. e⁹ igeniũ: & eloq̃ntiã cũ admirat⁹ eẽt leon: q̃siuisse ex eo. q̃ maxie arte cõfideret. At illũ artẽ qdẽ se scire nullã: sed eẽ pħm admiratũ Leõtẽ nouitate nois: q̃sisse q nã eẽnt pħi: & qd iter eos & reliquos iter esset. Pythagorã ãt rñdisse similẽ sibi uideri uitã hoiuꝫ: & mercatũ eũ: q hr̃et maxio ludoꝝ appatu toti⁹ grçciæ celebritate. nã ut illic alii corporibus exercitatis gl̃iã & nobilitatẽ coronæ peterẽt: alii emẽdi aut uẽdẽdi q̃stu: & lucro ducerent̃. Esset ãt qddã gen⁹ eoꝝ: idq; ul' maxie igẽuũ: q nec plausũ: nec lucrũ qrerẽt: sed uisẽdi cã uenirẽt: studioseq; ꝑspicerẽt: qd agerent̃: & quo mõ. Ita nos q̃si i mercat⁹ q̃dã celebritate ex urbe aliq̃: sic in hãc uitã ex alia uita: & naturã ꝓfectos: alios gl̃iæ seruire: alios pecuniç: raros eẽ quosdã: q cæteris oib⁹ pro nihilo hitis reꝝ naturã studiose ituerent̃: hos se appellarĩ sapiç studiosos. i. pħos. Et ut illic liberalissimũ eẽt spectare nihil sibi acqrẽtẽ: sic in uita lõge oib⁹ studiis cõtẽplationẽ reꝝ cognitionẽ ꝑstare. Ari. ãt sapiaꝫ i metaphysicis fontẽ eẽ putat: atq; pricipiũ rerũ metaphysicaꝝ: hinc Proclus & Iãblic⁹ & Brõtinus oium sciarum originem sapientiam dicũt: eam uocantes sciaruꝫ: & artium scientiam. Poetç tamen sapiam pro astu solent ponere. ut hic poeta.

Ac si non rebitas huc, ut uiginti minas
Dem pro te. Ph. recte conuenisse censeo.
Nam pater expectat aut me, aut aliquem nũcium,
Qui hinc ad se ueniat. Ty. ergo animum aduortas uolo,
Quæ nunciare hinc te uolo in patriam ad patrem
Ph. Vt adhuc locorum feci, faciam sedulo,
Vt potissumum in rem quod recte conducat tuam.
Id petam, id persequarq; corde, & animo, atq; uiribus.
Ty. Facis ita, ut te facer oportet. nũc animũ aduortas uolo.
Omnium primum salutem dicito matri, & patri,
Et cognatis, & quem alium beneuolentem uideris.
Me hic ualere, & seruitutem seruire huic homini optumo,
Qui me honestiorem honore semper fecit, & facit.
Ph. Istuc non præcipias, facile memoria memini. Ty. tamẽ.
Nam quidẽ, nisi q custodẽ habeo, liberũ me esse arbitror.
Dicito patri, quo pacto mihi cum hoc conuenerit
De huius filio. Ph. quæ memini mora merast monerier
Vt eum redimat, & remittat huc nostrum amborum uicem.
Meminero. Aeg. at q̃ primũ istuc in rẽ utriquest maxume.
Ph. Non tuum tu magis uidere, q̃ ille suum gnatum cupit.
Aeg. Meusmihi, suus quoiq; ẽ carus. Ph. nũqd aliud uis pr̃i
Nunciari? Ty. me hic ualere, & tu te audacter dicito
Tyndare inter nos fuisse ingenio haud discordabili,
Neq; te commeruisse culpam, neq; me aduorsatum tibi,
Beneq; hero gessisse morem. in tantis ærumnis tamen
Neq; me unq̃ deseruisse te, neq; factis, neq; fide
Rebus in dubiis egenis, hoc pater quando sciet
Tyndare, ut fueris animatus erga suum gnatum, atq; se,
Nunq̃ erit tam auarus, quin te gratis emittat manu.
Et mea opera, si hinc redibo, faciam ut faciat facilius.
Nam tua opera, & comitate, & uirtute, & sapientia
Fecisti, ut redire liceat ad parentes denuo.
Quom apud hunc confessus es & genus, & diuitias meas.
Quo pacto emisti e uinculis tuum herum tua sapientia.
Ph. Feci ego ista, ut cõmeoras. & te memisse id, gratust mi
Merito tibi ea euenerunt a me. nam nunc Philocrates, (hi
Si ego item memoret, quæ me erga multa fecisti bene,

¶ AC si non reditas: addenda fuit coniunctio ac in principio uersus: ut integritati eius cautũ foret: reditas ãt ex antiqs codi. scribeñ. ut. ꝑ redis: & reuenis. Nã si rebitas scribas. ut legũt Pius: : & Sarra. qd & Pius ꝑ reuenis exponit: dupl'r errabit̃: primũ qdẽ: qa: ut nos putamus nullibi uerbũ rebeto reptũ sit. Deinde q; si repiat̃ rebeto: ut puta a uerbo betere cõpositũ: de quo Noñ. uerba facit: ingẽs illud significare ire eius secũda ꝑsona rebetis fuerit: & nõ rebetas: q̃ reuenis significabit. Qd si rebetas scribẽdũ qs auderet: ꝑ redeas: & reuenias exponet̃. ¶ Ergo aium aduortas uolo. Scribeñ. ẽ ergo metri necitate: & ẽt ex antiqs codi. & nõ ego: ut legũt Pius & Sarra. interꝑtes obtusi. ¶ Vt adhuc locoꝝ. Tollẽda fuit dictio: philocrates: hic ascripta ante illatã ipsius philocratis ꝑsonã: locoꝝ ãt abũdat sensui: sed orõnẽ facit cultiorẽ: ut nusq̃ gẽtiũ. In rẽ: qd recte cõducat tuã. nõ: qd in rẽ: qa pes unus superflueret uersui. ¶ Facis ita: hic icipiũt uersus tetrametri: brachicatalectici. ¶ Tũ: ꝑ aposiopesim subaudiẽdũ uerbũ: nihil nocet memorare. Cũ hoc mihi cõuenerit: nõ mihi cũ hoc: qa pes un⁹ deficeret. ¶ At quãprimũ. uerba sũt ægiõis: per nimiã redimẽdi filii cupiditatẽ ꝑlata: & delẽda ẽ dictio poteris: q̃ post hęc ascripta erat: uti abũdãs: subaudiẽdũ

SARACENVS
VALLA.
Conuenire quid sit
Honestum. qd dicatur
Phĩ q dicãt
PYLAdes
Betere
Adhuc locorum

aūt redimat:& remittat.¶ Quāprimū:illico:absq; mora.¶ Mihi meus:ita scribi oportet metri necītate:nō:meus mi hi.¶ Suus cuiq; est carus:catholica snia est:unicuiq; filiū suū carū esse.¶ Nōciari:hic icipit uersus:nā pcedēs desinit in dictione pſi.¶ Qui te gratis:gratis scribēdū ē ex codi.anti.& sniæ cōcinitate:nō gratus.¶ Quum tu apud hunc: addēdū fuit:tu metri necess.Quo pacto.i.quo mō:& qua cōfessione.¶ Emisti e ui.ita scribēdū ē ratione metri:p emi sisti e uiculis:p syncopā utriusq; dictiōis.

Nox diem adimat.nam seruos meus si esses,nihilo secius
Mihi obsequiosus semper fuisti.Aeg.Di.nostram fidem.
Hominum ingenium liberale.ut lachrumas excutiunt mihi
Videas corde amare inter se.quantis laudibus suum herū
Seruos collaudauit.Ph.pol istic me haud centesumam
Partem laudat,q̄ ipse meritus est,ut laudetur laudibus.
Aeg.Ergo quom optume fecisti,nunc adest occasio
Benefacta cumulare,ut erga hunc rem geras fideliter.
Ph.Magis non factum possum uelle,q̄ opera experiar pseq.
Id ut scias,Iouem supremum testem do Aegio,
Me infidelem non futurū Philocrati.Aeg.probus es homo.
Ph.Nec me secus unq̄ ei facturum quicq̄.q̄ memet mihi.
Ty.Istæc dicta experiri & opera,& factis uolo.
Et quod minus dixi,q̄ uolui de te,animum aduortas uolo.
Atq; horum uerborum caussa mihi caue iratus fuas.
Sed te quæso cogitato,hinc te mea fide mitti domum
Aestumatum,& meā esse uitā hic pro te positam pignori.
Ne tu me ignores,quomō extēplo meo e cōspectu abscesse(ris.
Quom me seruom in seruitute pro te hic reliqueris.
Tuq; te pro libero esse Ducas pignus deseras.
At neq; des operam pro me,ut huius reducem facias filium
Scito te minis uiginti æstumatum mittier.
Fac fidele sis fideli,caue fidem fluxam geras.
Nam pater scio faciet,quæ illum facere oportet omnia.
Serua tibi perpetuum amicum me,atq; hunc inuētū inuēi.
Hæc per dexteram tuam,te dextera retinens manu,
Obsecro infidelior mihi ne fuas,q̄ ego sum tibi.
Tu hoc age.mihi herus nunc es,tu patronus,tu pater.
Tibi commendo spes,opesq; meas.Ph.mandauisti satis.
Satin habes mandata quæ sunt,facta si refero?Ty.satis.
Ph.Et tua huc ornatus reueniam ex sententia?
Nunqd aliud?Ty.ut q̄ primū possis,redeas.Ph.res monet.
Ae.Sequere me,uiaticum ut dem a trapezita tibi.
Eadē opera a p̄tore sumas syngraphū.Ty.quē syngraphū?
A.Quē hic ferat secū ad legionē,hic ire huic ut liceat domū
Tu itro abi.Ty.bn̄ ābulato.Ph.bn̄ uale.Ae.ædepol rē meā
Constabiliui,quō illos emi de præda a questoribus,
Expediui ex seruitute filium,si Dis placet,
At etiam dubitaui hos homines emerem,an nō emerē diu.
Seruate istum(sultis)intus serui,ne quoq̄ pedem
Efferat sine custode.at ego mox apparebo domi.
Ad fratrem modo capteiuos alios inuiso meos.
Eadem percontabor ecquis hunc adolescentem nouerit
Sequere te ut amittam,ei rei primum præuorti uolo.

SARACENVS. ¶ DEsideras:Meliꝰ deseras.¶ Atq; hūc iuētū iuēi.Vide ne legēdū:sit inuēi.¶ Via
Viaticum quid sit ticū.Qd cōq; ad iter necīū:unū puerbiū est suā cuiq; artē p uiatico eē:aliqū pro facul tate usurpatū est a ueteribꝰ:& pro aliquo apparatu.¶ Præuorti.In pmis opā dari.
VALLA. ¶ NOX diē adimat.i.p multitudinē di es pō sufficeret:ut nox aduēiēs occuparet
Obsegosus qui tps.¶ Obsegosus.in oēm ptē secutus meā uolūtatē.¶ Ingeniū li.i.liberis hoibus di gnū.¶ Videas cor.ama.i.uidere possis ut ex corde.¶ Magis nō fa.possū uelle.i. nō possum uelle magis ut efficiať:q̄ ut me opi accingā:& experiar qd possim.¶ Fac fidelis sis fideli.hæc uerba apd Noni.aīr leguntť inqt:ille fidele p fideľr.Pla.i capt. Fac fidele fideli:caue fidē fluxam geras. ¶ Et opa & factis.opa qdē:q̄ ex sedulita te pmittiť.Factis uero:q̄ rē trāsigūt ipsaȝ. ¶ Fidē fluxā ge.icertā:& dilabētē.¶ Atq; hūc inuētum iueni.i.quē iuenisti añ nomi cū tibi:in futuȝ quoq; iuenias.i.qd dixit in ppetuū amicū.¶ Ornatus reueniā.i.oī re istructus.¶ Ve uiaticū.i.pecuniā i quā impēdas in uia.¶ A trapezita.ab argēta rio a mēsulario.¶ Eadē opa.eodē labor. ¶ Sumas syn.i.scriptū:quo tibi liceat tu to ire.¶ Sultis.si uultis.¶ Primū p̄uorti uolo:idest ante omnia hoc expedire.
PYLADes ¶ NAM seruus meus si esses:ita metri rō scribi postulat:nō aūt:nā si suus meus:qa pes unus abūdaret.¶ Quā ipse me.ē:notā da ē cōstructio:aut potiꝰ locutio cētesimā ptē quā:ac si dixisset:non tā laudat:q̄ ipse laudari mereť.¶ Nā ma.fa.ita scribēdū ē & nō:magis nō.tū uersus rōne:tū uero ele gātiori locutiōe.ordo est.nō magis possuȝ
Laudare cupe:ut hoc fiat:q̄ enitar:ut faciā.¶ Iouē supmū testē laudo ægio.i.noio:ac cito in testē.Scribeñ.ē.n.laudo hoc loco:& non do:ut legunt iterptes nři:& multi hn̄t co dices:ex Marcel.in uerbo laudare.Lauda re inqt est uerbis efferre.Vir.Laudato in gētia rura:laudare etiā significat noiare. Idē.Aut illaudati nescit busiridis aras.i. nec noiandi.Plau.i capt.id ut scias:Iouēȝ supmū testē laudo ęgio.¶ Me ifidelem:re cte loqbať:si mō ęgio itellexisset:hoc est se sibi nō ifidelē futuȝ:nec secus q̄ sibi factu rū philocrati:q uti ipsius erat:iuxta illud in amphitrione.Tu mercuriꝰ Sosię iratꝰ siet:& rursū loquēte ioue ad alcmenā:ait meā pudicā eē uxorē arbitrarier.¶ Ei fa ctuȝ qcq̄ delēda fuit dictio qcq̄:uti sup fluēs:& metri rōne:& ex priscis exēplari bus:i qbꝰ utiq; nō est.¶ Isthæc dicta exp. te.ita scribeñ.est.& nō te expiri metri rō ne ita exigēte:expiri ātp efficere:& cōpro bare hic positum est.¶ Et mi.qd dixi.non:& qd minus dixi:qa pes unus abūdaret uersui.¶ Mihi ca.ira.fu.nō au tē:caueto mihi eratꝰ fuas:rōne metri legēdū ē.¶ Hic mea te fide nō:hic te mea fide:eadē rōne scribēdū ē.¶ Aestia tū:delēda fuit dictio te huic p̄posita.uti abūdās.¶ Ne me ig.tollēda quoq; fuit dicto tu:q̄ hic erat iterposita:inter ne

& me:metri rõne si patiẽte. ¶ Quũ tu me ser. addẽda fuit hic dctõ tu:metri neces. q̃ supfluebat i pcedẽti uersu. ¶ Te: p li. eẽ:notãda ostructio ifiniti eẽ. i. ut tu liber sis. ¶ Pignus hic me deseras:addẽdas cẽsuimꝰ duas illas dictiones hic me:& uersus necitate:& sẽsus ocinnitate:hæc ẽ tota sũma orõnis:& smõis tyndari:i q̃ diutius uersaẽ: utpote: qui hic captiuus remaneret:facta hero suo abeundi potestate:ut eum monitum redderet:ne se desereret:sed omnino redemptum ueniret. ¶ Fac fidele sis fideli:fidele pro fideliter positum est:ut Nonius ait:hunc locum citans itaq; illis authoritate scribẽdũ est:& non fidelis:ut fere habent codices:sed quod garrit Pius interpres:perperam iteriectam esse hic dictionem sis:illum uaniloquum:& amentem:ut sæpe alias reddit:quando uersus necessitas illam nõ solum admittit: sed requirit:claudus enim redderetur:atq; uno pede mutilus:id quod ipse ignorauit. ¶ Sis autem:pro si uis: hortatus aduerbii locum tenet. ¶ Serua tibi me in perpetuum amicum:me pronomen hic interponi oportuit:& tolli ex sequẽtibus metri ratione. ¶ Atq; hunc inuentum inueni. uel se ipso demõstrato. i. me tibi iam acqsitum nouo beneficio deuincias:uel ęgionẽ itelligit:quem ueluti amicũ inuentũ redimẽdo eius filiũ iterum inueniet sibi amiciorẽ. ¶ Tu mihi herus nũc es:tu addendũ fuit metri necessitate:& ex codi. antiquis. ¶ Et si tua huc ornatus:si coniunctio addẽda fuit metri rõne:& sensus cõcinnitate. ¶ Viaticũ ut dem nũc:nũc addi oportuit:ne uersus claudus icederet. Dicitur uiaticũ qcquid ad uiam:siue ad iter se accingenti est necessarium:unde illud prouerbiũ:suã cuiq; artem pro uiatico esse. Viaticũ etiã:ut Gellius inqt. xvi. noct. atti. capite scdo apud ueteres:imo apud. Qu. clandium annalius primoꝫ pro magna facultate:& paratu magno noue positũ est:quum inquit:Simul forma:factis:eloquẽtia:dignitate:acrimonia:cõfidẽtia pariter pcellebat:ut facile intelligereẽ magnũ uiaticũ:uideturq; græcos secutus:qui ἐφόδιον. i. uiaticũ:& sumptũ uiæ ad aliarum quoq; reꝝ apparatus traducunt:ac sępe ἐφοδιάζειν pro eo dicunt: qđ est instítue: & istrue. ¶ Eadẽ a ptore:eadẽ subaudiẽdum uia:uel opa:sed nõ ascribẽduꝫ est:qa id metri ratio nõ patitur: ppterea tollendũ curauimus. ¶ At ẽt dubitaui:quasi sui ipsius rephẽsio est:qui moratus quoquo mõ fuerit:dũ secum animo uolueret:an emeret:uel ne. ¶ At ego mox apparebo domi. ita scribi metri ratio cogit:& sẽtẽtiæ etiã concinnitas:ut at. & mox addãtur:quæ dictiones deficiebant. ¶ Apparebo:adero:& psto ero. ¶ Eadẽ pcontabor:eadẽ hic quoq;: ut paulo supra positũ est:absq; substãtiuo:subaudiẽdo tamẽ:ut etiã ibi. ¶ Adolescẽtem ecquis nouerit:nõ ecqs adolescentem:quia uersui pes unus superflueret. ¶ Sequere tu. te ut amittam:addenda fuit dicto tu ex codicibus antiqs & sensus quoq; concinnitate. ¶ Pręuorti uolo. in primis operam dari. Dicimus præuortere & præuorti hanc rem. & huic rei:de quo uerbo i amphi. dictũ ẽ. Fidele

Viaticum

Præuorti

ACTVS TERTIVS.

Ergasilus Parasitus.

Miser homoſt, q ipe sibi, qđ edat q̃rit, & id ægr̃ inuẽit.
Sed ille est miserior, q ægre querit, & nihil inuenit:
Ille miserimꝰ ẽ, q quõ eẽ cupit, qđ edat, nõ habet.
Nam hercle huic diei, si liceat, oculos effodiam lubens.
Ita malignitate onerauit omnes mortales mihi.
Neq; ieiuniosiorem, neq; magis effertum fame
Vide, nec quoi minus procedat quicquid faceẽ occœperit.
Ita uenter, gutturq; resident esuriales farias.
Licet parasiticæ arti maxumam malam crucem.
Ita inuentus iam ridiculos, inopesq; ab sese segregat.


Iser hõ est. Prodit rursus i scæna parasitus:ut interea iucunditate afficiat spectatores. ¶ Resident. Ociantur. ¶ Esuriales ferias. Ideo dixit:quia nihil inuenerat esculentum:ferię nãq; dictæ sunt a uictimis feriendis:uel ut nonulli perhibent ab epulis ferendis. SARACENVS

Feriæ unde dictę


Iser homo est:qui ipse sibi. qđ edat:quęrit. Parasitus in hac scæna secum quęritur non esse queq̃:apud quem possit epulari. ¶ Residentesuriales ferias. i. quiescũt: & nihil agunt tanq̃ ferias agant:nihil comedendo:urgente fame. ¶ Illicet parasiticæ arti. ire licet parasitationi in maximam crucem. quando nil boni affert. ¶ Ridiculos. qui risus mouent. VALLA.

Miser homo est:qui ipse sibi:qđ edat:quęrit. Tetrametrũ hoc quoq; metrũ est:brachicatalecticũ:septẽ pedibus structũ:quo induciẽ Ergasilus ille parasitus:qui & supius iductus fuit:ut iocũditate aliqua afficiat spectatores:dum iterim ad alios exhibẽdos actus histriones se parant. Is igiẽ non perperam m̃: neq; incõsulte adductus:parasiticũ ingeniũ:& naturã:dum fame:& esuritione torquetur:ita exprimit:ut nihil melius:uerinsq; pingi possit:id:quod nos ipsi in Brixia urbe galliæ cisalpinæ: atq; in ædibus Mag. Bernardini Martigenæ euidẽtissimo dephẽdimus experimẽto:in domestico quodã illius parasito:cui isulo nomẽ fuit. ¶ Miser homo est. Tria miseriæ genera cõmemorat:quæ omnia parasitis accidere solent:q̃q̃ & cęteros nõnunq̃ afficiãt: primũ est:quũ homini opus est q̃rere sibi uictũ:& eũ egre:hoc est cum difficultate iuenit:nã qbus paratus est: ut parasitis apud mẽsas potentioꝫ:nullã miseriam esse patet. Secũdum:qđ & deterius est:quum ægre q̃rit:& nihil inuenit. i. quũ magna eũ industria:& totis uiribus id unũ studens:nihil tam: inuenire potest:& sic domũ redire:& suo sibi succo pasci:ut superius dixit:opus est. Tertium genus oium pessimũ est:quũ esuriẽs homo non mõ non iuenit apud alios:sed neq; ipse prorsus quicquã habet:quod edat:hoc tertio miseriæ genere affectus Ergasilus iste parasitus suam cõqueriẽ infelicitatẽ. ¶ Quod edat:scribendũ est edat:nõ edit:recta latinitatis lege:ut sit futurum optatiui:non præsens indicatiui:quod quidem est facit:non edit:ut Sarra interps legit. ¶ Esse cupit:esse infinitus est ab edo. i. comedere. ¶ Ieiuniosiorem:hoiem. s. ¶ Effractum fame:laceratum:ac ueluti dissipatum:nõ. n. corrigẽdum putamus effertum:ut Pius censet. ¶ Nec cui procedat minus:non:nec cui minus pcedat:quia abundaret uersus uno pede. ¶ Ita uẽter:gutturq;:delenda fuit coniunctioq;:post ita perperam interiecta in codicibus metri ratione. ¶ Resident esuriales ferias. Sesus est:ita uẽter:gutturq; meũ esuritione:fameq; ingẽti torqueaẽ. ¶ Resident esuriales ferias. i. ociãtur aguntq; ferias esuritione plenissimas:eodẽ loquendi mõ:quo dicimus:uiuo uitã:seruio seruitutẽ. Non autem subintelligeñ. patior:siue epiphonema est:hoc est exclamatio:o scilicet esuriales ferias:ut Pius inaniloquus fabulatur. Feriæ dicunẽ dies festi: in quibus ocianẽ hoies:& a publicis:priuatisq; rebus exercendis uacãt: a feriẽdis uictimis: uel a ferẽdis epulis dictæ:ut festo placet:Feraꝝ publicaꝝ:ut Macro. refert prio saturna. gñia sunt q̃ttuor. Aut. n. sta- PYLAdes

Feriaꝝ gña

tiuę ſunt:aut cõceptiuæ:aut ĩperatiue aut nũdinę.Et ſunt ſtatiuę:uniuerſi ppli cões certis & cõſtitutis dieb⁹:ac men
ſib⁹:& i faſtis:ſtatis:obſuationib⁹annotatę:in qb⁹ pcipue ſeruanť agonalia:carmẽtalia:lupcalia.Cõceptiuæ:q̃ quoe
annis a magſatib⁹:uel ſacerdotib⁹cõcipiunť in dies uel certos:uel ẽt icertos:ut ſunt latinæ:ſemẽtinę:paganalia:cõpi
talia.Impatiuę ſunt:q̃s cõſules:uel ptores p arbitrio ptãtis idicũt.Nũdinę ſunt paganoꝝ.i.ruſticoꝝ:qbus cõueniſſe
negocia ꝓpriis:uel mercibus ꝓuiſuri dictę nũdinæ:ut idẽ Macrobius ait:ex Rutilii ſnia:qa romani iſtituerint eas:
Iuſtricus d:es ut octo qdem diebus in agris ruſtici opus facerent:nono aũt die:itermiſſo rure:ad mercatũ:legeſq; accipiẽdas romã
uenirent:uñ & nũdina romanoꝝ dea a nono die naſcẽtiũ nũcupata:qui dies luſtricus dicit:qa in eo iſantes luſtãtur:
& nomẽ accipiunt.uñ nũdinalẽ coquũ dixit Plau.in aulu.qui in diẽ nonũ ſoleret ire coctũ.Sunt pterea feriæ ꝓpriæ
familiaꝝ:ut claudiæ familię:uel æmyliæ:ſeu Iulię:ſiue Corneliæ:& ſi quas ferias ꝓprias quæq; familia ex uſu do
meſticæ celebritatis obſeruat:uñ feriatũ hoiem:feriatã rem:pro ocioſo dicimus.Sic Plaut.in milite de mach ęra lo
quẽs.Quia ſe iãpridẽ feriatam geſtitẽ.⁋ Eſuriales ferias:ita dixit:ut mẽſtruales ferias:aut annuales:quæ ſint unius
mẽſis.uel unius anni dicere ſolemus.⁋ Licet paraſiticę arti maximã malã crucẽ:ſubaudiẽdũ pati:uel ſubire: nõ antẽ
ſcribẽdũ eſt liquet:ut ait Pius cõtra oium codicũ litterã.⁋ Ita inuẽtus ridiculos:delenda fuit dictio iam : interpoſita
his contra metri legem.⁋ Nil morantur.ſcribeñ.nil:& non nihil:metri ratione:abundaret enim pes unus.

SARACENVS. ⁋NIHIL moranť.Nõ magnifaciunt:ne
gligunt.⁋ Lacones.Quaſi potẽtiores: eſt
enim laconia gręciæ regio inclyta:in qua
nobilis urbs lacedęmon olim uiris: & ar
mis potens:gens quoq; libera.⁋ Imi ſub
ſelii uiros.Vel eos dicit:q in ultimis thea
tri ſederẽt ordinibus:uľ potius paraſitos:
qui in ultima parte thori in cœnis ſedere
conſueuerunt:nã ſubdit plagipatidas: qđ
uľ ꝓpriũ paſitoꝝ:q pp cibũ plagas:& uer

> Nihil morantur iam lacones imi ſubſelli uiros
> Plagipatidas,quibus ſunt uerba ſine penu & pecunia,
> Eos requirunt,qui libenter,quom ederint,reddant domi.
> Ipſi obſonant.quæ paraſitorum ante erat prouincia.
> Ipſi de foro tam aperto capite ad lenones eunt,
> Quam in tribu aperto capite ſontes condemnant reos.

bera facile patiunť.⁋ Sine penu.Ideſt ad nullã utilitatẽ:& cõmodũ ꝓlata.Dr hoc penũ:ni:hic penus:hęc penus q̃ r
Penuariũ quid ſit tę:& hoc penus ris tertiæ.locus eſt in quo ſuanť:q̃ ſunt ad uſum:uñ penuariũ qcqd ſuať in penu.⁋ Tã opto capite
ad lenones eunt q̃ in tribu &c̃.Sẽſus eſt.Ita clã:& occulte ſe modo iuuenes recipe ſolitos ad lenones: ut ab oibus cõſpi
ci poſſint:nã iudices reos cõdẽnaturi nõ opto ſtabant capite.Quinimo ab uniuerſo pplo ſpectabantur.Mordet hoc
dicto nimis licẽtioſam:& i uerecũdã iuuẽtutẽ:q̃ ſpreta oi uerecundia:& pudore laſciuiis operam dabat.
VALLA. ⁋Lacones imi ſubſellii uiros.i.Lacones uiles:qui flagra:& plagas patiunť:illis aſſueti ob ſacrificia Dianę tauricæ:
Laconum mos quę flagellis quoad ſanguis in aras deſcendere:placabať:iõ mox ait plagipatidas.Cic.in ſcdo qõnũ thuſ.Leges Ly
curgi laboribus erudiũt iuuẽtutẽ uenãdo:currẽdo:eſuriẽdo:ſitiẽdo:algẽdo:ęſtuãdo.Spartę uero pueri ad aram ſic
uerberibus accipiunť: ut multus e uiſceribus ſanguis exeat:nõnũqnã ẽt:ut cũ ibi eſſem:audiebã ad necẽ:quoꝝ nõ mõ
nemo exclamauit unq̃:ſed ne igemuit qdẽ.De ipſis quoq; Martia.Vel nõ cæſus adhuc matre iubẽte lacon.Seruius
itẽ in ſcdo æneí.Quũ græci ad aulidẽ ueniſſent.Agamẽnõ dianę ceruũ occidit ignarus.Vñ irata dea flatus uentoꝝ
remouit:quã ob rem cũ nec nauigare poſſent:& peſtilẽtiã ſuſtinerẽt:oracula cõſulta dixerũt: agamẽnonio ſanguine
dianã eſſe placandã.Ergo quũ ab Vlyſſe p nuptiaꝝ ſimulationẽ adducta iphigenia in eo eſſet:ut imolareť:numinis
miſeratione ſublata eſt:cerua ſuppoſita:& trãſlata ad tauricã regionẽ regi thoãti tradita eſt:ſacerdoſq; facta Dyctĩ
nę Dianę:quũ ſm ſtatutã cõſuetudinẽ hũano ſanguine numẽ placaret:agnouit frẽm Oreſtẽ.q accepto oraculo carẽ
Dianę ſacrificia di furoris cã cũ amico Pylade colchos petierat:& cũ his occiſo thoãte ſimľachrũ ſuſtulit abſcõditũ faſce lignoꝝ.Vñ
& faſcellis dr:nõ tm̃ a faſce:cũ qua pingiť:pp qđ & lucifera dr:& aricĩã detulit:ſed cũ poſtea romãis ſacroꝝ crudeli
tas diſpliceret:q̃q̃ ſerui imolarenť:ad lachonas eſt diana trãſlata:ubi ſacrificii cõſuetudo adoleſcẽtuloꝝ uerberibus
ſeruať:qui uocabantur bomonicæ:qa aris ſuppoſiti cõtendebant:qui plura poſſent uerbera ſuſtinere.⁋ Cũ ederint
reddant domi.i.pro eſca opam ſuã pbeant:ſin loco cũ:qđ legas:erit ſenſus:eos uolunt:q poſſint:qđ ederint repẽde
re.⁋ Ipſi obſonãt.i.obſoniũ parãt.⁋ Quã in tribu opto capite ſuntes cõdẽnant reos.Ordo eſt:& ſenſus:tã opto capi
te.i.tecto ad lenones eunt:q̃ reos ſontes opto capite cõdẽnant in tribu.i.q̃ ſunt opto capite:qui condemnantur.
PYLADes ⁋IAM lacones.Laconia achaiæ regio eſt.uñ laconicus ager:& ſinus appellatus a Tænaro icipiẽs achaiæ ꝓmon
Lacedęmõ torio:oppida iſigna hẽt Tęnaꝝ:Amyclas.phæren.leutra.Therãnẽ:& Spartã:q̃ alio noie lacedęmon uocať:a lace
dæmone iouis & taygetæ filio:q eã ædificauit.A laconia quoq; lacon deriuať:& lacenus.a.um.uñ lacones gemino
rũ ſydus appellant:caſtorẽ n3 & pollucẽ:qa in laconia orti ſunt:& ſpartę ſepulti.Lacedęmon igiť nobilis urbs laco
niæ olim fuit:uiris & armis potẽs:ac libera gens:optimiſq; moribus iſtructa:ſed iprimis admirãdæ patiẽtiæ:ac tole
rãtiæ:id qđ nedũ patet eius laconis exẽplo:q quũ iuolutã pallio tegeret uulpẽ:nũq̃ ꝓpalare uoluit:q̃uis iteri accerri
mis ab illa morſibus excruciatus:ſed & plutarchi teſtimonio : q eoꝝ pueros in ara cædi ad uſq; mortẽ ſolitos ait:
ut durarenť:quã diſflagellationẽ græci διαμαςτιγωσιν appellãt:quod & Cice.ſecũdo tuſcu.qõnũ ſic teſtať.Spartæ
uero pueri ad arã ſic uerberib⁹accipiunť:ut multus e uiſceribus ſanguis exeat.Nõnũq̃ ẽt tũ quũ ibi eẽm audiebã necẽ
quoꝝ nõ mõ nemo exclamauit unq̃:ſed ne igemuit qdẽ.Sẽſus igiť duplr ex his elici põt:uel ſupbiã diuitũ taxãs ſic:
iſti adoleſcẽtes iã lacones ſuple facti.i.potẽtes: & bonis moribus pleni:nihil ãplius curãt iſimos hoies:& imi ſubſellii
ut ſum⁹nos paſiti:q & i imis:atq; ultimis ſubſelliis ſtam9 i theatro ad ſpectãdũ:& i ultia pte tori i cœnis cõſidem9:uľ
illoꝝ auaritiã tãgẽs ſic:nihili faciũt iſimos hoies iã lacones factos.i.quãq̃ tãtę patiẽtiæ ſint:ut iter patiẽtiſſimos la
cones cõnũerari poſſint:utpote plagipatidas.i.plagaꝝ patiẽtiſſimos de quo uocabulo i moſtellaria latius dicemus.
⁋ Quis ſũt uer.qs p qb⁹ſcribeñ.ẽ metri neceſ.i.q nihil alid q̃ uerba hñt:nullã aũt ipſis diuitibus utilitatẽ ferũt : quũ
illi reqrãt poti⁹:q poſtq̃ ederit:utilitatẽ eis reddãt:& nõ uerba.⁋ Sine pe.Dicius hic pen⁹:& hæc pen9 q̃rte declina.
Penuaria Et hoc pen9 penoris tertiæ. & hoc penũ peni ſcdæ:& dr qcqd lõgę uſionis gr̃a cõtrahiť:& recõdiť:ex eo q nõ i ꝓmo
ptu ſit:ſed itus:penit9 hẽať:ut iqt Gel.iiii.noct.atticaꝝ:q:& Ser.ix.lib.de annotationibus ſuis loqñs:ſic ait:In diſſi
ctẽ atq; ꝑmiſcue annotabã:eaq; mihi ad ſubſidiũ memoriæ quaſi qđdã lraꝝ penus recondebã.Sed & locus ipſe:in

quo

quo recõdunt penus appellat: ut qbusdã placet: quõ pcipue. Festus hęc dicat. Penus uocat locus in æde uestę itimus: flr penuariũ significat oẽ id: qđ in penu reponit: & ipsum penu: & qđ penu est: uñ penuaria cella dr. ¶ Eos reqrũt libẽter qui: & nõ: q libẽter: scribi debet metri rõne: & sniæ cõcinitate: pstat in exprobranda illoꝝ auaritia. ¶ Ipsi opsonãt: emũt opsonia: opsoniũ dr qcqd addit pani: & uino: ide opsono: & opsonor uerbũ: de qbus in mostellaria amplius dicemus. ¶ Quæ parasitoꝝ: hoc dolet pasit⁹: sublatã eẽ sibi adipiscẽdaꝝ cœnaꝝ rõnẽ ob diuitũ auaritiã: q quũ puderet autea: uel opsonatũ ire: uel ad lenones se cõferre: & ob id mitterẽt pasitos opsonatũ: & ad cõducẽdũ scorta: sĩ q̃ uellẽt: nũc ipsimet ea oia faciũt: ut pasitoꝝ ipẽsę parcãt: ac pp auaritiã: q̃ tenent: nullã pudoris hñt rõnẽ: sed apto capite: ac sine cucullo: & galericulo pcedũt ad lenones: nõ aliter q̃ i tribub⁹: apto capite soutes reos cõdẽnãt. ¶ In tribubus. In curiis. Dixius in aulu. diuisam fuisse ciuitatẽ romanã iu curias: siue trib⁹. In unaquaq; igit tribu erant iudices delecti: q reos ex tribu sua factos iudicarẽt: sontesq; cõptos cõdẽnarẽt: isoutes uero liberarent. Ii aũt iudices apto capite stabãt: ut ab oibus cõspicerent: eorũq; iustitia palã ab oibus uideret. Itaq; apto scribeñ. est: & ita hñt ẽt antiqui codices: & nõ opto. Et in tribubus quoq; nõ in tribu legẽdũ: ita metri rõne postulãte: & snię cõcinnitate. ¶ Ridiculos: nos parasitos. s. homines derisione dignos: de quo uocabulo in Amphitryo. diximus.

Neq; ridiculos iam terunci faciunt. sese omnes amant.
Nam ut dudum hinc abii, accessi ad adolescentes in foro.
Saluete inquã. quo imus una inq̃ ad prãdiũ? atq; illi tacẽt.
Quis agit hoc? aut quis profitetur inq̃? quasi muti silent.
Neq; me rident. ubi cœnamus inq̃? atq; illa abnuunt.
Dico unum ridiculum dictum de dictis melioribus,
Qui solebam menstruales epulas ante adipiscier,
Nemo ridet. sciui extemplo rem de compacto geri.
Ne canem quidem irritatam uoluit quisq̃ imitarier.
Saltem si non arriderent, dentes ut restringerent.
Abeo ab illis, postq̃ uideo me sic ludificarier.
Pergo ad alios. uenio ad alios, deinde ad alios, una res.
Omnes compacto rem agunt, quasi in uelabro olearii.
Nunc redeo, inde quom me ibi uideo ludificarier.
Item alii parasiti frustra obambulabant in foro.
Nunc barbarica lege certust ius meum omne persequi.
Qui concilium iniere, quo nos uictu, & uita prohibeant.
His diem dicam. irrogabo mulctam, ut mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, quom cara annona sit, sic ægero.
Nunc ibo ad portũ hic. est illic mihi una spes cœnatica.
Si ea decollabit, redibo huc ad senem ad cœnam asperã.

¶ TERRVNci. Inquit Var. Terrũcius dictus est a tribus unciis: qđ libellæ ualet quarta pars: sicuti quadrãs assis: hoc idẽ Fest. & Terrũtius uumismatis genus paruí ualoris meminit Plini. lxxxiii. ¶ Menstruales. A mense: nam pro suis iocosis dictis nõ tãtum diei: sed mensis uictũ uãciscebatur. ¶ Canẽ irritatã imitarier. Hoc est ridere. uaꝫ ridentes dentes ostẽtamus: quod facit dum irritat canis. ¶ De cõpacto: Concordi: & ueluti composito cõsensu. Dicimus enim cõpactum: cõpositum: & cõiunctum. ¶ In uelabro. Velabruꝫ locus erat in urbe roma apud auẽtinũ montẽ dictum: qp eo ratibus ueherentur quasi ergo in uelabro olearii: qui uel oleuꝫ uno uẽditarẽt precio: uel uno modo molerẽt. ¶ Irrogabo. Imponã. infligã. ¶ Annona. Nõ tãtum frumẽti sed carniũ: & aliarum quoq; reꝝ dicimus. Nam annonã cariorem in macello dixit Cice. in libro de diuinatione. ¶ Decollabit. Deficiet: uel decipiet: in hac enim significatiõe usos fuisse ueteres author est Diome. ¶ Ad cœnã asperam. Quæ erat (ut supra memoratũ est) oleribus parata: uel potius: quia egio dixerat: cum parasitũ ad cœnam uocasset: asper meus uictus est: alludit enim ad uictus parsimoniam.

SARACENVS
Terrũcius uñ dict⁹ sit
Velabrum ubi locorũ

TEChnis.i.artibus: & intelligitur fallacits. Nam techna & disciplina noiatur. Exploratum.i.attentatum: & clarum. Vnde & exploratores dicti:qui alienā mētem insidiose exqrunt. Cincinatus.i.capillos intortos habens:uñ & Cicero:quas græci cometas uocant:cincinas appellauit. Verba mihi data.idest mihi esse impositum. Nucleum amisi.trāslatio a nucibus sumpta. Reliqt pi.pu.putare:tractare: purgare: pprie inquit Doñ.putare est falsa:& iafructifera a ueris:& fertilib? resecare.unde arboꝝ purgatores putatores dñr. Sursum uer.os sub.i.fefellere:similitudine sumpta a dormiētibus: cū illis os inficitur nesciētibus:ut experrecti a spectautibus ridiculi habeant. Nā lino maculo est. Virgi. Lita corpora guttis. Offuciis.i. dolis a phuco: cuius paulo ante fcā mentio est. Colaphe: cordalio: Corax. Lorarioꝝ sunt nomia. Colaphus q colaphos incutiat. Cordalio q cordis reuinciat. Corax græce: Latine coruus q suffigat homines in cruce a coruis deuorādos. Num li.mit.i.ut ligna domū portemus. Lignatū ita dictū: ut aquatū:pabulatum. VALLA. Putare qd sit.

INiicite huic manicas mastigiæ. In hac scena præcipit ægio lorariis Tindarū uinciāt: ipsumq; in lapidicinas trahāt:ubi in perpetuis uexetur laboribus. Manicas: uincula manuum. Mastigiæ. mastigiam uocat uoce græca quem aliquando uerberonem. nam mastizo uerbero significat. Sator: sartorq; scelerum: sator a serendo. nam sero seui satum. Sario sarui sartum. Festus sertorem quidam putant dictum a phendendo. quia cuipiam afferat manum educendi eius gratia ex seruitute in libertatem uocetur assertor: cum uerisisus sit dictū qui sereret quid: ac potius assertorē a serendo cœpisse nomen: cum aliquē serat: petēdo in libertatē cadere: qua ipse sit.i.iungat: qa fruges cum serūtur terræ iungit quod totum Verrius ασφαλῶς interdixit. Mastigia qd dicat.

TECHNIS: dolis: artibus: astutiis. τέχνη græce dicitur. Qui: ut lubitum est: non: qui me: ut lubitum est: quia dictio me superabundat uersus rationi: licet subaudiatur. Sed uidesis admonitio: quasi est ægionis ad aristoph. ut uideat: ne perperam: & falso eum uerbis suis fallat. Exploratum: clarum: certum: & manifestum. Sed qua facie est sodalis tuus: non: est tuus sodalis: quia abundaret uersus. Vt quidem hercle: uerba sunt Tyndari intra se loquentis: & respondentis ad uerbum illud conuenit: quod ipse in aliam significationem transfert: ac si dicat: decet: & conueniens est. Vt uos custodiam: simile hoc & illi quod in asinaria dixit custos carceris. Capti: captiui. Nucleum amisi. Nucleus a nuce deductus: illud significat: quod in nuce tenerum includitur Plautus in curculione. Qui nūcleos e nuce esse uult frangit nucem. Inde fit uerbum enucleo: quod proprie est aperio: & nucleum extraho: & per metaphoram accipitur pro declaro: & explano: a quo enucleate aduerbium: hoc est aperte: & manifeste. Putamina. hoc est rem inutilem: & nullius precii: qualis est hic tyndarus mihi pro philocrate relictus: putamina inquit Nonius: non solum arborum: uerum omnium rerum purgamenta. Nam quicquid ex quacunq; re proiicitur: putamen appellatur: & adducit hunc locū. Ita mihi stolido suis os subliuere offuciis. Versus hic ita scribendus est metri necessitate: & sententiæ concinnitate: non sursum uersus os subliuere os. ut fere habent codices: & interpretes nostri in subidi legunt contra uersus rationem; & clarissimum sensum: qui est: ut dicat: philocratem & tyndarum subliuisse ipsi ægioni os suis offuciis: hoc est decæpisse: & ueluti pigmentis os sibi illiuisse tractum de consuetudine puerorum qui dormientibus os illinere: & pingere consueuerant: ita ut excitati postea picto ore inambularent: nescientes eo se pigmento: & fraude illitos. Offuciis: fallaciis a fuco: qui color fictus dicitur: & metaphorice p fraude accipitur. Hic quidem me nūquam irridebit. Iratus senex in tyndarum ultionem parat: uocatq; carnifices seruos: qui illum uinciant: & in pistrinum trudant. Efferte lora: delenda fuit dictio atq; metri ratione illam nō tolerante: quæ is an tescripta erat. Colaphe chordalio: corax: nomina sunt fere ab officiis indita: qa colaphos incuteret primus: alter chordis & neruis uinciret: tertius raperet: uel inclamaret: ut coruus. PYLADes Technæ. Subliuere. Offuciæ.

I Niicite huic actutum manicas mastigiæ: Versus est trimeter acatalecticus: sex pedibus constans: exacerba

tio continetur in hac scena ægionis scenis in tyndarum:uerbis Aristophontis deprehensum: nō esse philocratem:ut se mentitus erat:& quædam in illum cum reprehensione interrogationes:eiusdemq; responsiones:& defensiones:Et tandem in lapidicinas abductio. ¶ Actutum:illico:q̄primum hanc dictionem addi coegit metri ratio: nam pedes duo uersui defecissent:& solis quattuor ambularet.Est autē actutum ab actu deriuatum:idest a celeritate:ut ait Priscianus. ¶ Sator:sartorq; scelerum. Versus ita scribi debet ex recto & cōsequēti sensu.Sator a serendo dictus est: hoc est seminator:unde satus pro seminato & genitio dicitur.Sartor autem:quod & Sarritor scribitur: a sarriendo fit. Sarrire autem ueteres purgare dicebant:unde sarculum instrumentum rusticum:quo terra purgatur.Hora.Patrios

Occare.

findere sarculo agros:quod & Festus ait.Occare autem:& occator:ut idem Festus ait:ab occidendo dictum: q; grandes terræ cedant globos:ut diximus in amphitryone etiam ex Marcelli sententia.Columella lib.ii.capite.xiii.Tritici inquit modii quattuor uel quinq;:bubulcorum operas occupant quattuor: occatoris unā: sarritoris duas primū: & unam:quum iterum sarriuntur:runcatoris unam messoris unam & dimidiam.Runcare autem est eruere: & euellere:a quo runcatio euulsio inutilium herbarum:& neprium.Et runcina dea:quæ runcationi præerat:& instrumentum leuigatorium:de quo in asinaria diximus.Sarctor autem per c & t a sarcio uenit: quod est integrū facio: ut ait Festus:& significat eum: qui uestes sarcit:& suit.

Ty. Non occatorem dicere debebas prius?
Nam semper occant prius, q̄ sarriunt rustici.
Ac. At tu confidenter mihi contra astitit.
Ty. Decet innocentem seruom, atq; innoxium
Confidentem esse, suum apud herum potissumum.
Ac. Astringite isti (sultis) uehementer manus.
Ty. Tuus sum. tu has quidem uel præcidi iube.
Sed quid negocii, quamobrem succenses mihi?
Ac. Quia me, meamq; rem, quod in te uno fuit,
Tuis scelestis falsidicis fallaciis
Delaceraauisti, deartuastiq; opes.
Confecisti omnes res, atq; rationes meas.
Ita mihi emisisti Philocratem fallaciis.
Illum esse seruom credidi, te liberum.
Ita uosmet aiebatis, itaq; nomina
Inter uos permutastis. Ty. fateor omnia
Facta esse ita, ut dicis, & fallaciis
Abisse eum abs te mea opera, atq; astutia.
An obsecro hercle te id nunc succenses mihi?
Ac. At cum cruciatu maxumo id factust tuo.
Ty. Dum ne ob malefacta peream, parui æstumo.
Si ego hic peribo, ast ille ut dixit, non redit.
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile.
Meum herum captum ex seruitute, atq; hostibus
Reducem fecisse liberum in patriam ad patrem.
Meumq; potius me caput periculo,
Præoptauisse, q̄ is periret ponere.

SARACENVS. Occator q dicatur.

¶ OCCATorem. Occator & pariter occare ab occidendo: q; grandes terræ cædat globos. Varro. Occare.i.comminuere dixit:& serenus occationem quasi occeratiōem:q; occultet semina. ¶ At erit hoc factum. Seruat decorum Plautus inducēs loquentem tyndarum:non ut seruum:sed uti ingenuum decebat.

VALLA. Occator q dicatur.

¶ OCCATorem. dicere debebas. Festus occare: & occatorem Verrius putat dictū ab occidēdo:q; cædat grandis globos terræ cum Cicero uenustissime dicat ab occecādo fruges satas. Varro cum primum arant proscindere appellant. tum iterum offringere dicunt: q; prima aratione glebæ grandes solent excitari: cum iterantur offringere dicunt. Tertio cum aratur iacto semine litare dicuntur:simul & satum frumentum operiunt in porcis: & sulcant in fossas quo pluuia aqua delabatur. nonnulli postea:qui segetes non tam latas habent:ut in apulia: & id genus prædus per sartores occare solent: si quæ in porcis relictæ grandiores sunt glebæ: quod inter duos sulcos elata terra dicitur porca: q̄ ea seges frumētum porrigit. Sic quoq; exta deis cum dabant: porricere dicebant. Et paulo post uineas nouellas fodere: aut

Occare qd: & qd dicat.

arare:& postea occare:& postea cōminuere:ne sit gleba:quod ita occidūt occare dictum. Nonius. Occationem ab occatis seminibus: qua id efficitur dici. Mar. Tullius uoluit de senectute. Sparsum semē excipit id occatum cohibet: ex quo occatio: quæ hoc efficit est nominata. ¶ Astringite isti sultis:idest si uultis:ut Cicero in oratore & Festus. Ennius. Prādite sultigenas: & corde relinquite somnum. ¶ Deartuasti:hoc est artuatim secuisti.

PYLADES

¶ NON Occatorem. Addi opportuit:non ex Marcello:uersum hunc citante:& metri necessitate. nam pes unus uersui deficeret:& legendum est interrogatiue. Tyndarus enim:qui se satorem: & sartorem: scelerum: ac messorem appellari audiuerat:uolens rem in iocum ueluti adducere:ut sic ægionis iracundiam deleniret: non occatorem inquit dicere debebas:prius q̄ sartorem:quum semper occent prius q̄ sarriant rustici: Eo uidelicet ordine colendi:quem & Columella:ut supra sequitur. ¶ Decet innocentem sic seruom. Sic addendum fuit: & metri necessitate: & sententiæ concinnitate. ¶ Sed quid negocii:subaudi est. ¶ Deartuasti:demembrasti:dilacerasti:& scribendum est: deartuauisti:& non deartuasti:ut legit:& commentatur Pius:contra metri rationem:nam quinq; tantum pedibus uersus ambularet:cui sex debentur. ¶ Confecisti:occidisti:necasti. ¶ Et meis fallaciis:addenda fuit dictio meis: metri ratione ita postulante:& sensus congruitate. ¶ Parui id estumo:paruifico inquit quicquid in me seruire potes:etiam si mortem mihi incuteres: dum modo non peream ob scelus:& malefacta:addendum fuit id necessitate metri: quia aliter uersus claudicasset. ¶ At erit mihi hoc factum. Ingenue: & non seruiliter loquentem Tyndarum poeta inducit:in quo utiq; decorum seruauit. ¶ Præoptauisse:prælegisse:optare enim est eligere. Virgilius. Pars optare locum tecto.

Optare.

Ter. Quæ sese optauis parare hic diuitias potius q̄ in patria pauper uiuere. Et optare est cupere: Virg. Egressi optata potiuntur

ta potiuntur troes arena. Scribendum est autem præoptauisse: tam ex antiquis codicibus: q̄ metri necessitate: & sententiæ congruitate: non autem promptauisse: ut legunt interpretes nostri Pius: & Sarracenus.

Ac. Facito ergo ut acherunti ducas gloriam.
Ty. Qui per uirtutem peritat, non pol interit.
Ac. Quando ego te exemplis pessumis excruciauero,
Atq; ob sutelas tuas te morti misero,
Vel te interiisse, uel perisse prædicent.
Dum pereas, nihil interdico, dicant uiuere.
Ty. Pol si istuc faxis haud sine pœna feceris.
Si ille huc redibit, & sicut confido affore.
Ar. Proh Di immortales, nunc ego teneo, nunc scio
Quid sit hoc negoci. meus sodalis Philocrates
In libertatest ad patrem in patria. beneſt,
Nec quisquast mihi, æquæ melius quoi uelim.
Sed hoc mihi ægreſt, me huic dedisse operam malam.
Qui nunc propter me, meaq; uerba uictus est.
Ac. Vetuin te quicq̄ mihi hodie falsum proloqui?
Ty. Vetuisti. Ac. cur es ausus mentiri mihi?
Ty. Quia uera obessent illi, quoi operam dabam?
Nunc falsa prosunt. Ac. at tibi oberunt. Ty. optumuſt,
At herum seruaui, quem seruatum Gaudeo,
Quoi me custodem addiderat herus maior meus.
Sed male ne id factum arbitrare? Ac. pessume.
Ty. At ego aio, recte. qui abs te seorsum sentio,
Nam cogitato, siquis hoc gnato tuo
Tuus seruos faxit, qualem haberes gratiam?
Emitteres ne necne eum seruom manu?
Esset ne apud te is seruos acceptissumus? responde
Ac. Opinor. Ty. cur ergo iratus mihi es?
Ac. Quia illi fuisti, q̄ mihi fidelior.
Ty. Quid tu una nocte postulauisti, & die,

¶ QVI Per uirtutem perit. In hanc ferme sententiam Cicero in oratio. Neque mors miseranda est: quæ ob rem publicam capitur: neque exitum turpe: quod uirtute suscipitur: & notanda ex Planto est uerborum istorum proprietas: q plus sit iterire q̄ perire: habes etiam testem Nonium: qui differẽtiam horum uerborum annotauit: q perire leuior res sit: & habeat inuentionis speciem. ¶ Sutellas dolosas: astutias a similitudine suentium dictas. ¶ Emitteres manu: Liberares qui dicendi modus apud Plautum est frequentissimus. ¶ Nuperum. Ab eo quod est nuper fit nuperum. SARACENVS. Peron ab intereo i quo differat.

¶ VT ACHErunti: ideſt inferno: cum sit Acherõ inferni fluuius: ab achos: ideſt mœror: & reo fluo. Dicitur autem Acheron acherontis: & acherus acheruntis: ut trapezus trapezuntis: cerasus cerasuntis: & hydrus hydruntis: ide acherusia tẽpla dixit Lucretius. ¶ Qui per uirtutem peritat non interit. in quibusdam uetustissimis codicibus legimus his duob9 modis. Qui per uirtutem perit: is nõ interit. Altero. Qui per uirtutem perit: at non interit: ut sit hæc dictio peritat: quæ in impressis passim legitur codicibus diuisa: intelligaturq; at pro sed. Nos tamen hoc legentis iudicio relinquimus: ut quã ei magis placuerit: sequatur lectionem. Nonius in uerborum differentiis inquit: perire & interire plurimum differt: q perire leuior res est: & habet inuentionis speciem: & nõ omnium rerum finem. Plautus in Capti. Qui per uirtutem peritat: non interit. Ergo perire corpore est. Interire rebus omnibus. ¶ Obsutellas: ideſt dolo a suẽdo ¶ Et nuperum. Priscianus in tertio. Nuperrimus etiam proferebant antiquissimi: unde aduerbium posuit Cicero in tertio ad Herennium: & quoniam nuperrime dictum est facile memoriæ mandatur: qui superlatiuus magis ab aduerbio in er desinente uidetur nasci. Nomen enim positiuum in us desinit: ut Capro uidetur nuperus: cuius accusatiuum protulit. Plautus in Captiuis. Recens captum hominem: & nuperum: & nouitium: & bene: ut enim superus: sic enim nuper nuperus debet esse: Liuius in Odyssea. Inferus: an superus tibi fert deus funera Vlysses. VALLA. Pereo & intereo i quo differant.

¶ FACITO ergo hoc: ut acheronti hoc addere coegit uersus necessitas: cui pes unus defuisset. ¶ Acheronti: hoc est apud acherontem. & quando mortuus fueris. ¶ Peritat is non interit: Is addendum fuit: metri ratione ita postulante: Et scribendum quoq; peritat: & non perit ut scribit Sarracenus contra metri legem. Nonius differentiam facit inter perire & interire: q perire leuior res est: & habet inuentionis spem: & non omnium rerum finem: ut interire: quam differentiam hic optime seruauit Plautus: ab illo etiam hoc loco citatus in testem. Illud autem aduertendum: nescios hos Plauti interpretes Pium: & Sarracenum legere Nonii codicem corruptum. scribunt enim speciem pro spem: ignorantes prorsus quid legant: aut dicant. ¶ Sutelas: dolos: astutias: & fabricas: a suendo dictas. atq; a suentium similitudine: ut Festus ait. Fulgentius autem sutelam astuciam dici ait: quasi subtilem telam: adducẽs Plautum in casina: dicentem: possis ne: nec ne: clam sutelis tuis præripere casinam uxorem. ¶ Afforet: pro aderit positum uidetur: quanq̄ forem. es. et. præteriti imperfecti habeat significationem: nisi affore potius legamus: ut sit sensus & sicut confido affore: hoc est affuturum esse: subaudi ita aderit. ¶ Proh dii immortales. Aristophõtes rem omnem iam intelligens intra se hæc dicit: deductus quoq; pœnitentia: q suis uerbis Tyndaro male factum sit. ¶ Sed male ne id factum tu arbitrare: tu addendum fuit metri necessitate: quia pes unus uersui defuisset. ¶ Nuperum: & nouicium: Nuperum quanq̄ a nuper aduerbio factum sit: nomen tamen est: & declinatur: Nuperus. a. um. hoc est recens: & qui a proximo tempore: & pauloante exacto factus est. Sic & Nonius exponit hunc locum citans. Et Priscianus: nuper inquit nuperrime: nomen enim in. us. finit nuperus: teste capro: cuius accusatiuum protulit Plautus in captiuis: Recens captum hominem: nuperum: & nouiciũ: ut enim a super superius: sic a nuper nuperus debet esse. Liuius in odyssea. Inferus an superus tibi fert deus funera Vlyxes. PYLADes. Perire. Interire. Sutelæ. Nuperus. Superus.

SARACENVS. ¶NOVIcium. Valde nouum: & incognitum. ¶ Latomias. Græce dicuntur latomię lapidicinę: & ad expræssiores significantiam adiecit lapidarias. Romæ latomiæ pro loco carceris habitę sunt. ¶ Sesquiopus: idest tantūdem: & dimidium. unde in proportione sesqualtera numerum dicimus continētem alium: & ipsius medietatem: ut tres ad duo: & sex ad quattuor: & nouem ad sex: sesqui enim interpretatur beatus Augustinus in mulieis absq; se.

Latomię q̄ dictæ

VALLA. ¶ET nouitiū: nouū apud te seruū. Nouitiū opus dixit Pli. q̄si nuprime factū: ut serui sunt nouitii: q necdū satis expti sunt: est āt hoc nomē adiectiuū tā apud Pliniū q̄ apud iurisc̄osultos. Vlpianus lib. xxi. Plærīq; solēt mācipia: q̄ neuitia nō sunt: quasi nouitia distrahere. ad hod. s. ut pluris uēdant: p̄sumptū est. n. ea mācipia: q̄ rudia sunt: simpliciora esse: & ad ministeria aptiora: & dociliora: & ad oē ministeriū habilia: trita uero mācipia: & ueterana difficile est reformare. At nomē substāriuū nouitius pro tiruo rudi. Qui ti. in prio istitutionū oratoriarų. At nouitiis nr̄is per quot annos sermo latinus repugnat. ¶ In latomias. i. lapidicinas: qa laas lapis dr̄: & tēno seco. Sesqopus. i. opus: & dimidiū. sesqdicit̄ se absq; : uū & sesqualtera proportio: ut triginta ad uiginti: duodecim ad octo. tria ad duo.

Nouitium opus quid

Latomiæ q̄ dicantur

Recens captum hominem & nuperum, & nouicium
Te perdocere, ut melius consulerem tibi.
Quam illi, quicum una puero ætatem exægeram?
Ae. ergo ab eo petito istam gratiam, ducite
Vbi ponderosas crassas capiat compedes.
Inde ibis porro in latomias lapidarias,
Ibi quom alii octonos lapides effodiunt,
Nisi quotidianum sexquiopus confeceris,

PYLADes ¶NOVIcius āt a nouo factū est: & habet secūdam lōgam: ut a subrepto subrepticius: a subdito subditicius. & similia de qbus in epopeia nostra p̄cipimus: & in aulularia diximus sup uerbo: emissicius. ¶ Qui cū una puero. i. cū quo puero: uel scribendū: a pueroi hoc est ab usq; puerili ætate. ¶ Ergo ab eo petito gratiā istā: nō istam gratiam: naȝ pes unus uersui deficeret. ¶ Latomias lapidarias: latomiæ græce lapicidinæ dicūtur: hoc est loca: ubi lapides cęduntur sed ad maiorem expressionem addidit lapidarias. Et romæ latomiæ pro loco carceris habitæ sunt: prope tullianū: ut meminit Varro: qui & Tullianum dictū ait: quia a Tullio rege additū carceri: hoc loco: si quis Pium insolentem: atq; audacissimū nugatorem legat: non minus temerariū: & insanum deprehendat: q̄ alibi quoq; sæpius: quū græcā sibi eruditionem usurpat. Tot. n. tantaq; infercit in suas hmōi: futilesq; nugas: ut tanquā pullus tricis iplicicus se extricare nequaquā possit. Garrit. n. primū de noie lithomias: quo syracusanos appellare carceres asserit: id quod prorsus falsum est: neq; id nomen in tota græcorų lingua depræhenderit. Quod aūt de plutarcho adducit in Nicia: q dicat: ex malehabitis: uictisq; atheniensibus ad asinarā fluuium: quosdā in lithomias cōpactos obiisse: plane mētitur: Nam lathomias nusquā in tota Niciæ uita: neq; alibi: ut diximus: auditum est nomen: lapicidinas autem: non lithomias: Guarinus uitæ illius interpres scriptum reliqt: ut oībus legere uolentibus patebit. Verų quod tertio loco delirium superaddit dicens. Parų deluxata: demutataq; uoce lithomia gręcis lapicidina nos lathomiam dicimus: nullo ueratro purgādum existimamus: quum lathomia nō a nobis: sed a gręcis dicat̄: nos autem lapicidinaȝ appellamus a lapide: & cædēdo: non lapidicinam: ut legit Sarracenus: hō & ipse paucarų litterarų. Facessat ergo larua hæc litterarum Pius: & quum gręcas offenderit dictiones: ne hiscat: ne ue temere in alienam messem falcem iniiciat. Quod si ex nobis discere dignatur: sciat: nō lithomiā scribi debere: sed lithotomiam. a λιθος. quo nomine lapis significatur: & τομος incisio. τεμνω enim incido: & scindo significat. unde τομος incisio: a quo & tomus urbs in ponto dicta est: quia fertur in illa: membra soror fratris dissecuisse sui: ut inquit Ouidius in tristibus. Huius igitur nominis: hoc est lithotomiæ secunda cum. th. tertia autem cum. t. exili scribenda est: quia λιθος. per. θ. τομος autem per. τ. scribitur. Sed ut gręcum: & rectū est nomen λιθοτομια: hoc est lithotomia: non lithomia: ut ille ait: ita & λατομια: idest latomia a græcis: alio nomine pio illi ignoratissimo dicit̄: absq; nlla aspiratione. λας enim: cuius genitiuus est λαος. per syncopam flexum nomen a λαας λααος: ut in magno etymologico legitur lapidem significat: & τομος icisio: atq; inde λατομια compositum nomen: non aliter q̄ λιθοτομια lapicidinam significat. & λατομος lapicida: non aliter: q̄ λιθοτομος. hęc est uera: ac recta latomiæ deriuatio: ad quam discēdā altero salis modio Pio illi opus fuerat: anteq̄ de huiusmodi prçciperet. Quod uero demum addendum censet: scribendum uidelicet esse lithomia: q̄ ob modulatiorem hiatum deducta sit ex lithotomia: quum nullo authore proferat: Insaniam est insaniæ supperaddere: eoq; adiecto corolario: q; in Sidoni codice: lathumiis nusq̄ auditam uocē inserit & barbaram: quum latomiis ibi scribendum sit. ¶ Quottidianum sequi opus. quottidianum legi debere nos: cēsemus: ut sit adiectiuum illius nominis opus: non quottidianus: ut corrigit Pius: exponens tu quottidianus: &c̄. absq; nllo recto sensu. ¶ Sesquiopus. per. s. & non per. x. scribendum opinamur sesqui: nulla enim ratio est: quæ litteram. x. exigat. Hac autem dictione sesqui indeclinabili utuntur arithmetici in proportionibus numerorum significandis: unde dicunt: proportionem sesquialteram: sesquitertiam: sesqquartā: & numerų sesqalterų: sesqtertiū: & sesquiquartum: & sic deinceps: de quibus Boetius in arithmetica sua mentionem facit: capite uigesimoquarto de superparticulari eiusque speciebus tractans in hęc uerba. superparticularis uero est numerus ad alterum comparatus: quotiens habet in se totum minorem: & partem eius aliquam: qui si minoris habet medietatem: uocatur sesquialter: si uero tertiam partem uocatur sesquitertius: si uero quartam sesquiquartus &c̄. Ex quibus uidetur dictionem sesqui adiectiuis nominibus numerum denotantibus iunctam: ita a philosophis: & arithmeticis usurpari: tanq̄ compositam: ex secundo: & atq;. Et ita illos ea abuti quasi numerus ille primus & maior: secundo ac minori comparatus: illum atq; alteram: hoc est secundam: & dimidiam ipsius partem: uel tertiam: aut quartam continere dici possit. Quando autem dictio sesqui: uel cum substantiuis nominibus: uel numerum non denotātibus iungitur: uidetur composita esse: a semis: & q;: & significare totum: ac dimidium: id quod græci ημιολιον dicunt: hoc est dimidium cum toto: ut sesquipes: idest pes integer: ac dimidius: a quo sesquipedalis adiectiuum fit. Persius. Pinguis aqualiculus propenso sesquipede extet. Martialis. Mentula cui nundum sesquipedalis erat. Iuuenalis. Proiicit ampullas: & sesquipedalia uerba. Sic apud Varronem: sesquimodium: & sesquimensem legimus pro modio integro cum dimidio: & mense itidem cum dimidio:

Tullianū

Lapicidina

Tomus

Sesqui.

Hemiolion

dimidio:& Columella li.secũdo:sesqoperã dicit:pro opa una integra:& dimidia.& sesqculeus apud eũdẽ est: p culeo mẽsura cũ dimidio.& sesqculearibus doliis inquit picis duræ pondo uicena que satis.Et sesqplagam Cornel.tacitus pro plaga integra cum dimidia posuit.Sic Plautus hoc loco sesquiopus:pro opere integro cum dimio dixit:Id significans:uelle seruũ Tyndarus duodecim lapides quottidie effodere:quum aliis octo effodi consuetum esset.

Sexcentoplago nomen indetur tibi.
Ar.Per Deos,atq; homines te ego obtestor,Aegio,
Ne tu istunc hominem perduis.Ae.curabitur.
Nam nocte neruo uinctus custodibitur.
Interdiu sub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo,non uno absoluam die.
Ar.Certum ne est tibi istuc?Ae.Non moriri certius,
Abducite istum actutum ad Hippolytum fabrum.
Iubete huic crassas compedes impingier,
Inde extra portum ad meum libertum Cordalium
In lapidicinas facite deductus fiet.
Atq; hunc ita me uelle,dicite curarier,
Ne quid deterius huic fit,q̃ quoi pessumest.
Ty.Cur ego te inuito me esse saluom postulem?
Periclum uitæ meæ tuo stat periculo
Post mortem.in morte nihil est,quod metuam mali,
Et si peruiuo usq; ad summam ætatem,tamen
Breue spacium est perferundi,quæ minitas mihi.
Vale,atq; salue,& si aliter ut dicam,meres.
Tu Aristophontes,de me ut meruisti,ita uale.
Nam mihi propter te hoc obtigit.Ae.abducite.
Ty.At unum hoc te quæso si huc rebit & Philocrate
Vt mihi eius facias conueniundi copiam.
Ae.Peristis,nisi hunc iam e conspectu abducitis.
Ty.Vis hæc quidem hercles,& trahi,& trudi simul.
Ae.Illic est abductus recta in phylacam,ut dignus est.
Ego illis capteiuis aliis documentum dabo.
Ne tale quisq; facinus incipere audeat.
Quod absq; hoc esset,& qui mihi fecit palam,
Vsq; offerre natum suis me ductarent dolis.
Nunc certust nulli post hæc quicq̃ credere.
Satis sum semel deceptus.sperani miser
Ex seruitute me exemisse filium.
Ea spes elapsast.perdidi unum filium
Puerum quadrimum,quem mihi seruos surripuit.
Neq; eum seruom,unq̃ repperi,nec filium.
Maior potitus hostium est.quod hoc est scelus?
Quasi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac,reducam te ubi fuisti neminis
Misereri certust.quia mei miseret nemo
Exauspicaui ex uinculis.Nunc intelligo
Redauspicandum esse in catenas denuo.

SARACENUS

¶SEXcẽtoplago.Formatũ nomẽ ex sexcẽtis plagis.¶ Actutũ.Cõfestĩ:q̃ primum.¶ Rebitet.Redibit.¶ In phylacã.In carcerẽ:in custodiã uerbũ græcũ est phylaca.¶ Quod absq; hoc eẽt.Scilicet facinus iã peractum:nisi hic aristophõtes subuenisset.¶ Vsq; offerre natũ.Nã discedens philocrates pollicitus est secũ aducturũ egionis filium philopolemũ.¶ Neminis.Sic catonem dixisse cõperimus:sunt multi corde:quos non miseret neminis.¶ Ex auspicaui.Est auspicare auspiciũ capere:& icipere:& licet frequẽtius in bonã partẽ dicatur:in malã quoq; dictũ inuenitur.Plini⁹ de homine locutus:animal inquit cæteris imperaturũ a suppliciis uitã auspicat̃:sensus ergo ẽ:cœpi ego illũ e cathenis eximere nũc quoq; uolo:ut rursus i cathẽas redeat.

Auspicare quid sit

VALLA.

¶SEXcẽtoplago.ut uoceris sexcẽtoplagus.¶ Hominẽ pduis.pro pdas.¶ Cõpedes ipingier.i.astrigi:& obfirmari.¶ Deductus fiet.pro fit. ¶ Rebitet.i.redeat.¶ Vis hæc qdẽ hercle est & trahi:& trudi simul Cice.pro Cecina iqt.Nõne si uerbũ seq nolumus:hoc itelligamus necẽ ẽ eũ detrudi:cui manus afferant̃:ne est inq̃ si ad uerbũ rẽ nolumus attingere:neminẽ statu detrusum:q nõ adhibita ui manu demotus:& act⁹ pceps itelligat̃:deiectus uero:q põt eẽ qsq̃:nisi iferiorẽ locũ d supiore motus:põt pulsus:fugat⁹:eiect⁹ deniq;.Illud uero nullo mõ põt deiectus eẽ qsq̃ nõ mõ:q tact⁹ nõ fit:sed ne ꝯquo qdẽ:& plano loco.qd ergo:hoc iterdictũ putamus eorũ eẽ cã cõpositũ:q se pcipitatos ex locis superioribus dicerẽt eos.n.uere possumus dicere eẽ deiectos.¶ Recta in phylacã.i.in carcerẽ:ita.n.græce.¶ Puerũ q̃drimũ.i.q̃ttuor ãnos natũ.¶ Neminis misere.certũ ẽ.dubitauerũt qdã grãmatici:an neminis diceret̃:quã rẽ cõfirmarunt hoc plautino testimonio ut Diomedes:sed nõ Plau.mõ uerũ ẽt pleriq; alii usi sunt Cato. Sũt mlti corde:quos nõ miseret neminis. Lucilli⁹. Neminis igenio queq̃ cõfidere oportet.

Antiqua locutio

PYLAdes

¶SEXcẽtoplago:datiui casus: est mihi nomẽ Menęchmo.cõpositũ nomẽ est a sexcẽtis plagis:sexcẽtoplagus a.um:cuius penultia lõga ẽ:ut hoc loco.¶ Ego te ob.nõ.te ego obtestor:qa pes unus uersui deficeret.Loq̃t hic Aristophõtes:dolore affect⁹ qa tyndarũ hũc eẽ detexerit.¶ Perduis: p pdas.¶ Noctu:p nocte.¶ Interdiu.i.die:de qb⁹ satis supius dictũ ẽ.¶ Diu ego nũc cru.ita scribi reqrit metri itegritas:ũ: diu hũc ego:qa pes unus abũdaret.¶ Cordaliũ: ita scribi nomẽ hoc debet ex codicib⁹ antiqs:& nõ cordalũ:& eũdẽ existimamus quẽ supius dixit cordalio:qd nomẽ & absq; aspiratiõe scribi posse existimamus:utpote a corde:latino nomine:& λεια græco:prædam significante:qa hominibus corda auferret:eorũq; ueluti prędator eẽt.¶ Deduct⁹:abduct⁹:& deduct⁹ scribẽdũ ex codicib⁹ anti.& recto sensu:nõ d:duct⁹.¶ Atq; ita me uel.di.hũc cu.ita scribi uersus rõ postulat:nã si:atq; hunc ita me uelle scribat̃:pes unus uersui deficiat.¶ Pericũ

Sexcẽtoplagus

Cordalio

ui.m.ſt.tuo pi.uerſus quoq; hic ita ſcribēdus ē:eadē rōne metri:nā ſi:piculū nit; meç tuo ſtat legas:pēs unus uerſui abūdat. ❡ Tn̄ breue ſpaciū. Gn̄alis:ac uera ſnia eſt:humāis cſectis uitā breuē eſſe.iuxta illud ouidii. Cito pede labit̄ ętas.Et illud:labit̄ occulte:fallitq; uolatilis ætas:& nihil eſt annis uelocius. ❡ Te pp.nō:pp te:qa pes unus uerſui deficeret. ❡ Si huc reditet philocrates.i.redeat a redito uerbo cōpoſito ex re:& ito.as.& ita habēt antiq codices: & nō

Redito rebite:ut legunt Pius & Sarrace.quod uerbum ut ſuperius diximus in ſcena:quæ res bene uertat: nullibi cōpertum putamus:niſi rebetet ſcribatur:ut ſit futuri tēporis indicatiui:a uerbo beto:quo & infra poeta uſus eſt in curculione: inquiens:Fortunatus ſi illa ad me betet.Betere.n.ut ibi diximus:Nonio eſt ire:non bitere. ❡ Niſi iam hunc.& no:nihunc iam:nā uerſus uno mancus pede fieret. ❡ In phylacam:in carcerem:in cuſtodiarium: in ergaſtulum:ubi ſerui

Phylaca cuſtodiunt̄:græcum eſt nomen.φυλακη enim carcerem:& cuſtodiam ſignificat.& φυλασσω uerbū ſignificat cuſtodio. ❡ Quod abſq; hoc eſſet:ſubaudiēdum ſi:ut Græculus eſuriens in cęlum iuſſeris ibit.i.ſi iuſſeris. Senſus eſt: ꝙ ſi abſq; hoc eſſet:hoc eſt:ꝙ niſi hic fuiſſet:qui mihi hoc fecit palā:& Ariſtophōtem intelligit:iſti captiui mei ductarent me offerre natum cōtinue ſuis dolis.i.ſeducerent:& circūuenirent me hoc modo ſæpius:ac traherent ad id.ut natum meum philopolemū:quem omni nixu recuperare:ac redimere ſtudeo:offerrē:atq; obiicerem ſuis corū dolis: Offer-

Offerre re interdum eſt reuerenter tribuere:unde offerre diis frugum primitias dicimus.Interdum bonū aliqđ: aut malum reperire oculis ante ponere. Virg. Strictamq; aciem uenientibus offert:aliquando polliceri. Iuſtinus. Quum ei auxilium obtuliſſet. quādoq; inferre. Terētius.Nam uitium eſt oblatū uirgini olim:pro illatū:nōnunq̄ ferre:& præſtare. Lucillius. Vt nunc hac re mihi opem:atq; auxilium offeras.Et aliquādo ſpōte dare:& exhibere:atq; obiicere. Idem

Orbus homines ipſi hanc ſibi moleſtiā ultro:atq; ærūnam offerunt:ducunt uxores. Et ut hoc loco. ❡ In orbitatem. Orbus proprie dicitur:qui orbem:ideſt circulum:& lumen oculorum amiſit:quaſi orbibus amiſſis:hinc per metaphoram orbi dicti:quicunq; aliqua re cara priuati ſunt:ut parentes liberis:quaſi oculis priuati. Inde orbo.as.uerbum quod eſt priuo:& orbitas ſiue orbitudo:qualitas illa patrum poſt amiſſos liberos:ut hic. Interdum tamen orbus e contrario pro eo:qui parentes amiſerit:accipitur:quem græci ορφανον orphanum dicunt. Terē. Orbo qui proximi ſunt: uxorem ducant:hinc orbitas pro orphanitas ſumitur:quā græci ορφανιαν nominant. Cicero. Deplorauit.n.caſum atq; orbitatem ſenatus. ❡ Sequere hac. facta hac lamentatione: Aegio uocat Ariſtophōtem: iubens illum ſe ſequi: ut reducat in carcerem:unde eductus fuerat. ❡ Neminis. nullius. Sic Lucillius. Neminis ingenio quenquam confidere oportet. Sic cato:ſunt multi corde:quos non miſeret neminis: & nemo non de hominibus tantum dicitur: ſed & de diuis. Virgili. Turne quod optanti diuum promittere nemo. ❡ Quia mei miſeret neminem. Neminem ex codicibus antiquis ſcribendum eſt:& ex recta romanæ linguę locutione:non nemoini legunt iterpraetes noſtri. ❡ Exauſpicaui:pręponenda eſt hic perſona Ariſtophontis:neq; enim ſunt uerba continuata ęgionis:qui dicat: Cœpi ego illum e catenis eximere:nunc quoq; uolo:ut rurſus in catenas redeat:ut putauit Sarracenus parum ſalſus. Neq; ſunt Tyndari uerba:aut perſona eius eſt hic præponenda:ut fecit Pius:alter delirus interpres. Nam tyndarus iam abactus fuerat:& abductus illhinc:recta in philacā:ut ſupra uiſum eſt. Itaq; ut diximus: Ariſtophōtis hæc uerba ſunt: qui quum audiſſet ſenem dicentem. Sequere hac:reducam te:ubi fuiſti &c.inquit. Malo hue auſpicio proceſſi:utiq; qui a uinculis:in quibus eram initium uię cæpi:propterea redauſpicare:hoc eſt:regredi in catenas:quaſi ad iterum auſpicandum:& feliciorem uiam incœptandam mihi neceſſe uideo. Sumpta eſt metaphora ab imperatoribus romanis:qui niſi auſpicato non egrediebantur. Et ſi capto auſpicio male portendi rem intelligerent: dilato negocio:

Auſpicare uel ſacrificio facto:redauſpicabant:hoc eſt iterum auſpicia captabant:feliciora prioribus expectantes. Auſpicare autem:& auſpicari:nam utroq; modo dicitur:eſt non ſolum auſpicium capere:ſed etiam incipere nec in bonam tantum partem:quod frequentiſſimum eſt:ſed etiam in malam. Plynius libro ſeptimo naturalis hiſto. capitulo primo de homine loquens:atq; infeliciter natum iacet manibus pedibuſq; deuinctis flens:animal cæteris imperaturum:& a ſupplicis uitam auſpicatur. hinc factum:ut auſpicia dicamus ductum:atq; principium:ut tuis auſpicis hoc negocium ſequar:hoc eſt tuo ductu:tuaq; adhortatione:iuſſu:aut pricipio. Auſpicium ab augurio differre dixit Nonius:quia auſpicium ſit auium conſpectio:& quod ex uolatu auium ſignificetur:& uocibus: Augurium autem:quod rerum omnium coniecturas prudenter:& diligenter cōplectitur:& tamen auguriū quoq; ab auibus:ac gerendo dr̄:q̄ſi auigeriū:ſiue ab auiū garritu:ut Feſt⁹ait.

SARACENVS. IVppiter ſupræme. Dum quæ ſuperius enarrata ſūt fiūt. Philocrates interim ex patria rediiſſe ad egionem conſtat: ſecūq; adduxiſſe eiuſdem filium Philopolemum:& ſtalagmum ſeruum:paraſitus igitur cum forte iuiſſet ad portum: uidit expectatum obſonatorem ſuum:ex cuius aduentu iactat opiparas cœnas: ſe adeptū eſſe. ❡ Optumitas. Pro optimas.

Opiparum quid ſit ❡ Opiparas. Opulentas:nā opipar; dicimus magnar; opu; apparatū. ❡ Effertiſſimam. Vel offertiſſimā.i.pinguiſſimam: abūdantiſſimā a farcio:qđ eſt proprie ſaturo:impleo. ❡ Coniciam pallium. Vt expeditior eſſet in eundo.

VALLA. IVppiter ſupme. Ergaſilus paraſit⁹ cū i portu pſpexiſſet Aegyōis filiū Philopolemū cum Phylocrate aulidēſi redif:ſer-

ACTVS. QVARTVS.

Ergaſilus paraſitus. Aegio Senex.

IVpiter ſupreme ſeruas me,meaſq; auges opes.
Maxumas optumitates,atq; opiparas offers mihi.
Lucrum,ludum,iocum,feſtiuitatem,ferias.
Pompam,penum,potationes,ſaturitatem,gaudium.
Nec quoiq̄ homini,ſupplicare nunc certuſt mihi.
Nam prodeſſe amico poſſum,uel inimicum perdere.
Ita hic me amœnitate amœna amœnus onerat dies.
Sine ſacris hæreditatem ſum adæptus offertiſſumam.
Nunc curſum ad ſenem capeſſam hunc Aegionē,quoiboni
Tantum offero quantū ipſe a Dis optat,atq; etiā amplius.
Nunc certa res eſt eodem pacto,ut comici ſerui ſolent,
Coniiciam in collū pallium,primo ex me hanc rē ut audiat,
Speroq; me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.

uumq;

suo q; stalagmū adduci: q olim Aegyonis filium surripuerat exultans lætitia: ad Aegyonem se recipit. ¶ Opimates Opimates
idest opibus refertas ab eo: quod est opimus opima opimum: fecit opimas opimatis. ¶ Opiparasq;: idest quæ parāt unde
opem & auxilium. ¶ Sine sacris: idest absq; sacrificio. ¶ Effertissimam: idest copiosissimam. ¶ Conficiam in collum
pallium cum in tortis enim palliis ob collum parasiti in scænam prodibant: quo forent expeditores.



Iuppiter supreme seruas me. Tetrameter brachicata lecticus est eius scenæ uersus: septem pedibus instru PYLADes
ctus: quam & unam tm̄ existimamus scenā: usq; ad illā: quæ incipit. Illhic hinc abit: & nullā fieri debere
diuisionē hic: post tertiūdecimū uersum: ut fere in codicib⁹ facta est: quū & idē fit carminis genus: & sñia
cōtinuata duaꝝ psonaꝝ. Introducit itaq; primo Ergasilus parasitus: quē scimus ad portum iuisse iam
dudū: ubi adhuc superare sibi unā spem cœnaticā dixerat. Qui quū ibi cōperisset in naui quadā aduentā
tem philocratē ex aulide: secūq; habētem Philopolemū ægionis filiū: ad quem redimēdū prexerat: nec nō & Stalag
mum seruū fugitiuū: qui alias alteꝝ senis filium quadrimū abduxerat: pręgaudio exclamat: sibi opum augmenta
bonaq; oia oblata esse: quoꝝ maxime cupiens esset: & parat se: ut cursu citatissimo ad senem hunc optatissimū nun
ciū primus ferat: quo ab illo æternum adipiscat cibum. huic aūt mœrore affectus senex: ppter amissum philocratē
pro tyndaro: ut supra: obuius fit: qui tādem ab illo audiens de aduentu filii: & in lętitiam cōuersus: ad uisendam ad
portū propere se accingit. ¶ Maximas optimitates. i. utilitates: & bonitates. Et ita scribēdum est prorsus: & nō opti
mitas: ut legunt Pius & Sarrace. ut diximus in asinaria: super hoc eodem quasi uersu ibidem quoq; ascripto in hæc Optimita
uerba: Maximas optimates: & gaudio effertissimas: ad quē locum legētes relegamus. Nam quę hic garrit Sarracen⁹ tes
dicēs: optumitas pro optimas: & c̄. nō sunt naucifaciēda: quēadmodū neq; quę illhic a Pio sunt deblaterata. ¶ Atq;
opiparas: ita scribi oportet metri necessitate: nō opiparasq;: qa pes unus uersui deficeret. Opipaꝝ dicimus quasi ma
gnaꝝ opum apparatū: unde opiparū cōuiuium pro lauto: & abūdanti: & opipare aduerbiū pro laute: & abūdanter
ponunt. ¶ Lucrum: ludum. Delendā censuimus dictionem laudem: quæ his præposita erat: uti superfluētem: eam
enim iterlinearem glosam: hoc est expositionem fuisse subiectę illius dictionis pōpam existimauimus. ¶ Potationes
penum: non penū potationes: quia uersus abūdaret. ¶ Nec homini cuiq̄: non: nec cuiq̄ homini: quia pes unus uersui
defecisset. ¶ Supplicare nunc dictionem me his interpositam tollēdam censuimus: uti abūdantem: & inconcinnam
huic litteræ. ¶ Nā prodesse amico: tollendam quoq; uel cōiunctionem: hic ascriptaꝫ post nā: censuimus: metri ratio
ne eam non tolerante. ¶ Nam hic me amœnitate: amœna amœnus onerat dies: hunc totum uersum metri necessitas
ita scribere cogit: & onerat pro onerauit legendū: nō autē onerauit: qa abundaret pes unus. ¶ Offertissimā: abundā Offertissi
tissimam: pinguissimam: ab offercio uerbo composito ex ob & farcio: quod est saturo: impleo: ut in asinaria diximus: mus
cuius supinum est offertum: & inde offertus. & superlatiuū offertissimus. ¶ Nunc cursum ad senem capessam: nō nūc
ad senē cursum capessam: quia pes unus uersui abūdaret. ¶ Nunc res certa: eodem pacto: ita scribi cogit metri ratio:
non autem: nunc certa res est: quia abundaret uersus: & subaudiendum uerbum est: non ascribendum: eadē ratione.
¶ Coniiciā in collum pallium: ut expeditior esset. Sic geta in Terētii phormione. Sed mihi nunc cesso: qui non hu
merum hunc exonero pallio: atq; hominē propero inuenire. ¶ Ob nūcium hunc: nō: ob hūc nūcium: quia pes unus
uersui deficeret. Quod autem Pius scribit: Donatum in terentiano prologio recensere: parasitos induci expapillato
brachio: & pallio altrinsecus in collum iactato: nequaquā ueꝝ est: sed ille: ut solet: meras nugas agit: & quæ in rē suā
faciant: uel effingere: ac pro ueris proferre non erubescit. Donatus enim ibi hęc tantum ait. Parasiti cum intortis pal
liis ueniunt: læto uestitus candidus: erumnoso obsoletus: purpureus diuiti: pauperi phœnicens datur.

Egio. Ergasilus.



E. q̄to i pectoꝛ hāc rē meo magis uolto, tāto mihi
Aegritudo auctior ē i aio. ad illū modū sblitū os eē
Hodie mihi, neq; id pspicere qui. qd̄ q uom scibiē,
Per urbem irridebor, quom extemplo ad forum aduenero
Omnes de me loquentur, hic ille est senex, ductus
Quoi uerba data sūt. sed Ergasilus ē ne hic quē uideo pcul?
Collecto quidem est pallio. quinam acturus est?
Er. Moue abs te moram, atq; Ergasile age hanc rem
Eminor, interminorq;, ne quis mihi obstiterit obuiam.
Nisi quis sat diu uixisse sese homo arbitrabitur.



Uāto in pectore. Mœrore affe SARACE
ctū senē solabit parasitus nūcia NVS,
turus aduentū filii. ¶ Voluto.
Cogitatiōe pquiro. ¶ Eminor
i terminor. Vtrūq; a minor: sed
præpositiones augent magis.



Vanto in pectore. In hac scæ VALLA.
na se excrucianti ægyoni adue
niēs parasitus sese offert: & nū
cio suo oēm ex aio āmouet mo
lestiā. ¶ Sublitū os esse. i. mihi
eē ipositū: uū id supradictū ē. ¶ Eminor.
idest minus minitor. ¶ Satis diu uixisse.
ut paruipendat: si nunc moriatur.

Oluto: cogitatiōe pqro. ¶ Subli PYLAdes
tū os fuisse: ita scribi metri: & sniē
itegritas cōcinior reqrit: & nō eē:
ut fere hn̄t codices: & uersus hypmeter est: cui abūdat una syllaba: ad sequētē: q a uocali icipit reflexa. ¶ Quōq; extē
plo ad foꝝ aduenero: & hic addēda fuit q; cōiūctio: ita metri exigēte necītate. ¶ Oēs de me loqnt: addēda fuerunt
duo illa uerba de me: & metri necītate: & sensus cōcinitate. ¶ Hic ille est ductus senex. nō: senex ductus: qa iābū in ul
timo eē magis cōuenit q̄ spōdeū. ¶ Quē uideo pcul. nō: pcul quē uideo: qa abūdaret uersus. ¶ Collecto pallio qdē ē:
qdnā hic acturus est: uersum hūc ita scribi cogit metri necītas: nō: collecto qdem est pallio: qdnā acturus ē: qa pedes
duo ei deficerēt: quos uersuū defectus nō uiderūt Pius & Sarra. iterptes nri. ¶ Collecto pal. hoc est qd Dona. ait: pa
rasitos cū itortis palliis uenire. ¶ Moue abs te. Ergasili uerba sunt ad seipsuꝫ plata: ut ad celeritatē se magis hortet.
¶ Age hāc rē iā q̄tū potes. Supplendū cēsuimus hūc uersum: & addenda uerba illa: iā q̄tū potes: metri necessitate ita
exigēte: & sensus cōcinitate: nā q̄tuor tm̄ pedibus: & altero trūco inābulasset: id qd scriptoꝝ negligētia factū exīsti
mauimus. ¶ Eminor. Interminorq;: uerūq; a uerbo minor cōpositū est: sed ppōnes additæ magis augēt: alii eminor Eminor
a longe significare uolunt. Interminor autem de prope. ¶ Sat diu: scribendum sat pro satis: metri necessitate.

SARACENVS. ℂCORE sistet. Quia pugnos in os ipingā. ⁋ Balista. Genus est instri fune itēti: uel neruo: quo spicula iaciunt: & lon-
gins emittūtur. Vegetio: & qnq; p isto ponit: quo saxa iaciunt maiora: atq; grauiora: ut refert No. Victurui. quoq;
Balista qd sit — his uerbis oñdit ingēs: sed tñ nulla balista pficit nisi ad ppositā magnitudinē pōderis saxi. Oui. q̄ graue balistæ mœ-
nia pulsat onus. Sene. in hyppolito. nō torta clausas fregerat saxo graui balista portas. ⁋ Catapulta: Iaculū celere: ē
Catapulta quid — uel sagitta: nā in Curculione Plau. te neruo torq̄bo: ut catapultę solēt: uez apud Victruuiū iuernias catapultā gen⁹
esse instrl in decio: ubi de balistis: scorpiōibus: & catapultis: deq; ipsaz rōnib⁹: ac pportiōib⁹ luculētā fac mētionem.

Nam q obstiterit, ore sistet. Aeg. hic hō pugillatū incipit.
Er. Facere certust. proinde omnes itinera insistant sua.
Neu quis in hac platea negocii conferat quicq̄ sui.
Nam meus est balista pugnus, cubitus catapultast mihi.
Humerus aries, tum genu ut quenq; icero, ad terram dabo.
Dentiloquos omnes mortales faciam, quenq; offendero.
Aeg. Quæ illæc eminatiost? nam nequeo mirari satis.

Aries quid sit — ⁋ Aries. Quid sit aries: docet Vegeti⁹: de mā. n. ac tabulis testudo cōtexit: q ne exuratīcēdio: coriis: uel ciliciis: centonibusq; uestit. hæc itrisecus accepit trabē: q̄ aduncō pfigit ferro: qd falx uocat: ab eo qd incurua ē: ut de muro extrahat lapides: aut certe caput ipsius uestit ferro: & appellat aries: ul qd hēt durissimā frōtē: q̄ subruat muros: uel q mor arietū retrocedat: ut cū ipetu uehemētius feriat. ⁋ Dēnlegos. Qui ex ore dentes colligāt: ita supbe minat ho
minū ora cōtūdere: nā alibi Plau. semētē in ore faciā: uel potius dētilocos legēdū arbitror: fuit gens macedonia dēti-
Dentiloci q dicantur — loca dicta: e⁹ Liui⁹ mētionē fac in bello macedonico in dētilocos trāscurrit: socii erāt sed pp iopiā haud sec⁹ q̄ hostiū
fines macedones ppl'ati sūt: ad quā gētē festinissime nr alludet: tāquā signare uolēs oēs sibi obuios: macedonicos fu-
turos: hoc ē occidēdos: & mactādos fo: hic. n. ē iocus maxius: q magis uernaculo fmōe q̄ latine explicari pōt.
VALLA. ℂPVgillatū icipit. ad pugnā se cōparat. ⁋ Itinera isistāt. abstinere se abstineāt. ⁋ Balista. ab eo qd græci dicūt balo
Balista uñ dicta sit — .i. iaculor. ⁋ Catapultast. p catapulta ē: a gręcis gñe masculino: hic catapultes' effert iaculū celere. ⁋ Humer9 aries.
machina fuit aries arietis aialis hñs affigiē: q̄ muri ciuitatū subruūt. Vegeti⁹. ballista funib⁹ neruinis tēdit: q̄ q̄to pli-
xiora brachiola habuerit. Hoc est q̄to maior fuerit: tāto spicula longius emittit: q̄ si iuxta artē mechanicā teperet: &
ab exercitatis hoib⁹: q mēsurā eius añ collegerūt: dirigat: penetrat quēcūq; peusserit. Itē aries ab eodē authore ita de
Aries qd sit — scribit: testudo inqt itrisecus accipit trabē: q̄ aduco pfigit ferro: qd falx uocat ab eo: qd est curuatū: ut de muro extra
hat lapides. Aut certe caput ipsius uestit ferro: & appellat aries. Vel q hēat durissimā frōtē: q̄ subruit muros. Vel q
more arietū retrocedit: ut cū ipetu uehemētius feriat. ⁋ Dētilocos oēs mortales faciā. Liui. l. ix. de bel. maced. Itaq;
unū tm moratus diē qeris eoz cā: quos habuerat secū itinere. Inde siti fugæ in dētilocos trāscurrit: socii erant: sed pp
inopiā haud secus q̄ hostiū fines macedones populati sunt. Sēsus ergo est. Mortales oēscuiuscūq; sint nationis: a me
fiēt macedonici populi: qui dētiloq noiant: qm ego eoz dētes ita atterā: ut cū loqnant dentes ex ore cadant.
PLYADes ℂCRE sistet. i. ore terrā calcabit: quēadmodū pedib⁹ sistere cęteri solēt: ac si diceret: eū iterimā: & faciā ore terrę i-
fixus uideat. ⁋ Pugillatū: a pugil noie fit pugillat9: hoc ē pugilū ludus: pugilāt a pugnn. πυγμαχος. græce dr pu-
gil. & πυξ aduerbiū signat cū pugnis. Vñ Mar. Pyxagathos fuerat: nūc erit hippodam9: ubi ñ una dictio ē pyxaga-
Pyxagathos — thos: ut multi putāt: sed duæ αγαθος. n. bonū signat: ac si dixisset: pugnis bonus fuerat. i. in pugnoz cōcertatiōe pl-
mū ualebat. ⁋ Proinde oēs itinera isistāt sua. Ita scribi sensus itegritas reqrit: absq; ut: q̄ dictio hic post pide ascripta
pperā erat. Sēsus est: ppea oēs a suis tēperēt negociis: eaq; ueluti sistāt: & morēt. Dicius Isisto huic rei: hāc rē: & in hāc
rē. Luca. li. iii. Illis & uolucres metuūt isistere ramis. Qui. Ne uulgarē uiā igressus alienis demū uestigiis isistere. Vir.
Nulli fas casto sceleratū istere limē. Pla. i milite. Insistite hoc negociū sapiēter: & sist hoc loco. Idē i milite. age nūc: iā
Balista — isiste in dolos. ⁋ Nec qs. i. nec qsq̄: cadē fere snia est: duob9 modis plata: uel expō est pcedētis. ⁋ Nā me⁹ est balista pu.
Balista Nonio est instrm: quo maiora: & grauiora saxa iaciunt. Idē uf a Victruuio his uerbis. Sed tñ nulla balista p-
ficit: nisi ad ppositā magnitudinē pōderis saxi. Oui. quoq; in tristib⁹. Quā graue balistæ menia pulsat onus. &. xi.
meta. Nec leuius pulsata sonat: q̄ ferreus oli: Qū lacerat aries: balistaq; cōcuntarces. At negetius p instro quodā fune
itēto: uel neruo: quo spicula iaciant: lōgiusq; mittātur: accæpisse uf: pariq; signatione lucanus: qū ait. ⁋ Neq;. n. solis
excussa lacertis: Lācea sed tēso balistæ turbine rapta: haud unū cōtēta latus trāsire qeſcit. qa āt nomē hoc a βαλλω
græco uerbo: qd est iacio: descendit: iō duplici. ll. scribi deberet: quāq̄ pñ in cōsuetudinē uenerit: ut unico tm scribat:
nec minus tñ syllaba lōga sit. ⁋ Cubitus catapulta est mihi. Mihi addēdū fuit metri necessitate: cui pes unus defecis-
set: & ex Nonio: hūc uersū citāte in dictiōe catapulta. Catapultā āt inqt: iaculū eē celere: uel sagittā: Pla. in curculiōe:
atq; ita te neruo torq̄bo: ut catapultę solent. Idē in eadē. Catapulta hoc ictū ē mihi apud Sycionē: Apud uictruuius
autē est iuenire: catapultā genus esse instrumēti: ad quā sniam: & Suidas græcus autor in dictiōe καταπελτης. ita
eni græce dr catapulta: spēm inqt eē supplicii. πελτη āt genus machinæ: siue istrumēti: quo sagittæ: & alia iaciunt.
⁋ Humerus aries. Aries animal notum est: ouium uidelicet maritus: qui tātum a ueruece distat: quātum gallus a ca-
pone: equus a canterio: uerres a maiali: ad cuius similitudinem aries pro machina bellica accipitur: qua muri oppi-
Aries — dorum deiiciūtur. Is autem: ut negetius ait: ita fit. De materia: ac tabulis testudo contexitur: quæ ne exuratur incen-
dio: coriis: uel cilitiis: cētonibusq; uestitur: hæc intrinsecus accipit trabē: quę adunco pręfigit ferro: qd falx uocatur:
ab eo q incurua est: ut de muro extra hat lapides: aut certe caput ipsius uestit ferro: & appellat aries: uel q hēt duris-
simā frōtem: quæ subruat muros: uel q more arietū retrocedat: ut cū ipetu uehemētius feriat. ⁋ Ad quēq; iecero. i.
ad quēcūq; iecero genu: posset ēt scribi: ut quēq; icero: hoc ē: ut quēq; peussero: sed codices oēs hñt: ad quēq; iecero.
⁋ Dentiloquos: dentes loquentes: hoc est ex ore emittētes: uerborum loco: quia illis adeo dentes concutiam: ut suis se-
dibus ciectos expuant: Aliqui codices hñt: dentilegos: hoc est dētes legētes: ut sacrilegos sacra legētes: sed magis pla-
cet dentiloquos: non tamen eo sensu: quo Sarracenus interpres putat: ut alludere uoluerit poeta ad dentilocos popu-
los macedonicos: tanq̄ significare uolens: omnes sibi obuios macedonicos futuros. hoc est occidendos: & mactādos:
ut sit iste iocus maximus: qui magis uernaculo sermone: q̄ latine explicari possit: ut ipse ait. Delirium nanq; hic sen-
sus: imo hæc inscitissima interprætatio: & perq̄ruditer excogitata manifeste sapit: & præ se fert.

ℂConfidentiam.

SARACENUS

Cõfidentia quę dicaẽ

CONfidentiam. Quam temeritatem: & audaciam quandoq; dicimus. Virgil. Nam quis te iuuenum confidentissime nostras: iussit adire domos: quandoq; duritiam & patientiam ut ostensum est in Asinaria: scapularum confidentia: uirtute humerorum freti: & quandoq; pro fiducia ut contra fiducia pro confidentia usurpatur: differentiã tamen ponit Cicero in libro tusculana .iiii. sed confidentiam hoc loco nimiam crapulam intellige. ⸿ Impensior: Grauior: onerosior. ⸿ Scrophipasci: Pasce utes scrofas. ⸿ Furfures. Qui sunt farinę superflua. ⸿ Pistriuum. Locum diximus: ubi pinsebatur triticum: Varro pilum quod eo far pinsunt: a quo ubi id fit dictum pistrinum. ⸿ Ex ipsis dominis. Nõ dixit e scrofis: ut magis faceret iocosam parasiti uanitatem. ⸿ Basilicas. Regias. ⸿ Quadrupedanti: crucianti. Nã equi cum quadrupedant: saltitant: & sessorem agitant: & perturbãt. ⸿ Canterio. Repete: quę dicta sunt in aulularia de cãterus: hoc unum addo scitu non indignũ quod loco prouerbiũ quandoq; usurpatũ est: cum enim quisq̃ agere occepisset: neq; id perfecisset: dicere solebat: canterium rideo: quod a quodam Sulpitio galba primum prolatũ est: qui eques iter agressus: & canterio uix portam egresso: ac in terram pro lapso inquit: canteriũ rideo Asinius capito est interp̃tatus lassum iã esse.

Er. Faciam huius diei, lociq;, meiq; semper meminerit.
Qui mihi in cursu obstiterit, faxo uitæ is obstiterit suæ.
Aeg. Quid hic homo tantũ incipessit facere cũ tãtis minis?
Er. Prius edico ne quis propter culpam capiatur suam.
Continete uos domi, prohibete a uobis uim meam.
Aeg. Mirum ædepol ni hic in uentrẽ sumpsit confidentiã.
Væ misero illi, quoius cibo iste factust impensior.
Er. Tum pistores scrophipasci, qui alunt furfure sues.
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest.
Eorum si quoius q̃ scropham in publico conspexero.
Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
Aeg. Basilicas edictiones, atq; imperiosas habet.
Satur homost. habet profecto in uentre confidentiam.
Er. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fetidos.
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cantherio.

Cãteriũ rideo qd denotet

VALLA.

FACIAM ut huius diei: lociq;: meiq; semper meminerit: ut a Plauto multa Terẽtius ita hunc uersum sustulit. ⸿ Tantũ incipissit facere. pro parat se: ut incipiat facere. ⸿ Vim meam. i. meam uiolentiã. ⸿ Confidentiam. fiduciã audaciã. ⸿ Basilicas edictiones: idest regias pręscriptiones: quia basilica regia est: ob id: quod a gręcis dicitur. Βαςιλεὺς rex: edicere: præcipere. ⸿ Quadrupedãti: idest progressu inconcino cum uno tempore quatuor pedum cõmotione se totos quatiunt: ideo adiecit cruciãti. ⸿ Canterio. i. equo castrato: inde illud uetus prouerbium: cãterius est in fossa: & rideo inquit galba canteriũ: q Asinius capito ita interp̃taẽ: nisi qui principio rei alicuius inchoatę deficiunt aio. Sulpitius Galba cũ in prouĩciã exiens ad portã ipsam cãteriũ suũ aĩaduertisset cecidisse: rideo inq̃r cãteritẽ iã lassus eẽ: cũ tã lõgũ iter iturus: uix id sis igressurus.

Cãterium quid sit

PYLADes

FACIam huius diei: delẽda fuit dictio ut quæ post uerbũ faciã: ascripta erat: cõtra metri rõnẽ cui pes unus abũdaret. ⸿ Faxo uitæ is obstiterit suæ: tollẽda quoq; fuit dictio extẽplo: q̃ his iterposita pperã erat p̃ter metri exigẽtiã. ⸿ Quid hic hõ tm̃ icipessit. legẽdũ est icipessit: & nõ icipisset: ut legũt iterp̃tes uñi: rõne: quã supra dixius: sup uerbo icipesse: qa uз sicut a facio facesso: ab experto expetesso: q̃ eiusdẽ sunt iclinatiõis: sic ab icipio icipesso: & nõ icipisso fit. ⸿ Mira fuut ædepol: nõ mira ædepol fuut: qa uersus abũdaret. ⸿ Ni hic in uẽtrẽ: nisi hic bñ se alicubi pauit: ac saturũ fecit: & ppea tã cõfidẽter: & arrogãter loqtur: qa nũc cibo nõ eget: dictio ãt hic: breuis est hoc loco: ut in illo Virg. Solus hic inflexit mẽtẽ. ⸿ Cõfidentiã. Cõfidẽtia: ut Noñ. ait: fiduciã significat Vir. Et aũ lictis melius cõfidere reb⁹. Duriciã: seu patiẽtiã. Plau. in asinaria. Scapularũ cõfidẽtia: uirtute ulmorũ freti. Temeritatẽ siue audaciã. Pacuui⁹ Grãdẽ: atq; atrocẽ coherce cõfidẽtiã. Virg. iiii. Geor. Nã qs te iuuenũ cõfidẽtissime nr̃as: Iussit adire domos? Cõstantiã. Cice. de repub. lib. iii. Duas sibi res quo minus in uulgus exiret: & in foro diceret: cõfidẽtiã: & uocẽ defuisse. Pla. in amphitryone. Quæ nõ deliqt: decet audacẽ esse: & cõfidẽter pro se: ac pterue loq. Dona. quoq; pro cõstãti cõfidẽtẽ poni asserit: ut in illo Terẽtii. Nescio qs senex mõ uenit: ellũ cõfidẽs catus. ⸿ Impẽsior: auctior: grauior: ab ipendo fit ipẽsus nomẽ: & ipẽse: atq; ipẽdio aduerbia. Impẽsus aũt significat auctus: & affluens: q̃si in quẽ multa pensa fuũt: & aggregata. Impẽse uero p ualde capiẽ. Gel. li. xviii. cap. vii. Iulius Paulus poeta uir bonus: & rerũ: lr̃arũq; ueterũ impẽse doctus. Impẽdio aũt pro nimio apud eũdẽ sępius capi uideẽ. Sic. u. ait lib. vii. cap. i. Sed & eũ ipendio magis & rebus gestis: q̃ ex illo ostẽto uirũ esse uirtutis diuinę creditũ est: & lib. x. cap. xviii. Eius igiẽ leges: qm̃ uidebanẽ ipẽdio acerbiores. Et lib. xix. cap. primo. Qđ uero dixi uideri q̃dam esse impendio molliora. ⸿ Scrophipasci: pascẽtes scrofas: hoc est porcas. Scrofam enim porcam dicũt: quæ sæpius peperit: porcam autem: quę semel tantum: a scrofa scrofulam dicũt morbum: quem strumam appellamus: glandulę sunt quædã ex pure: & sanguine concretæ sub maxillis circa gulam: quibus scrofæ afflictari solent: & inde nomen trahunt. Strumosi dicuntur eum morbum patientes: & strumosa pars corporis eo læsa. Et eæ glãdulæ: in hoie tonsillę quoq; appellanẽ: ut dicemus infra in dictione glãdia. ⸿ Qui fur fure sues aluut: uõ qui alnur furfure sues: quia pes unus uersui deficeret. Et furfur purgamẽtũ farinę: & qđ fere ad illius similitudiuẽ ex cute animalium: pectẽdo: uel fricãdo excutitur. & est masculini generis: nõ ẽt neutri: ut qdã putarũt. Ply. Folia in aceto decocta furfures cutis emẽdãt: hic Plau. utrãq; significatione exp̃ssit: nam hoc loco furfure pro farinæ purgamẽto dixit: & paulo infra furfures pro cutis purgamẽtis: & spurcicüs posuit: quũ inquit: ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures. ⸿ Exculcabo: calcando: & percutiendo excutiam: a calco. as. compositum uerbum est exculco. ⸿ Basilicas edictiones: regia edicta: nomen est græcũ basilicus. βασιλικός. n. dicunt græci. a uerbo βασιλεύω quod significat rego: si datiuo iungatur. Si aũt actõ: significat regem facio: ut Suidas inquit. Inde trahiẽ Basiliscus serpentis genus: cui crista capite est: qa paruum rege imiteẽ corona illa: est enim diminutiua forma βασιλίσκος. a nomine βασιλεύς: qui græcis rex appellatur. Edictionẽ autem: & edictum uos a uerbo edico dicimus: quod significat iubeo: & statuo: ut paulo supra: prius edico: ne quis propter culpaз capiatur suam. ⸿ Tum piscatores: nõ habet hoc nomẽ: unde regaẽ: queãdmodum neq; pistores: de quibus supra. neq; lanii:

Incipesso

Confidẽtia

Impensus

Impendio

Exculcare

de quibus infra disserit:sed subaudiendū est uerbū:aduertant:uel caueant. ⁋ Crucianti canterio. Canterii ut Varro ait lib.ii.de re rustica:appellant̃ equi demptis testiculis:sic dicti:q̃ semine carent. Festus āt cāterius:inq̃t:hoc distat ab equo:q̃ malalis a uerre:capus a gallo:ueruex ab ariete.est.n.cāterius:cui testiculi amputant̃. Q̄d aūt ait Pius sup hoc noie in aulularia:dicēs cāterios dictos:ueluti cauterios p unius lr̄æ imutationē:q̄m canteriati:hoc est cādescente ferro detestabantur:&c.quū contra Varronis interp̄tationē sit:& nullo teste p̄batū tanq̄ futile:& uanum censendum est. Cruciāti autē inq̄t Sarracenus:nā equi quum quadrupedāt:salitant:& sessorē agitant:& perturbant. Nos autem crucianti canterio dictum existimamus:non respectu sessoris:qui quidem nullus esse debet:si piscibus oneratus sit equus:sed uel crucianti pisces ipsos:quos fert:quoniam illos simul terit:& frangit:uel crucianti agasonem:q̃ pedibus inter faciens:non nisi cruciatu:& labore illum celeri gradu ingredientem assequi potest.

Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum.
Eis ora ego uerberabo surpiculis piscariis,
Vt sciant alieno naso quam exhibeant molestiam.
Tum lanii autem,qui concinant liberis orbas oues.
Qui locant cædundos ægnos,& duplam agninam danunt.
Qui petroni nomen indunt uerueci sectario.
Eum ego si in uia petronem publica conspexero.
Et petronem,& dominum reddam mortaleis miserrumos.

SARACENUS. ¶ SVRpiculis.i.retibus. ⁋ Lanii. Qui carnes uenditant in carnario: inde lanienæ officinæ: in quibus carnes ueneunt. Plau.in sequentibus per myropolia & lanienas dixit:sunt etiam lanienæ mensę: q̃bus super caro scinditur. Sueto.carnificē statim acciri cum macheta: mēsaq; lanionia flagitauit. ⁋ Qui petroni nomen idūt uerueci sectario: Idest:qui carnes uendūt arietes:pro ueruecis carnibus. Differre diximus arietem a ueruece:ut equus a canterio:& a capo gallus:appellat autem arietem petronem:quia iter petras uersetur:hinc petrones rustici a Festo dicti a petrarum:scilicet asperitate:& duricia. sectarius autem ideo dicitur.quia ipsum sectentur oues:& ipse pręcedens gregem ducat.

VALLA. ¶ SVRpiculis piscariis:idest istrumētis eis:quibus capiuntur pisces:quę ex scirpo fiunt i in u mutata. ⁋ Liberis orbas oues.i.qui agnos occidunt.atq; ita priuant liberis. ⁋ Et duplam agninam dānunt.i.dant duplicem carnem de grege ouili:uel quia & ueruecem occidunt:uel quod uendunt prægnantes oues loco agninæ carnis:quę duplæ uidētur:cum in uentre abortiuos agnos habeant. ⁋ Qui petroni nomen indunt uerueci sectario.s.p.petrones rustici fere dicuntur propter uetustatem:& q̃ deterrima quæq; ac prærupta iam agri petræ uocantur:ut rupices.i.a rupibus. Pla.tñ petronē ueruecē uidet̃ appellare:q̃ pascat̃ in petris nā q̄d subiūgit uerueci sectario arietē uł itelligere:q̃ sectat̃ oues:ut p figurā catacresim ueruecē noiarit. Veruex.n. Varronis sn̄ia castratus: q̄d inersam habeat naturam.

PYLADES Subbasilicani ¶ SVBBASILICanos:qui libenter:& frequenter sub basilica spaciantur:ita priscianus appellari docet. In basilica nāq; negociationes:& publicę conciliationes tractabantur:& iudicia quoq; in basilicis fiebant:ut Quintilianus:& Cecilius docent. Seneca libro de ira secundo:Fremitu iudiciorum basilicæ resonāt. ⁋ Eis ora:ego uerberabo:nō: eis ego ora:quia uersus abūdaret. ⁋ Surpiculis:uimineis:canistris:& cistellulis:quæ e syrpis fieri solebant. Propertius surpiculis medio puluere ferre rosam. Colu.libro.xi. Et uos agrestes duro:qui pollice mollis Demetitis flores: cano iam uimine textum:Surpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. Alii autem legunt syrpulis pro uiminibus: uel

Syrpulus iunceis uinculis:quibus piscatores:ad inuncandos pisces utuntur. ⁋ Qui concinnant liberis orbas oues:locus hic salebrosus:ac difficilis intellectu uidetur:si litteram inspicias. Nam sensus satis planus est:nec a Pio tamen interprete depræhensus:qui duplam agninam danunt:exponit:dant duplicatam carnem agnæ:hoc est agninam carnem mētientes ouem pręgnantem uendunt:quæ duplex iocose dicetur:quum agnum abortiuū adhuc habeat in utero. Quibus somniis:& uaniloquiis nihil stultius depręhendatur.non enim poeta duplam agninam inquit:quia uendāt ouē pręgnantem:quia id neq; fit:neq; a laniis fieri posset:carnem ipsam frustulatin secantibus:nisi per summam abominationem ementium.præterea:quis agnum abortiuum unq̄ uocauit:quem adhuc habeat in utero mater? Nemo profecto:nisi insanus:nam abortiuum dicimus imaturum fœtum:& ante legitimum tempus editum. Trāquillus in Augusto. Illos senatores:quos uulgus abortiuos uocabat:ad modum pristinum:& splendorem redegit. Plyni.lib.xiiii. Aegyptus & ecbolinam habet abortiuos facientem. Abortum quoq; grauidæ mulieris dici ait Festus:q̃ non sit tempestiue ortum. Ply.libro.vii. Vno abortu:duo puerperia egesta. Est ergo uerior sensus:qui concinnant liberis orbas oues:idest:qui sub nomine agninæ carnis:ouillam quoq; uēdunt:& ita duplam:hoc est duplicatam:& duorum generum agninam præbent:mentiētes totam agninam esse. ⁋ Orbas oues:idest a quibus agni iam ablati sunt:& ad occidendum dati carnificinam facientibus:quorum officium fuisse uidetur:cædendi animalia tantum:quę postea laniis dissecanda:& uendenda tradebant:ii autem:ut plus carnium uenderent:& bonum nomen retinerent:agnos tātum cædundos locabunt:ipsi uero domi oues quoq; iugulabant:& earum carnes cum agninis miscentes uēditabāt concinnantes:atq; adaptantes eas liberis.i.filiis:hoc est agnis iam occisis: ne iternosci possent ab iis:qui emere agninam uolebant:liberis ergo hoc loco pro filiis ouium accipiendum uidetur:qua appellatione hominum tātum filiis uocari solere existimamus:utpote a libertate:quę hominum tantum propria sit:quum cętera fere subiecta sint sub pedibus eius:ut psalmographus dixit:unde paulus iurisconsultus eos:qui contra formam humani generis conuerso more procreantur:liberorum appellatione non putat contineri:ut si mulier monstrosum quid:aut prodigiosum enixa fuerit. Vtimur autem hoc nomine liberi pro filiis:numero ferme plurali tātum. Et callistratus nepotes quoq; & pronepotes:cæterosq; qui ex iis descendunt liberorum appellatione contineri existimauit. ⁋ Qui petroni nomē indunt uerueci sectario. Neq; hoc loco Pius ille nugax:& temerarius interpres minus insanire uidetur q̄ superius: dicens:hic sensus est.lanii mendaciloqui:& falsiloqui:& logodædali ueruecem:seu arietem inscitulæ:& illiberalis carnis habētes nomen agni huic imponunt. Indunt no[illegible]n petroni uerueci sectario:hoc est ueruecinam carnē chordi agni mentiunt̃. Sectarius agnus appellat̃ chordus:& altior:quē iā primulū ferocientē sectentur armēta:petronē uero uocitat ueruecē duxq;:insuauem:inscitum.& illiberalē.hęc ille. Quibus nihil isulsius:nihil uanius:nihil mēdacius. Siq̄dē ueruecem cōfundit cum ariete:quasi idē sint:quū ut supra diximus ex Festi sententia:tantū distet ueruex

Veruex

ab ariete:

ab ariete: quantum capus a gallo: & maialis a uerre: canterinsq; ab equo. Dicitur nanq; ueruex ab inuersis testiculis: ut Varro ait. & est mas inter oues: cui inuersi: siue adempti sunt testiculi. isq; non est adeo illiberalis carnis & insicialæ: ut fabulatur Pius: immo gratissimæ: & suo tempore exquisitissimæ. Qui autem ad generandam sobolem integer tenetur: is aries appellatur: ab ara: ut quidam putant: q; aris imponi sacrificia solerent. uel ut alii: a græco αρρην. ενοσ, quod marem significat. aut ab αρησ. νοσ. uel εοσ. quo mars belli deus notatur: quia magno impetu fronte: & cornibus: non modo se inuicem: sed quicquid obieceris percutiant inde. Inde arietatio pro percussione: & arieto uerbum pro percutio accipiffitur. Et ab huius similitudine postea aries belli machina dicitur: de qua supra egimus. Is igitur aries dux gregis: alio nomine petro appellatur: a petris scilicet: quia inter petras uersetur: hinc petrones rustici a festo dicuntur: a petrarum asperitate: & duricia: horum caro illiberalissima est: tum ob duriciem: tum uero ob ingratum odorem: id quod non est in uerucibus: ut diximus. Porro ueruex sectarius appellatur. non autem agnus chordus: & altior: ut garrit. Pius: neq; sectarius dicitur: ut nos putamus: quia illum sectentur armenta: sed quia secti: & adempti ab eo sint testes: ut diximus: ordo & sensus est. Qui indunt nomen petroni: ueruecí sectario: hoc est qui petronem uocant ueruecem: carnemq; arietinam: ueruecеam. Idest ueruecis secti: & castrati: eo modo loquendi quo utitur poeta inquiens: mihi est nomen menæhmo: & illi indidit nomen Sosiæ. Sectarius

Aeg. Euge edictiones ædilicias hic quidem habet.
Mirumq; adeost, nisi hunc fecerunt sibi Aetoli agoranomū.
Er. Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior.
Tantus uentri commeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc Aegionem onerare lætitia senem?
Quoi hominum ædæq; nemo uiuit fortunatior.
Aeg. Quæ illæc est lætitia, quam illic lætus largitur mihi.
Er. Heus ubi æstis? ecquis hoc mihi aperit hostium?
Ae. Hic hō ad cœna recipit se ad me. Er. apite hasce ābas fores
Prius, q̄ pultando assulatim foribus exitium affero.
Ae. plubet hūc hoiem colloq Ergasile. Er. Ergasilū q uocat?

¶ EDIctiones ædilicias. Nam præerant ædiles rebus uendēdis: ut si quid uiciosum pro sincero uenundaretur: eorum edicto succurrebantur. ¶ Agoranomum. Græci ædiles agoranomos dixerunt: quorū ædicto (ut beatus inquit Hieronymus ad rusticum monachum) uendentium cohercebatur rabies. ¶ Cibus. Gtīs: non pasnus casus. ¶ Qui hoie. Pro quo hoie. ¶ Assulati. Vt minutati: sicut sentit Noni. adducens hūc locum. Plautus quoq; sursus in menæchmis nisi ddolabo assulati uiscera. SARACENVS Assulatim quid sit

¶ EDIctiones ædilitias. i. præcepta ædilis: qui agoranomi a græcis appellantur: Diuus Hieronymus: prius qdem ædilib⁹ quos græci agoranomos appellant: uendentium cohercebatur rabies. Vasis quoq; præerant ædiles corrigendis: Persi. Fregerit eminas areti ædilis iniquas. Vlpianus. Si qs mēsuras conduxerit: easq; magistratus frangi iusserit: si qdem iniquæ fuerunt. Sabinus distinguit: utrū scit cōductor: an nō: si scit eē ex locato actionē: si minus nō: q si æquæ sunt: ita demū eū teneri: si culpa eius id fecit ædilis: & ita Labeo & mela scribūt. ¶ Pultādo assulati. Noni. Assulatim: ut minutatim. Plau. in cap. priusq̄ putādo assulatim: & q̄ secunt. Itē in Menæc. nisi de dolo assulatim uiscera: Sunt qui legant assultatim. i. assiliendo. VALLA. Veruex qd sit Assulatim quid PYLAdes

¶ AEDIlicias. Nam ædiles præerant rebus uendendis: corūq; cura erat: ne quis flagellaret: accenderet ue annonā: aut fraudem ullam merce noxia: & putrida inferret. hos græci αγορανομους uocant. ab αγορα. quod forum uenale significat. & νομοσ lex. quia foro legem imponerent. Erat quoq; ædilibus prodigiorum cura: quod Mar. Indicat epigrāmate illo. Audiat ædilis: ne te: uideatq; caueto. Portentum est quotiens cœpit imago loqui. ¶ Hic habet quidem. Ita scribendum: est. non: hic quidem habet: quia pes unus uersui deficeret. ¶ Cibus uidetur genitiui casus esse hoc loco: ut sit ordo: tantus cōmeatus cibus: pro tantus apparatus cibi. Scimus autem cōmeatum duo significare: uel facultatem ad tempus a militia: alio ue ministerio recedendi: quam præbet militi imperator eundi quo uelit ad præscriptum diem reuersuro: & in hac significatione numero tātum singulari fere utimur. Vel cibaria: & alimoniam publicam: uel priuatam. Cicero pro lege manilia. Iam comeatu: & priuato: & publico prohibebamur. Salustius. Cōmeatus abunde: municipia: atq; coloniæ patebunt. Hoc loco latiori significatione abusus poeta uidetur: & pro apparatu: ut diximus posuisse. ¶ Quoi hominum adæq;. Super hoc nihil Pius inquit: quia ingenii quippiā exposcebat Sarracenus autē. Et sic nihilominus Pius: Qui homine legit: sed Sarracenus: q pro quo exponit. Vterq; dignus bubulis exuuiis. Nam nullo modo uersus constat: si qui homine legas: nec littera satis concinne adaptari poterit: ut sensus ullus integer eruatur. Proinde cum antiquis codicibus hominum legendum est. Et pro qui: quoi: more antiquo: scribendum: qui sit datiuus casus aduerbio illi adæq; iunctus: ut sit: Adæq; cui hoc est: in cuius comparatione: uel respectu cuius: nemo hominum uiuit fortunatior. ¶ Heus: heus: ubi estis: ecquis hoc mihi aperit ostiū; Ita scribendus: supplendusq; fuit hic uersus: ut suis pedibus constaret: nam nisi duplicetur dictio heus: & addatur mihi: claudicaret: duobus pedibus mancus factus: quod nō aduerterunt præfati duo iterpretes. ¶ Foribus assulatim. Ita scribendum est: & non assulatim foribus: ne uersus abundet. Assulatim autem pro minutatim exponit Nonius: hūc locum citans: & alterum in menæchmis. Nisi dedolabo assulatim uiscera. Sunt Assulæ putamina: & recisamēta: quæ per dolabram e ligno excutiuntur: quasi parui assides: uel asseres: utroq; enim modo flectimus: hoc est assis idis: & asser asseris: pro tabula: ab assidendoq; dicuntur: quia parieti: & trabibus assideant: ut Festus ait. Plautus in aulularia. Ligna hic apud nos nulla sunt: sunt asseres? sunt pol? sunt igitur ligna: ne quæras foris. Asser quoq; lignū oblōgum significat: ut in lectica: qbus lecticarii humeros supponunt: Suetonius in caligula. Ad primū tumultum lecticarii cum asseribus accurrerunt. Mar. Vt canusi natus nostro syrus assere sudet. Cato simpliciter pro ligno longo; seu pertica posuit in re rustica: his uerbis. Duobus asserculis appositis: quibus gallinæ in nidum possint irrepere. Similiter cæsar lib. ii. de bello ciuili. Asseres enim pedum duodecim cuspidibus præfixi. Quintus Cur. hoc puppium interuallum antēnis: asseribusq; ualidis deligatis superq; eos pontibus stratis: qui militem sustinerent: impleuerant. Idē. Nanq; ad implicanda nauigia: quæ muros subibant: ualidis asseribus coruos: & ferreas manus cum uncis: ac falcibus illigauerant: ut cum tormento asseres promouissent: subito laxatis funibus inicerent. Cōmeatus Adæq;

SARACENUS. Prędestinare quid sit

¶RESPIce. Respicere cum duo significet: & retrospicere & fauere: ergasilus uerbum respice interpretari uidetur pro faue: ideo intulit fortuna: quod tibi ne faciet: hoc me iubes? ut scilicet tibi faueam: & ne pro non: & erit sermo cū iterrogatiōe? uel næ p certe: & sine iterrogatiōe legetᷓ. ⁋ Astitui. Parari. ⁋ Aulas. Aula cū latinū ē signat² fictile: cum græcū atriū. ⁋ Pręstinatū: Inqt Fest. pstinare apud Plautū emere ē: hoc ē emēdo tenetᷓ. ⁋ Bū eē: Ab eo: qd est edo.

VALLA. Laridū qd sit

¶EXIgam ois maculas: ois pro oēs exigam: ammouebo: ac excludā. Multiplicem huius uerbi significationem nō est: ut pluribus pcurramus: quādo satis supq; ipse Nonius. ⁋ Laridum. non pinguedinē mō suillā: sed totā carnē illā salsam laridū dixerunt: ut inqt Macrobi.

Aeg. Respice. Er. fortuna qđ tibi nec facit, nec faciet, hoc
Me iubes. sed tu qs es? Ae. rspice ad me, Aegio sū. Er. o mihi
Hominū optumoq;, optume mihi i tēpore aduenis. (q̄tūst.
A. Nescio quē ad portū nact᷒ ubi cœnes, eo fastidis? E. cedo
Manū. Aeg. manū? Er. manū iq̄ cedo tuá actutū. Aeg. tene.
Er. gauđ. Ae. qd ego gaudeá? E. qa ego ipo. age gauđ mó.
Ae. Pol mœrores mihi anteuortūt gaudiis. Er. noli irascier.
Iam ego ex corpore exigam omneis maculas mærorū tibi.
Gaude audacter. Aeg. gaudeo, & si nihil sciá, quod gaudeá.
Er. Bene facis. iube. Aeg. quid iubeá? Er. ignem īgētē fieri.
Ae. Ignē īgētē? Er. ita dico, magnus ut sit, Ae. qd uolt uiri?
Caussa me ædeis incensurum censes? Er. noli irascier. (tuá
Iuben, an non iubes astitui aulas? patinas elui?
Laridum, atq; epulas foueri foculis feruentibus?
Alium Pisces præstinatum abire? Aeg. hic uigilás somniat.
Er. Alium porcinam, atq; agninam, & pullos gallinaceos.

quasi late aridū: per syncopā: Iuuena. Cognatis apponere lardū: dixit. Lardum appellans portionē pernę: quę in pruna: aut

Foculus qđ sit

sartagine torreri solet. ⁋ Foculis feruētibus: foculi uasa culinaria: quę foco admouentᷓ. ut Cato ostēdit. ⁋ Præstinatū abire: idest præ aliis emptum. s. pstinare apud Plau. emere est. i. emendo tenere. ⁋ Pullos gallinaceos. quem græci πωλον dicunt: nostri pullum: ut pullus equinus: ita alii. Ideo adiunxit gallinaceos.

PYLADes Respicio

¶RESPICE: idest retro aspice: id enim simpliciter significat respicio: ut pote cōpositum ex retro: & specio antiquo uerbo quod est aspicio. ⁋ Fortuna: quod tibi. respondet Ergasilus cum arrogantia summa: capiens uerbum respice: non simpliciter: ut fecerat ægio: qui id tantum dicere uoluit: uerte faciem: & oculos tuos huc: ut me uideas: qui sim: sed in ea significatiōe: qua charinus apud Terentium dixit pāphilo: age: me secundis in rebus tuis respice. Et inquit. Tu iubes me id facere: quod fortuna nec facit: nec faciet tibi: hoc est iubes: ut ego tibi faustus: fauensque sim: quod a fortuna impetrare non potuisti: quę te: ob filiorum amissionem ęgrum: & tristem nundum consolari uoluit: id quod a me accipere nunc uis: nam quæ nugatur Sarracenus legens: ne pro non: interrogatiue: uel pro certe: si ne interrogatione: umbræ sunt: & somnia. ⁋ Sed tu quis es: qui es ex codicibus antiquis scribendum est: & non quid est: ut legunt interprętes nostri: & tu addendum fuit metri necessitate: quia pes unus uersui defecisset. ⁋ Vt optume mihi in tempore aduenis: similiter & hunc ita scribi uersum metri ratio cogit: additis duabus dictionibus: ut: & mihi. ubi cœnes nactus: subaudiendum es: & ita scribendum metri ratione: non nactus es: ubi cœnes. ⁋ Pol mœrore anteuortunt gaudiis. tollenda fuit dictio: mihi: abundanter his interiecta contra metri rationem: anteuortunt autem pro præcedunt positum est: uel super. ⁋ Exigam: expellam: excludam. Exigere: ut Nonius asserit: est cui extorqueᷓ.

Exigere

Cicero de diuinatione. Et quum esset tritici modius sestertiis duobus: pro frumento in modios singulos: duodenos sestertios exegisse. Inquirere uel inuestigare. Virgili. Quærere constituit: sociisq; exacta referre. excludere. Plautus in Aulularia. Itaq; omnis exegit foras. Teren. in andria. Spectandæ: an exigendæ sint uobis prius. Debitum repetere. Cicero ad cassium. Sed non urgeo: longiores enim expectabo: uel potius exigam. Facere: seu cogere. Virgilius secundo ęneidos. Quos improba uentris: exegit cæcos rabies. Agere. Plautus in captiuis: Salue tyndare. Et tu cuius causa hanc erumnam exigo. Virgilius. Omnes: ut tecum meritis pro talibus annos: exigat. De finite: cōstituere. Virgili. Decreuitq; mori: tempus secum ipsa modumq;: exigit. Exactum uero trāscursum: & pręteritum significat. Virgili. tertio georgi. At tribus exactis: ubi quarta accesserit ætas. ⁋ Idem in eodem. Exactis grauidæ quum mensibus errant. Et primo georgico. Exactum ad mensem pluuię: uentisq; carebunt. Eleganter etiam exactū dicimus exhau-

Exactum

stum: & superatum. Seneca: Vt tot procellis tempestatibusq; exactis: aliquando in portuz ueniamus. ⁋ Sed iube: dictio sed: addenda fuit metri necessitate: nam mutilus: mancusq; incessisset. ⁋ Quid uolt uiri. uerba sunt ęgionis hæc intra se: uel summissiore uoce prolata. nam quum Ergasilus iussisset ignem ingentem: magnumq; fieri. ait ægio: uoce ut diximus summissa: quid uult uri iste? deinde altioribus uerbis inquit. Tu an me causa i & cætera. ⁋ Me causa incensurum ædis. Ita scribi uersum hunc concinnior compositio exigit. Dictio autem: tuan: finis est pręcedētis uersus. ⁋ Aulas astitui: non astitui aulas: quia uersus claudicaret. ⁋ Astitui: parari: constitui. ⁋ Aulas. hic pro fictilib² uasis accipit: & latinum nomen est: ollaq; appellatum: ut in aulularia diximus: quum autem atrium significat: græcum est. αυλη enim a græcis dicitur. ⁋ Elui: lauari: a uerbo luo. ⁋ Laridum: laridum: ut Macrobius ait: est caro salita: sic dictum: quasi large aridum. Dicimus etiam lardum absq; i Martialis. Et pallens faba cum rubēte lardo: quo uersu clare patet: lardum esse salitam carnem: non autem pingue illud suillum: quod uulgo lardum dicunt. Hanc salitam carnem succidiam quoque nominant. Cicero de senectute. Iam ortum ipsi agricolę succidiam alteram appellant: Varro secundo de re rustica. Et qui non audierit patres nostros dicere: ignauum: & sumptuosum esse: qui succidiam in carnario suspenderit. Succidium quoq; neutro genere appellatur. ⁋ Foculis feruescentibus: ita scribi cogit

Pręstinare

metri necessitas: nā si feruentibus legas: pes unus uersui deficiat: idest locis: ubi ignis fit: multo igne calentibus. ⁋ Pręstinatum: emptum: pręstinare enim: ut Festus inquit significat emere apud Plautum: hoc est emendo tenere: hæc ille uidetur autem uerbum: non a per & sto: ut quidam asserit: sed a precio: uel a præ & teneo compositum esse: & pręstinare. non pręstiuare scribi debere. ⁋ Scis tu bene esse: tu addēdum fuit metri ratione: nam pes unus uersui deficeret. ⁋ Esse: ab edo uerbo infinitus est: hoc est comesse.

¶Pernam:

SARACENUS

¶ PERnam: A pede dictam Varro insentit: & dicuntur tam priores q̄ posteriores coxæ: hoc autem loco pernā piscem itelligo: cū plura deinceps pisciū gn̄a cōmemoret: de pnis mētionē Pli. facit. lib. xxxii. cap. vii. natur. histo. his uerbis. Sunt. n. pnæ e cōchaꝝ gn̄e circa pontias isulas frequētissime: stant uelut suillo crure lōgo in harena defixæ: hiātesq̧: qua lipitudo est: pedali nō minus spatio cibū uenant: dētes in circuitu marginū hn̄t pectinati spissatos: i tus pro spondylo grādis caro est. ¶ Ophthalmiā: Hic piscis ab oculoꝝ magnitudine dictus est: quā uulgo dicimus oculatā: ophthalmos. n. dr̄ oculus: est in alia significatione ophthalmia morbus offendens oculos: quē celsus: & alii lippitudinē appellāt: licet Iulius pollux magis oculoꝝ ciuitatē ophthalmiā dici uoluerit ex corporis ægritudine. ¶ Horçus: Apd̄ Pliniū legit: scōber. salpa horus: scorpena: q̄q̄ uitiosum nonnulli sint arbitrati uerbū horus: & legēdū potius saureū esse: uel spaꝝ: hoc non cōtēdero: cōstat sine cōtrouersia horæum oino genus esse salsamēti authore athenæo: duo hæc salsamēti gn̄a referente: horæū uidelicet: & thunnū: hoc pingue: & illud macrū cōmendāte. Thynni. n. ut Pli. refert: abdomine cōmendant. ¶ Scōbrū: Pli. in. ix. scōbris in aqs sulphureus est color: extra qui cæteris hispaniæ cætarias: hi replent thynnis nō cōmeantibus. ¶ Triconū. Qui turtur uidet a nōnullis appellari trigon dr̄ a græcis: quē piscē latini pastinacā marinā uocāt: cuius mētionē facit Plinius in nono annumerās iter uenenata marina. nā in ipsis canda stat radius ꝑseutissimi ueneni: & arbores ifixus radici necat. Ausonius quoq̧: lætalisq̧ trigō dixit: uel si ꝑp uenenū trigonū aspnabere: lege triglā quē piscem nōnulli mullū: alii notiori uocabulo barbonē dixerūt: a græcis trigla dr̄: quo ēt noie romāi usi sūt: meminit hui⁹ piscis Iuuena. Martialis: Plinius. ¶ Cetū: Notauimus supra cetos dici maiores pisces: cetariosq̧ maioꝝ pisciū piscatores.

Horçū qd dicatur

Ac. Sis bene esse, si sit unde. Er. pernā, atq̧ ophthalmiam,
Horæum, scombrum, & trigonā, & cetū, & mollem caseum.
Ac. Nominandi istorum tibi erit magis, q̄ edundi copia.
Hic apud me ergasile. Er. me an me causa hoc cēses dicere?

Trricon quid sit

VALLA.

¶ SCIS bn̄ eē. i. nisi bn̄ absumere. ¶ Pernā. cū sus in partes binas diuidit: ac sale obruit: ps utraq̧ pna a Catone noiatur in rebus rusticis. Inuenias ēt pnā pro petasone poni: ut opinor: qa græci pternā calcaneū uocāt: inde pniones q̄si pterniones calcaneoꝝ scissuræ noiant. ¶ Ophthalmiā. a græcis ophthalmos: qui a nr̄is oculus: a græcis ophthalmia: quæ a nostris lipitudo: sed hic cibi spēs est: quç fortasse ex aliquoꝝ aialiū oculis cōponebat. nā hodie quoq̧ nō desunt: qui oculos in cibo tam in aqs uitā agentiū aialiū: q̄ in terris maxime appetant. nos tamē pro ophthalmia remur legendū optaleā: & interꝑtamur frustū assatæ carnis. Nam οπτελεος assatus dicit. ¶ Horreū: scōbrū: & trygonū. noia sunt pisciū. grçci tn̄ trygonē uocāt: ut sit noiatiuus trygon: quē nos pastinacā maritimā appellamus. De ipo Aristoteles ide aialibus nono. & Pli. meminit: annumeratq̧ iter uenena. Ausonius quoq̧. Littoreis diues spoliis: referunt ab unda. Corrhoco: letalisq̧ trygon: mollesq̧ platestæ. ¶ Et cætum. hoc uocabulo supra ostendimus maiores pisces dici: ut uituli marini: Delphin. Thynni. Balenæ: Xiphiæ: qui oēs: ut Psellus in secundo de ratione uictus docet: perniciosi sunt humoris: quia redundantissimi: & perinde saliuntur: ut in aliquē usum modo perducantur.

Ophthalmia quid

PYLAdes

¶ PER nā pnoæ a pedibus. dicitur: ut Varro sentit: & dicunt in sue tā priores q̄ posteriores coxæ: Ply. lib. viii. cap. qnquagesimo. Castrātur sues: quoq̧ uti cameli post bidui inediā suspēsç pnis prioribus: & ab haꝝ pnaꝝ similitudine piscis quoq̧ genus est: pna appellatus ex cōchaꝝ gn̄e: Ply. li. xxii. natu. hist. cap. vii. Sunt & pnç cōchaꝝ gn̄is circa pōtias isulas frequētissimç: stant uelut suillo crure lōgo. in arena defixæ: hiantesq̧: qua lipitudo est pedali nō minus spacio cibū uenātur: dētes in circuitu marginū hn̄t pectinati spissatos: itus pro spōdylo grādis caro ē. Et qm̄ ueteres pnas pedes uocabāt: qd̄ nomē hodie quoq̧ seruāt hispani hinc pnio appellat morbus pedū ex nimio frigore ꝓueniens: & calcaneū ꝓcipue ifestās. Ply. li. xx. cap. iii. est & rapo uis medica: pniones feruēs ipositū sanat. ¶ Ophthalmiū: oculatā piscē: q ab oculoꝝ magnitudine sic appellātur. οφθαλμος. n. oculus grçcis est. Vn̄ μονοφθαλμος. monoculus: qui & cocles: & desioculus quoq̧ appellat. In alia āt significatione ophthalmia morbū oculoꝝ significat: quē celsus: & alii lippitudinē appellāt: sicut xerophthalmiā: q̄ sit arida lippitudo: quū nec tumēt: nec fluūt oculi: sed grauescunt: quanq̄ Iulius pollux negat ꝓpriū aliqd̄ esse oculoꝝ uitiū: sed in eo uerbo significari tradit cauitatē oculoꝝ ex corpis ægritudine: ut Hermolaus barbarus rettulit in glossematis Plynianaꝝ castigationū. ¶ Horæū. Salsamētū inqt Athenæus: referēte hermolao in castigationibus Ply. cap. vii. li. xxxii. aut horçū est: aut thūniū. in horræo macra pinguibus: in thūnio macris pinguia ꝓferimus. ¶ Scōbrū. Scōbrus piscis genus est uō rari: neq̧ ꝓciosi: & ꝓpterea salsurç is quoq̧ prçberi consuetus. Ply. li. ix. cap. xv. Scōbris inqt in aqs sulphureus est color: extra qui cæteris. dicit & scōber in casu nominādi: ut gongrus: & gonger. Strabo. Herculis isula obiacet carthagini scombraria uocata: ꝙ ibi capiātur scombri: ex quibus optimum garum cōficitur. ¶ Trygonū. Errorem omnino esse in hoc uersu crediderim: neq̧ scribi debere horçum: neq̧ trygonum: quāq̄ ita in codicibus fere legatur & ita ab Hermolao barbaro citetur in castigationibus capitis septimo libro. xxxii. Plynii. Nam trygonum nusquā lectum est: sed trygona in casu accusandi: utpote a nominatiuo trygon: & non trygonus. Corne. celsus libro sexto. Et plani piscis: quā pastinacam nostri: trygona grçci uocant: aculeus torretur: deinde conteritur: resinaq̧ excipitur: quç denti circundata hunc soluit: uidetur autem trygon piscis esse: quem turtures aliqui appellant: pastinacam latini: ut supra. De quo Plynius libro nono capitulo. xlviii. inter uenenata marina loquens sic ait. Sed nullum usquā execrabilius q̄ radius super caudam eminens trygonis: quam nostri pastinacam appellant: quīn conchylii magnitudine arbores infixus radici necat: arma ut telum perforat: & cçtera. Ausonius quoq̧ de eo inquit referuntur ab unda chorrhocho: lethalisq̧ trygon. Quid si hoc loco: pro trygonum: triglam legas: quem piscem nonnulli mullum: uulgus barbonem nuncupat: græcis quidem: ut Suidas inquit. τριγλις est piscis genus: & in epigrāmatis: ut inquit: legitur. τριγλαν ἐπὶ ... καὶ φυκίδας ... ¶ Cçtum. Dicimus hic cetus: & pluraliter hçc cçte. significat autem pisces maiores maris: unde cetarii: ut Marcellus inquit: genus est piscatorum: quod maiores pisces capit: dictum ab eo: ꝙ cete in mari maiora sunt piscium genera. Virgili. Immania cete. Varro. Non animum aduertis cetarios quum uidere nolunt in mari thynnos ascendere in malum alte: ut penitus per aquam perspiciant pisces. ¶ Nominandi istorum: idest nomina recensendi: alioquin: nominādi ista uidetur rectius dici: uerba sunt ægionis per iocum ad ergasilum prolata magis inquit poteris hçc nominare: q̄ comesse hic apud me.

Ophthalmia

Horçum

Trygon

Cetarii

Ae. Nec nihil hodie, nec mlto pl⁹ tu hic edes, ne frustra sis.
Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas.
Er. Qui ita faciã, ut recupias facer̃ sumptũ, & si ego uetem.
Ae. Ego ne? Er. tu ne? A. tũ tumi igit̃ her⁹es? Er. imo bñ uo
Vin te faciam fortunatũ? Aeg. malim, q̃ miser̃ gdẽ. (lẽs.
Er. Cedo manum. Aeg. hem manum. Er. Di te oẽs adiuuãt.
Aeg. nihil sentio.
Er. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed iube.
Vasa tibi pura apparari ad rem diuinam cito,
Atq; agnũ afferri propriũ, piguẽ. Aeg. cur? Er. ut sacrufices.
Ae. Quoi deor̃? Er. mihi hercle. nã ego nũc tibi sũ sum⁹ Iup
Idem ego sum salus, fortuna, lux, lætitia, gaudium. (piter.
Proin tu deum hunc saturitate facias tranquillum tibi.
Ae. Esurire mihi uidere. Er. mihi equidem esurio, non tibi.
Ae. Tuo arbitratu facile patior. Er. consuetus puer.
Ae. Iupiter te, diq; pdãt. Er. te hercle, mihi æquũst gratias
Agere ob nuncium, tantum ego nũc porto a portu tibi bõi.
Ae. Nunc tu mihi places. abi stultus, sero post tẽpus uenis.
Er. Igitur si olim aduenissem? magis tu tum istuc diceres.

SARACENVS. ¶ Victi: Pro uictus quottidiani aũt dixit pro cõsueti & qdẽ parcissimi. ¶ Recupias: Idest ualde: magisq; cupias. ¶ Non es in senticeto: Festiua est percussio: iocat̃ enim ad uerbũ non sentio: a sentibus. i. spinis senticetũ dictũ: & sen-

Sẽticetũ qd sit

dicta qd̃ sentiatur: hic senticosum: spinosum: asperũ. ¶ Credo cõsuetus puer. Vt. s. patiaris: & subagiteris. ¶ Olim Iamdudum: uel aũ diximus ẽt signare futurum tempus: ut apud Vir. Horatiumq;. Nõ si mala nunc: & olim sic erit.

VALLA. ¶ NE Frustrassis. i. ne frustra accesseris. ¶ Quotidiani uicti. pro uictus. Nã q̃rtæ nunc: ueteres sc̃da fecere declinationis: ut fere facimus noia oia q̃ sint a uerbis similia pticipiis pteriti tpis. ¶ In senti. senticetũ uocat: ubi multæ sen-

Sẽticetũ qd sit

tes: & sentis a sentiẽdo: sicut sentinare. qd significat satagere: a sentina: quã multæ aq̃ nauis cũ recipit: piclitatur. Cecilius in ethriõe. Cũ Mercurio capit cõsiliũ: postq̃ sentinat satis sentes: cũ constet esse spinas. & Affrani⁹ in abducta dixerit: q̃ senticosa uerba ptorq̃t turba pro spinosis accipi debet. Sentũ uero Terẽ. horridum dixit. ¶ Propiũ a ppe. i. q. ppe aliud nõ sit q̃ pinguedo. ¶ Pinguẽ. i. saginatũ: uñ hoc pingue: sicut & pinguedo: & pinguetudo in eadẽ significatione: ut apud Varro & Plini. quicqd sit cõmentus: Seruius.

PYLADes ¶ NE frustra sis. i. ne tps teras in uoiandis hmõi cibariis: uel ne amittas meliore cõditionem: si fortassis alicubi tibi oblata est. ¶ Victi: pro uictus: genitiui casus est: more antiquo. ¶ Quotidiani. aũt pro cõsueti: & modesti: nõ largioris: & opipari. ¶ Recupias. i. ualde: & maxime cupias. ¶ Nihil sentio: deos. s. oẽs me adiuuare. Et hic est finis uersus pcedẽtis: alter aũt incipit: non. n. es in sen. ita metri rõne: & necessitate exigẽte. ¶ In senticeto: in loco spinis pleno. Sentis. n. dr̃ spina: ex eo dicta: q sentiatur: inde senticetu;: & senticosus spinosus: asper: est autẽ festiua responsio ergasili: alludens ad id: quod dixe at ęgio nihil sentio. ¶ Vasa apparari tibi pura. Ita scribẽdus est uersus: ut suis cõ-

Proprium

stet pedibus: nam si legas: uasa tibi pura apparari: ut legũt iterptes nři: claudus fiat: & uno pede mutilus. ¶ Propriũ: aptũ: & ad rẽ sacrificalẽ accõmodũ: uel ppriũ. i. qui uere agnus sit: & nõ peruenerit ad grãdiorẽ ætatẽ: aut certe propriũ. i. ex tuis: & non alienis. Nã: ut Noni. inqt: ppriũ est suũ uniuscuiusq;. Virg. vii. æneí. Nũc mihi da ppriũ uirgo fata nocte laborem. Varro in caprino plio. Nã uirtutẽ ppriã mortalibus fecit: cætera pmiscue uoluit cõia haberi: & significat diuturnũ. Sisenna hist. lib. iii. Tũ subito tacuit: atqui metu: & suspicione ppria capere nõ poterat qetẽ. Et perpetuũ. Virg. vi. æneí. Propria hæc si dona fuissent. Teren. in andria. Ego deor̃ uitam ppterea sempiternã arbitior: q uoluptates cor̃ ppriæ sunt. Quod aũt addit Pius iterpres: Quid si nõ ppriũ: sed ppẽsum scribis: hoc est adipatũ: habitiorem: & succulentũ? prorsus negligẽdum est: uti futile: & uanũ: quum sequat̃ in contextu: pinguẽ: sed qd pluris multo est: qa uersus eã dictionẽ nõ tolerat: utpote: quæ abũdãtẽ: & supfluentẽ ipsum faceret. ¶ Mihi equidẽ esurio. Ergasili uerba sunt: iocantis in uerba ægionis: qui dixerat: esurire mihi uidere: nam qa dictio mihi: nõ tantũ ad uerbũ uidere pro uideris positũ referri põt: ad qd̃ fecit senex: sed ẽt ad uerbũ esurire: ut sit uideris esurire mihi: Idcirco inqt parasitus: esurio mihi: nõ ãt esurio tibi. ¶ Tuo arbitratu: ægionis psona his anteponẽda est: qui audiens parasiti sub tilem illã: ac leuẽ nimiũ interptationẽ factã in dictione mihi: inqt. Tuo arbitratu facile patior: ut. s. tibi esurias. Ergasilus ãt obscœne uertens illa uerba ægionis: rñdet: Cõsuetus puer: hoc est: facile pati cõsueuisti ab usq; pueritia. Vñ ęgio rñdet. Iuppiter te diq; pdant. Ita. n. recõcinandæ sunt psonæ suis locis: ut sensus iteger resultet: & delẽda dictio credo: supfluo pposita uerbis illis ergasili: cõsuetus puer: quæ oia Pio & Sarraceno iterptibus nřis non minus corrupte: q̃ ignorãter: ac ruditer lecta sunt. ¶ Te hercle: parasiti uerba rñdentis ad ea: quæ ægio dixerat: iuppiter tediq; pdant. ¶ Porto a portu: ludit in similitudine uocabulor̃ de more suo poeta. ¶ Nunc tu mihi places: pręponenda his est psona ægionis: qui suspicans parasitũ ea uerba protulisse: ut sibi placeret magis: & ob id ei cœnam strueret: inqt: ueluti per cõtẽptum: nũc te mihi places: & hoc est: nunc te mihi placer̃ existimas ob hæc inaniloq̃ uerba: quasi diceret: nõ ppterea places: ¶ Abi stultus: uerba eiusdẽ ægionis sunt cõtinuata: qbus uti solemus: quum a nobis aliquẽ reiicimus: abi inqt cũ tuis his nugis: nimiũ distulisti aduẽtũ tuũ. ¶ Sero post tps uenis: uel ut diximus: mos loquendi consueto: uel referens ad cœnã: quã ei policitus fuerat dare. ¶ Igit̃ si olim aduenisse magis: legendum est: si olim: nõ olim si: qa uersui pes unus abũdaret: respõsio est parasiti ad ęgionis uerba: igit̃ inqt: etiã si tẽpestiuus uenissem: tu ẽt hoc dicturus eras: me. s. sero post tps uenire: ne cœnã mihi dares. ¶ Tu tñ. Ita scribendũ uidet̃: non tu: tum sensus cõcinnitate. i. tu nihilominus. Posset & alius sensus elici: sed obscœnior: hoc mõ: ut quũ ægio dixisset. Nunc tu mihi places: parasitũ digito: uel manu tãgere uoluisset: ut faciũt qui rem turpẽ affectãt pp qd̃ respõdeat parasitus: Abi stultus. q. d. discede a me: neq; me tangas: qa sero post tps uenis. i. qa ætas tua: ac mea iam nõ poscunt hæc. Et deinde subiiciat senex: Igitur: si olim aduenissem: quasi per iterrogationẽ: ac si dicat: me nõ reiecisses. Et iis rñdeat parasitus. Magis tu tum istuc diceres: & tum nõ tamẽ legat̃: ut habent codices. i. magis tũc dixisses. Nũc tu mihi places. Et hic sensus hoc modo: per personarum interiectiones electus: fortassis melior: & concinnior Plautinis iocis sit.

¶ Celoce,

SARACENUS. ℂCEloce. Et de celoce meminimus nauígio a celeritate dcō. ⸿ Suo cognomine: Vt. s. semp dicar saturus. ⸿ Aulidē sem: Philocratē. ⸿ Maton apollo? Idest p apollinē. ma. n. p. ton articulus: apollo accusatiu⁹ atticus. ⸿ Vt seruolū. s. uidi. ⸿ Næ tā corā: Nę pro certe tam articulus: corā aūt: pnestē: signiā: frusinonē: alternā: ciuitates festiuiter cōmemorans: de quibus habita mētio est a Strabōe in qnto geographiæ: sunt. n. latinorū oppida. ⸿ Quid tu Barbaricas urbes: Loqt̄ur græculus nā oēm nationē pter gręcā barbarā dixerunt. ⸿ Tuum uictū: qa dixerat supra: asper meus uictus est. ⸿ Quoius tunc natiōis. i. ætatis hoc loco: sed egio nationem intelligēs in ppria significatione p gente: uel populo: a quo duceret originē: inquit: cuius nunc est.

Nunc hanc lætitiam accipe a me, quam fero, nam filium tuū
Modo in portu philolemum uiuom, saluom, & sospitem
Vidi in publica celocæ, ibidemq; illum adolescentulum.
Alium una, & tuum Stalagmū seruom, qui aufugit domo.
Qui tibi surripuit quadrimū puerum filiolum tuum.
Ae. Abi ī rē malā, ludis me? Er. ita me amabit sctā saturitas
Aegio, itaq; suo me semper condecor & cognomine,
Vt uidi. Aeg. meū gnatū? Er. tuū gnatū, & Genium meum.
Et capteuom illum aulidensem. Aeg. μαγ απολλω?
Er. & seruolum
Aeg. Stalagnū, meū qui gnatū subripuit? Er. νη την κοραν.
Aeg. Iādiu? Er. νη την πραινεστε. Aeg. uēit. Er. νη την σιγνιαν.
Aeg. Certon? Er. νη την φρουσινων? Aeg. uidesis. Er. νη αλατριον.
Aeg. Quid tu barbaricas urbes iuras? Er. qa enim itē asperæ
Sunt, ut tuū uictum autumabas esse. Aeg. ue ætati tuæ.
Er. Quippe quādo mihi nihil credis quod ego dico sedulo.
Sed Stalagnus quoius erat tūc natiōis, quom hinc abiit?

VALLA: ℂIN publica celoce. supra celocem nauigii speciē a celeritate dicta. ⸿ Ita me amabit sancta saturitas. subandi edēdi: & bibendi: quā ut Fest. inqt. Plautus: pediā & bibesiā finxit sua cōsuetudine: cum intelligi uoluit cupiditatem edendi: & bibendi. ⸿ Maton apollo. ma iurantis aduerbium apud græcos: ton articulus. Apollo accusatino casu more atico dixit. ⸿ Et suulū. stalagmum. ⸿ Næ tam coram: næ iurantis aduerbium græcum: tam fœmininus articulus: cora oppidi nomē: sicut & quę secuntur oppidorum nomina barbara. Strabo lib. quarto. Ante hanc priuernu; est: & cora: & syes. ⸿ Tunc nationis: hoc est quot annos natus abusus uocabulo: ideo respondet ægyo. Cora qd sit

PYLAdes ℂNam filium tuum: dictio tuum finis ē huius uersus non principium sequentis: ut fere in codicibus legitur ita metri necessitate postulante. ⸿ Celoce: nauigiu; breue est celox a celeritudine dictu;: ut in asinaria diximus. ⸿ Stalagmum: nomen est serui illius: qui olim aufugit ab ægione: & abduxit eius filium quadrimum: uidetur autem fictum nomen: atq; usurpatum a Stalagmis: quæ ornamenta sūt aurium: ut inquit Festus: de quo uocabulo dicemus in menęhmis: super illo uersu Da mihi in auris facienda pondo duum nūmum stalagmia: ubi & pii: & Merulæ: & cæterorū deliriū ostendemus legētium spathalia. ⸿ Abi in re; malam: ita scribendum est. non: in malam rem: quia abūdaret uersus. ⸿ Cognomine: ut semper scilicet appellari possim satur. Cognomen: ut in uocabulario nostro diximus: est qd̄ nomini adiungitur: uel quod sequit̄ ad nomen: quacūq; id causa fiat: siue magistratus: uitium: discretio: uirtus euentus: siue ars: siue id cognatio reddit. Quod enim pene inueterauit apud quosdā: ut cognomē a cognatione: & genere tantum imponatur: agnomen autem ab euentu: penitus falsum est: quum appellatione cognominis: ea omnia propriis nominibus addita nuncupētur. Et nomē ipsum agnomen uix unq̄ repertum sit apud idoneos authores in ea significatione: quanq̄ a grammaticis nonnullis celebratum. Dicimus & cognomines eos qui eodem nomine appellantur. ⸿ Vt uidi: non: ut ego uidi: quia pes unus abundaret. μα τον απολλω. Non est interrogatio hæc ab ęgione facta: sed assertio negatiua. Non enim significant hęc uerba p apollinem tantum: ut uaniloqui: & gręcissantes: picarum more: Pius & Sarracenus interpretes garriunt. sed significant: nō per apollinē. Siqdē. νη. & μα. ut i mostellaria latius dicēus pticulę sūt apud gręcos iurātinę: sed significatiōe cōtrariæ. nam. νη. affirmationem. μα. autem negatione; in se continet: ut si dicamus. νη την κοραν ut paulo infra: significemus: ita per coram. Si autem. μα τον απολλω: non per apollinem. Quid quod & Pius in dictione hac apollo ostēdere uoluit: se græcum: quum inquit. απολλω και απολλωνα in accusatiuo casu græci dicunt. Sed quomō απολλω actūs fit si interrogetur: puto ut mutus fiet: & quid respondeat ignorabit. Scribenda sunt aūt hęc græce. μα τον απολλω. νη την κοραν. νη την πραινεστην. νη την σιγνιαν. νη την φρουσινωνα. νη το αλατριον. ⸿ Et ser. Scribēd ūest &: non ut: ut legit Sarra. ⸿ Stalagmum: delenda est dictio meum: quę hic præposita erat perperam contra metri rationem. νη την κοραν. Ita scribi debet: & non ναι: ut aiūt Pius & Sarracenus interprętes parum docti. ναι. enim affirmantis tantum est aduerbium: non iurantis: de qua in amphitry. diximus: & scribitur per diphthongum. ai. Cora autem: præneste: signia: phrusino: & alatrium: sunt latinorum urbes: a latina q; uia non distantes: de quibus Strabo libro quinto sic meminit: Postmodum deinceps in ipsa latina insignes sunt ædes: urbesq; ferētinum: & phrusino: iuxta quā cosas labitur flumen. Et infra. Vtroq; autem ex latino latere dextrorsum inter illam & Appiam: Setia. & Signia sunt: uini feraces: altera quidem pręciosissimi: alterius uinum est: quod aluum sistit: qd̄ signinum uocitant. Ante hanc: Prinernum est: & Cora & Syes: & pusilla quædam pręfectura: Velitręq;: & Altariū. De signigno quoq; uino Mar. inquit. Potabis liquidum signina morantia uentrem. Ne nimium sitias: sit tibi parca sitis. Quid tu barbaricas urbes iuras? Italicæ urbes sunt omnes prædictæ: sed ut gręcus loquitur: ad illum græce loquentem: qui omnem aliam nationem præter græcam: barbaram appellant. ⸿ Quia enim itē asperę: quia iqnit sūt tam asperæ hæ urbes: q̄ tu dicebas mihi pauloante: asperum esse uictum tuum. ⸿ Vt uictum autumabas tuū esse: non ut tuum uictum: quia pes unus uersui abundaret. ⸿ Cuius nationis: idest. cuius ætatis: quemadmodum: & natu grādis aut maior natu dicere solemus: utentes ea dictione natu: pro ætate: sed ægio accipiens nationem in propria significatione: pro gente: uel populo: a quo duceret originem inquit.

SARACENVS. Boia quid dicatur

¶ BOIVS boiā terit: Boia torquis dānatorū dicit: uel: ut placet Festo: genus uinculi est tā lignei q̄ ferrei: & Bola ciuitas est græciæ: ut Stra. memit in. viii. postq̄ malea est. locus est ergo Plautinissimus. Nā cū egio dixisset: cui⁹ nūc est: uidelicet natiōis: parasitus natiōnē capiēs in eadē signa͞nōe uidelicet ꝑ ppl̄o: & gēte: a qua ille eēt oriūdus subdit: si cuius nūc est. Boius boiā terit: Iocose alludēs ad boiā: tāq̄ ad ipsi⁹ seruuli pꝛiam: & natalē terrā: siue ad boicos pp̄los germaniæ: q hercyniā insulā icoluisse dicunt: ut Stra. autor ē: & meminit Mella Pō. signa͞re tñ uolens hoiem dignū laqo eē: & dignū suspēdio: uel poti⁹ ipm ferreis uiculis detētū eē: Id quod forte uerū erat: nā cū fugitiuus seruus capt⁹ fuisset: tūc cōpedibus merito destinebatur: & uict⁹ ducebat: & sic boiā tanq̄ uerbū āphibolū ꝑ uinculo: & ꝑ ciuitate pariter festiuiter expꝛssit: a qua nomen seruo dedit: ut & ipse boius tanq̄ a pꝛia boia diceret. Verbū aūt terit īndē duo signa͞t: unū uidelicet cōueniēs boiæ tāq̄ ciuitati: nā dicimus aliquē locū terrere. i. locū frequētare: & hitare: & alterū congruens boiæ. s. uinculo: nā ex nimio pedū: uel ceruicis attritu i uincula terunt: & cōpedes. Boiā aūt ꝑ uxore sibi datā subdit ad q̄rēdos liberos: propter ea q cū ea perpetuo fuerit addictus: & copulatus. ¶ Mānticinatus: Vancinatus. Mantice qd sit. Māticē. n. Cice. dixit diuinationē esse. i. ꝑsensionē: & scientiā rerū futurarꝫ. ¶ Dapinare: A dapibus nouatum uerbum.

Age quoius & nunc. Er. si quoius nunc est, Boius Boiā terit.
Liberorum quærundorum caussa ei credo uxor datast.
Aeg. Dic bonan fide tu mihi istæc uerba dixisti? Er. bona.
Aeg. Di immortales, iterū gnatus uideor, si uera autumas.
Er. An tu dubium habebis etiā, sancte quom, ego iurē tibi?
Postremo Aegio, si parua iuri iurandost fides,
Vise ad portū. Aeg. facere certust, tu ītus cura quod opust.
Sume posse, prome quiduis, te, facio cellarium.
Nam hercle nisi manticulatus probe hæc fuisti, petito,
Aeternum tibi dapinato uictum, si uera autumas,
Er. Vnde id? Age. a me, meoq; gnato. Er. sponden tu istud
Er. At ego tuū tibi aduēisse filiū respōdeo. (Aeg. spōdeo,
Aeg. Cura q̄optume potes. Er. bñ ambula, & redābula.

VALLA.

¶ CVius & nūc: quoniā natio nō mutatur: manens autem ergasilus in proposito respondet. ¶ Si cuius nunc est bolus boiā terit. idest suspendio mortuus est: quoniam ætas non mutata: supra admonuius boiā ad cruciandū genus instrumenti: bolus iactus appellatur: & sub mento pars eminētior: ut sit sensus cōuersio. bolus a boia teritur. ¶ Vxor data est: subaudi boia. ¶ Te facio cellarium. idest cellæ uinariæ: panariç: carnariç præficio: ut promus mihi: condusq; sis. ¶ Si manticinatus: idest uaticinatus: mantis eni græce uates latine. ¶ Tibi dapinabo: idest exhibebo a dapibus factum uerbum. ¶ Si uera autumas. i. refers: nā autūare est ēt cēsere: & dicere.

Mātes qd sit

PYLADes Boii

La. pergo illo. subagito blandis, & benedicis
Dictis. illæc forti fortuna fortius
Aures obserat. ego lemniam foras uoco.
Nam illæ tibi nutrix est, ne matrem censeas.
Ego te reduco, & reuoco ad diuitias, ubi
Tu iam locere in luculentam familiam,
Vnde tibi talenta magna uiginti pater
Det dotis, non enim hic, ubi ex tusco modo
Tute tibi indigne dotem quæras corpore.
Ph. An amabo meretrix illast, quæ illam sustulit?
La. Immo meretrix fuit. sed ut sit de ea re, eloquar.
Iam perducebam illam ad me suadela mea,
Anus ei amplexast genua plorans, obsecrans
Ne deserat se, eam suam esse filiam,
Seq; eam peperisse sancte adiurabat mihi,
Istanc, quam quæris inquit. ego amicæ meæ
Dedi, quæ educeret eam pro filiola sua.
Et uiuit inquit. ubi east inquam extemplo?
Ph. Seruate Di me obsecro. Me. at me Di perditis.
Ph. Quo illam dedisset, exquisisse oportuit.
La. Quæsiui. & dixit meretrici Melænidi.
Me. Meum elocutust nomen, interii oppido.
La. Vbi elocutast, ego continuo anum interrogo,
Vbi habitat inquam? duc, ac demonstra mihi.

itaq

Auectast inquit peregre hinc habitatum longius.
Me. Obstipat aquolam. La. quo auectast, eo sequimur.
Siccine agis nugas? periisti hercle, nec destiti
Instare usq; adeo, donec adiurat se anus
Eam mihi monstrare. Ph. ah. non missam oportuit.
La. Seruatur. sed se quandam aiebat mulierem
Suam beneuolentem conuenire etiam prius,
Commune qua cum id esset sibi negocium,
Et scio uenturam. Me. me indicauit, & suas,
Ac meas miserias alias faciam conscias.
Ph. Quid nunc uis facere me? La. intro abi, atq; aio bono es.
Vir si tuus ueniet, iube domi opperier,
Ne quæstioni mihi sit, si quid eum uelim.
Ego ad anum recurro rursum. Ph. lampadio obsecro
Cura. La. perfectum ego hoc dabo negocium.
Ph. Deos, teq; ego spero. La. eosdem ego, uti abeas domũ.
Me. Adolescens asta, atq; audi. La. meu mulier uocas?
Me. Te. La. quid negocist? nam occupatus sum ampliter,
Me. Quis istic habitat? La. Demipho dominus meus.
Me. Nempe istic est, qui Alcesimarcho filiam
Suam despondit in diuitias maxumas?
La. Is ipsus est. Me. eho tu, quam igitur filiam
Nunc quæritatis alteram? La. ego dicam tibi,
Non ex uxore gnatam, uxoris filiam.
Me. Quid istuc est uerbi? La. ex priore muliere
Nata inquam meo hero est filia. Me certo modo
Huius quæ locutast, quærere aiebas filiam.
La. Huius ego quæro. Me. quo modo igitur obsecro
Hæc est prior, quæ nupta nunc est. La. conteris
Tu tua me oratione mulier, quisquis es,
Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea
Natast hæc uirgo, Alcesimarcho quæ datur,
Ea uxor diem obiit, scis? Me. teneo istuc satis.
Sed ego illud quæro confragosum, quomodo
Prior posterior sit, posterior sit prior.
La. Prius hanc compressit. q̃ uxorem duxit domum.
Prius grauida factast, prius peperit filiam.
Ea postq̃ peperit, iussit paruam proiici.
Ego eam proieci, alia mulier illam sustulit.
Ego inspectaui, meus herus hanc duxit post ibi.
Eam nunc puellam, filiam eius quærimus
Quid nunc supina sursum in cœlum conspicis?
Me. Hei nunc iam istuc quod properabas, nihil moror,
Nunc intellexi. La. Diis hercle habeo gratiam.
Nam ni intellexisses, nunq̃ credo amitteres.
Me. Nunc mihi bonæ necessust esse in gratiis,
Quãq̃ esse nolo, rem palam esse intellego.
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis, q̃ illæc indicet me, ibo domum
Atq; ad parentes suos reducam Silenium.

itaq; primo rem ex lãpadisco cognouscit. ¶ Ab hyppodromo uideri: idest loco ubi ad cursum equi incitãtur: ippos enim equus: & dromos cursus. ¶ Extimuit tum illa? Interrogatiue legendum est: uisa est inquit: ne illa expauescere? cum dixisti uidisse te quid ageret. ¶ Cor salit. pre metu inqt melenis cor mihi micat: ac subsultat. ¶ Illæc te anus fortunis prohibet diuitiis maximis: dote altili: atq; opima: quę gnatã ne se deferas: uocat. Altile inqt. Nonius: nõ solum pingue ab alẽdo: uerum etiam opulentum. Plautus in cistellaria: fortunis ꝓhibet diuitiis maximis: dote altili: atque opima: &c. ¶ Vbi ex thusco modo: solebant enim tum thusci puellas ad meretricium q̃stũ ponere: quo ad dotem quæstu turpi comparassent: inde nubere: & in posterum seruare pudicitiam. ¶ Anus ei amplexa est genua capillo scisso: atq; excissatis auribus plorans. De indagine doctoꝝ uiroꝝ Noni. excissatũ inquit laniatũ: uulneratũ: hoc plautinũ citando testimoniũ. ¶ Obstipat aquulam pusillã aquam: inquit: obstruit ne ultra decurrat. prouerbium dictũ de eis, qui aliqua reticent: & student aliquo pacto tegere: sicut cum aqua lapsura erat: nisi quis modo illam conspecuisset. stipare enim in angustũ locum compescere: unde & stipem pusillam pecuniã dixere ueteres: ut ait Varro: quod in arculis obstipetur. Verbum natũ a stupa: qua rimæ occluduntur: stipes autem stipitis quo arboris trunco fit ab eo: quod greci dicunt stipos: a priore uerbo fit obstipus: idest inclinatus. Horatius: stes capite obstipo multum similis metuenti. Cicero in secundo de natura deorum. Atq; uno mentum radiantem sidere lucet: Obstipum caput a tereti ceruice reuulsũ. Obstipum in cauda maioris fingere dicas. Columella de suibus. febricitantium signa sunt: cum obstipę sues transuersa capita ferunt. ¶ Instare: pro instabam. ¶ Ecquas ad meas miserias. Ecce ad quas meas miserias faciam inquit participem. ¶ Domi operirier. ꝑstolari. Deponens enim operior prima producta præstolor. Correpta autem contegor significat passiuũ: cuius actiuum operio. Mar. aut operi faciẽ: aut tunicata laua. ¶ Quęstioni mihi scit: ne opus sit inquit quærere. ¶ Siquid eum tu adde uelim. ¶ Heo tu quam uos. interiectio heo est: itaq; aspirationem admittit. ¶ Conteris tu tua me oratione mulier. sensus est. Cum me ita occupatum distines mulier afflictas. ¶ Illud quæro confragosum, Disruptum: disiectum non cohærens. ¶ Supina susum: tam susum q̃ sursum

Alitile qd sit.

Stipare qd sit.

Susum qd sit.

dicimus prisciani testimonio. a susum enim suspicio. ⁋ Ei nunc iam istuc quod properabas. Ei antiquę dictum est: admonuimus enim supra tam Prisciani q̃ Quintiliani testimonio ueteres ante i producta posuisse e litteram: quę cogeret in diphthongon: quia igitur i iperatiuū producit e ꝑpositū habet: sensus eni est: ito quo te aiebas ꝑperare. ⁋ Nunc mihi bonę necessunst esse in gratis: necesse est inqt: et si nolliant sim bona: nā quod cognosceret melenis fore: ut aliena opera nempe eius q̃ puellas olim tradiderat silenium restituendam parentibus: putat ultro ipsam esse offerendam. ⁋ Prius pepit filiam: non priusq̃. ut Pius scribit:

VGOLETVS ET GRAP. SARACENVS. ℭ HIC additi duo uersus a Pylade: q desiderant in oibus codicibus. ⁋ Cuiam. & non quorum: ut aliqui codices habent: neq; cuium pro quorum: ut insulse exponit Pius. tum ex metri ratione: tum etiam ex antiquis codicibus: & recta grammaticæ lege.

ACTVS TERTIVS.

Melænis. Alcesimarchus. Silenium.



REm elocuta sum tibi oēm. sequere me mea Sileniū,
Vt eorum, quoiá esse oportet te, sis potius, q̃ mea.
Quanq̃ inuita te carebo. meū aium ego iducam tñ
Vt illud, quod tuam in rem bene conducat, cósulá.
Nam hic crepūdia isunt, qbus cū, te illa olim ad me detulit.
Quæ mihi dedit, parentes te ut cognoscant facilius.
Accipe hác cistellam Halisca, atq; agedū pulta illas foreis.
Dic me orare, ut aliquis intus prodeat. propera ocyus.
Al. Recipe me ad te mors amicū, & bene uolum. Si mī mea
Perimus miseræ. Al. utrum hac me feriam, an ab leua latus?
Me. Quid tibi st? Si. Alcesimarchū ferrū tenété nō uides?
Al. Ecquid agis? ne morare. lumen linque. Si accurrite,
Ne se interimat. Al. o salute mea salus salubrior.
Tu nunc si ego uolo, seu nolo, sola me ut uiuam, facis.
Me. Hau uoluisti istuc seuerum facere. Al. nihil mecū tibi.
Mortuus tibi sum, hanc ut habeo, certust non amittere.
Nam hercle iam ad me agglutinandū totam decretust daī.
Vbi estis? occludite ædeis pessulis, repagulis.
Ibo, hanc ego tetulero intra limen. Me. abiit, abstulit
Mulierem. ibo persequar iam illum intro, ut hæc ex me sciat
Eadem, si possum tranquillum facere ex irato mihi.

REm elocuta. Re oi detecta ultra puella ad parētes ducitur. ⁋ Crepundia. Sunt bullæ & puerilia ornamēta a crepādo. i. tinniēdo dicta: gaudent siqdē infantes hmōi crepitaculis. ⁋ Cistellā. In qua ipsa erant crepūdia: a q̃ amissa: & inuēta comoedia nomē habet. ⁋ Recipe me. Alcesimarchus inducit quasi sibi ex amore nimio uelit mortē cōsciscere. ⁋ Ecqd agis. Ad se ipsum loquitur quasi cunctantem & differentē mori. ⁋ Adglu
Gluten qd sit. tinandū. Gluten & glutinum latini dicunt: quod græci collam: unde glutino: coniungo. ⁋ Pessulis. Vectibus: qbus fores. occluduntur. ⁋ Repagulis. Festus inquit repagula sunt: quæ pate faciendi gratia ita figuntur: ut contrario pangantur: hæ & repages dicuntur. Vir. pedibusq; repagula pulsant. ⁋ Tetulero. Tollo apud antiquos tetuli.

VALLA. REm elocuta sū. Melenis cū de silentio: ut erat accepissē eā domo abducit: ut parentibus restituat intereundū audiunt alcesimarchum sibi mortē uelle consciscere: quē adeūt. is silenio uisa ei se totū agglutinat: ne amplius habeat. ⁋ Quod tuā in rē bene conducat consulā. Vt quod tuę cessurum sit utilitati potius prouideam. ⁋ Hic crepundia insunt. in cistula inquit hic sunt: q̃ asseruaui sedulo crepundia: nēpe ornamenta: q̃ a puellæ colo dependebant cū est ad necē exposita: sed apud Pli. uident posita crepūdia pro incunabulis lib. xi. cū inqt. semestris locutus est cræsi filius in crepūdiis: quo prodigio totū id concidit re-
Prodigū filii cræsi. gnum. ⁋ Aliquis intus prodeat. De loco rursum aduerbiū intus: ut exeat inquit aliquis. ⁋ Propera ocius. festina inquit: ut uoces quemq̃. ⁋ Lumē linque. uitā inquit hanc relinq: cunq; morte cōmuta. ⁋ O salute mea: salus salubrior. Visa silenio: cuius causa se neci dabat alcesimarchus: salutē ipsam uocat: & iā uitæ pareit. ⁋ Istuc seuerū: tam imane tam atrox. ⁋ Hāc: ut habeo. subaudi sileniū. ⁋ Ad glutinā: dum. ad allli-
Pessulnū. gandū glutē: q̃ colla græce dr: unde glutinare factū. ⁋ Pessulis uectibus: q pessum dimittant in limē pessuli dicti. Repagula sūt obstacula: ne ultra trāsire liceat: a repando dcā. ⁋ Ego ttulero: itrorsū ferā. Veles tollo tetuli facet ꝑter itū.

VGOLETVS ET GRAPA. ℭ CREPundia: oscitabat Pius: ut puto: quum hunc locū commentaretur: dicens Crepundia puerilia cunabula dici: quum cunabula: & cunę sint in quibus pueri locantur: dicta: ut ipse Pius inquit: quia inter motandū crepent. Sed proh iuppiter. cunę ergo in cistella una q̃ dum ferretur ab ancilla: ei per incuriam: uel pauorē decidit continebantur? ridiculū profecto nā crepundia: ut hic & alibi Plau. meminit: non cunæ: aut cunabula sūt: sed bullæ: ensiculi: crepitacula: & hmōi: q̃ pfecto in una cistella bene potuerunt cōtineri: ut latius in rudente Plau. ipse ońdit. ⁋ Pessul repagul.

ℭ Nulla

ACTVS QVARTVS.

Lampadio & Phanoſtrata.

NVllam ego me uidiſſe credo magis anum excruciabilem,
Quam illæc eſt,quæ dudum faſſaſt mihi,quæ ne inficias eat.
Sed eccam herã uideo.ſed quid hoc eſt,ꝙ ciſtella hic iacet
Cum crepundiis?nec quenquam conſpicor alium in uia?
Faciundũſt puerile officium,conquiniſcam ad ciſtellam.
Ph.Quid agis Lampadio?La.hæc ciſtella numnam hinc ab nobis domoſi?
Nam hinc ab oſtio iacentem ſuſtuli.Ph.quid nuntias
Super anu?La.ſceleſtiorem in terra nullam eſſe alteram.
Omnia inficiatur ea,quæ dudum confeſſaſt mihi.
Nam hercle ego illã anũ irridere me ut ſinã,ſatius mihiſt,
Quouis exitio interire.Ph.Di obſecro uoſtram fidem.
La.Quid deos obſecras?Ph.ſeruate nos.La. quid eſt?Ph. crepundia
Hæc ſunt,quibuſcum extuliſti noſtram filiolam ad necem.
La.Sana ne es?Ph.hæc ſunt profecto. La. perge hinc. Ph. hæc Sunt.La. ſi mihi
Alia mulier iſtoc pacto dicat,dicam eſſe ebriam.
Ph.Non ecaſtor caſſa memoro,nam obſecro unũ hæc gẽtiũ
Aut quis deus obiecit hanc ante oſtium noſtrum? quaſi
Dedita opera in tempore ipſo Spes mihi ſancta ſubuenit.

Haliſca ancilla. Lampadio. Phanoſtrata.

NIſi quid mihi opis Dii dant,diſperii,neq;
Vnde auxilium mihi,aut præſidiũ expetã,habeo.
Itaq; petulantia mea me animi miſeram habet,
Quæ in tergum meum ne ueniat,formido male,
Si hera mea tam ſecordem eſſe me,ꝙ ſum,ſciat.
Quam næ in manibus tenui,atq; accepi ciſtulam
Hic ante ædeis noſtras,ubi ea ſit neſcio.
Niſi ut opinor,loca hæc circiter excidit mihi.
Mi homines,mi ſpectatores obſecro facite
Indicium,ſiquis uidit,ſi quis eam abſtulit,
Quis ue ſuſtulit,& utrum hac an illac iter inſtitit.
Sed nonne ecaſtor ego ſum multo inſcitior,
Hos quæ rogem,aut quæ fatigem,qui ſemper malo
Muliebri ſunt lubentes.nunc ueſtigia
Hic ſi qua ſunt,iam noſcitabo,nam niſi
Nemo hæc præteriit,poſtꝙ intro abii,ciſtella hic
Iaceret,quid hic?hic periit opinor,illicet
Actũſt.me infelicem & ſceleſtam,nulla hic eſt.
Atq; neq; ego ſum uſꝙ,perdita me perdidit.
Sed pergam,ut cœpi,quæritabo ego hic tamen.
Nam & intus paueo,& formido foris,ita metus

SARACENVS. NVllam ego:Rediens lampadiſcus:forte in ciſtellulã incidit:quç e manibus exciderat lprouide ancille:ea phanoſtratç relata:illa agnoſci filięcrepũdia ¶ Ire inficias:ſiue iſiciari negare ẽ.¶ Cõquiniſcã.Inclinabo:uide No.¶ Omnia inficiare.Pro inficiabatur.

VALLA. NVllam ego me uidiſſe credo. Lampadiſcus rediens a lena: quæ faſſa fuerat ſilentium abſtuliſſe:nunc uero ibat iſicias: ciſtulam in uia tollit:ꝙ haliſcæ ancillç exciderat metu pculſe ex alceſimarchi morte. At phanoſtrata ſua cognoſci crepundia.¶ Magis anũ excruciabilẽ: uetulam quæ magis excruciet.¶ Quç ne inficias eat.Factũ neget eſſe:nã id inficiari eſt.nẽpe contra id:quod factũ eſt ire.¶ Conquiniſcã ad ciſtellã.Conquiniſcere inqt Nonius: & equiniſcere inclinari ſignificat Plau.in ciſtellaria faciendu; puerile:&c. huius uerbi prçteritũ inquit Priſcianus ẽ conquexi:uerbũ ipſu; natũ eſt ab eo:qđ antiqui cunire dixerunt onus uentris deponere:in qua re corpora inclinantur. ¶ Cia inficiate:tu lege inficiat.i.negat. ¶ Quouis exitio interire. Malim inquit quoquomodo mortẽ oppetere:ꝙ omittere me ab anu irriſũ iri.¶ Perge hinc.poſſunt eſſe uerba lampa.¶ Hæc ſunt.uerba phanoſtratç affirmantis illa eſſe crepundia:qbus cũ expoſita fuerat filia.¶ Caſſa memoro.i.inania abeo: qđ eſt careo carui caſſu;.Vñ caſſis retis ſpecies: & incaſſum aduerbiũ.i.fruſtra.¶ Spes mihi ſcã.Diuinitus cõceſſa:ſcm̃.n. inuiolabile:& incorruptũ a ſagminibus herbis inqt Vulpianus:nñ ſe legati romanoꝶ inuiolabiles oñdebant:ſicut & grçci ceritia inquit geſtabant.

Congniſcere quid ſit.

Caſſis qđ ſit.

SARACENVS. NIſi quid. Amiſſã in uia ciſtellã ir quçſita; haliſca ancilla. ¶ Petulantia:iprobitate qñq; petulantia pro laſciuia:ut illud:petulanſq; iuuenca.

VALLA. NIſi quid mihi opis. Ancilla haliſca:quã lampadiſcus ciſtulã ſuſtulerat multũ ſollicita qrit:tandẽ cũ phanoſtrata:& lãpadiſco habet uerba:unde & filia phanoſtratç cognoſcit. ¶ Niſi qđ mihi opis dii dãt:diſpii.Occidi iqt haliſca:niſi mihi dii tulerũt pſidiũ.¶ Me ai miſerã h;.i.aium meũ miſeria conficit.¶ Tã ſocordẽ ſciat eẽ.tã alienã a corde: ac p hoc ſtupidã.¶ Quã ne in manibus tenui atq; accepi:quã ciſtellã inqt ppetuo i mãibus nõ tenui.¶ Vtꝶ hac:an illac iter iſtiterit Qđ hũc locũ ſeqt:nos addidimus ex citato uetꝶ teſtimonio.¶ Datores beliſſimi negotioli ſenecis ſoletis eẽ.Senecis:qa ueteres ſenex ſenecis dclinabãt.¶ Negotioli:dditi negociis.¶ Illicet me. Affirmãtis uerbiũ: qđ i malã ptẽ ſere ſolet i uſũ ueñ.

Senex ſenecis

SARACENVS. ¶ ILLos holes: subaudi deceret. ¶ Hac aut illac. Scilicet pertransit. ¶ Socci: soccus calciamenti genus. ¶ Qua aufugit q̃dam. Nec ulterius loqui progreditur de cistella. Ideo appellat eam lampadiscus damnificam bestiam: q̃ intorte loquęretur. ¶ Inuoluolum. Est inuoluolus uermiculi genus: qui se inuoluit pāpino. ¶ Crepundia una. Sicut dicimus unas litteras: reliqua usq̧ in finē comœdiæ nota sūt: præter quos uidebis dimidiatos: & mancos uersiculos: ex quibus nullus prorsus sensus ellicitur: uidi præterea nonium allegasse quosdā de cistellaria uersiculos: qui nusq̃ apparent in comœdia: ob quæ nulli mirum uidebitur: si tot undiq̧ scatentibus erroribus lepidissimi poetæ sensus quandoq̧ depereant.

Augura. Inuoluol⁹ quid sit.

VALLA: ¶ ILLE nunc lætus. Vultuose legendus est: quia ironicos dictum. ¶ Aspice: & dispice. Aspice lōgius despice prope: ac deorsum. ¶ Astute augura. Calide coniecta. & anguro & auguror dicimus: ut assentio & assentior. tam pro conicio: q̃ p uerum capto augurium: q̃q̃ id seruio nō placet: quia auguror ad coniecturā uertit. ad augurium uero auguro. ¶ La. Tibi uerior lectio est: ut legatur est: & cum sequētibus magis quadrat. ¶ Sed is hac aut hac: qui inquit eam: sustulit hac: aut hac habuit iter. ¶ Ad nos attine: correctius legeretur ad duos: apparebant enī in puluere phanostratę & lampadisci uestigia. ¶ Socci uideo uestigium. Socco enim calciamento comici: ut cothurno tragici utebantur. ¶ At singulum uideo uestigium. Dispartitiua inquit Priscianus nomina: quę græci epimirizomena uocant: pluraliter dumtaxat declinantur: ut singuli. æ. a. bini. terni. quaterni. quini. seni. septeni. octoni. noueni. deni. uiceni singuli. uiceni bini: atq̧ ita deinceps: & centeni milleni: ac cum nominibus pluraliter dumtaxat declinatis coniungi putat: ut singuli ludi: cum spectacula significantur: bina arma. trinę litteræ: & id genus alia. Plau. tamen hoc loco: & alibi aliter ita & Cicer. & alios locutos uideo ut singulus. a. um. dixerint. ¶ Corium cistella: scribe corium cum cistella. ¶ Ecquem uidisti tollere. Dicito si quem uideris hic tollere cistellam. ¶ Nequam bestiam: & damnificam: idest uermiculum ut mox dicit inuolunlum: qui i pampinis obuolutus plurimum uites offendere perhibetur: ideo damnificam dixit: dicitur etiam inuoluulus herba: quæ late per alias herbas diffunditur: aut fruticí alicui obuoluitur ad cacumen usq̧ peruemens: flores albos producens: a pediculo angustos ab imolatos. titinalis gerens effigiem campaneli nomine uulgo uocitati: sicut ualuuli inquit festus fabulę folliculi appellati sunt quasi ualliuoli: quia uallo fabis excutiantur. ¶ Itidem hæc

Soccu3 qd sit.

Valuuli q dicantur.

Nunc utrobiq̧ me agitat illos hominis miseræ misereri. ille nunc lætus est,
Quisquis est, qui illam habet,
Quæ neq̧ illa illi quicq̃ usuist,
Mihi potest esse. sed nunc ego memet moror.
Quin hoc halisca, hoc inquam age, ad terram aspice.
Et despice, oculis inuestiga, astute augura.
La. Hera? hem tibi. Ph. quid est? La. hæc est. Ph. quis? La. quoi hæc excidit
Cistella. eccam locum signat, ubi ea excidit.
Ha. Sed is hac, aut hac. socci uideo uestigium
In puluere. persequar hac. iam hoc loco cum altero cōstitit.
Meis hic oculis turba se obiecit modo.
Neq̧ prorsum iit hac, hic stetit, hinc illuc exiit.
Hic concilium fuit, ad duos hoc attinet,
Si quis. atat singulum uideo uestigium.
Sed is hac abiit, contemplabor. is hinc huc iit.
Hinc nusq̃ abiit, actam rem ago. quod periit, periit.
Meumq̧ corium cum cistella. redeo intro.
Ph. Sunt qui uolunt te conuentam. Ha. quis me reuocat?
Ph. Bona fœmina, & malus masculus hic te uolunt.
Ha. Plus qui uocat, scit, quod uelit, q̃ ego, quæ uocor,
Reuortor. ecquem tu uidisti quærere hic
Amabo in hac regione cum crepundiis
Cistellam, quam ego hic amisi misera? nam dudum
Vt ad Alcesimarchum istuc omnes accurrimus,
Capillo scisso atq̧ excissatis auribus
Tumultuantem, ne se uita interimeret,
Timore puto excidisse cistellam mihi.
Disperii misera. quid ego heræ dicam meæ,
Quæ me opere tanto eam seruare iusserat,
Qui suos Silenium parentes facilius
Posset noscere, quæ meæ heræ supposita st parua,
Quam quædam dedit ei meretrix. La. hæc nostram rem
Fabulatur. hanc scire oportet filia tua ubi sit,
Signa ut dicit. Ha. nunc eam uolt suæ matri & patri,
Quibus nata st, ultro reddere. mi homo obsecro
Alias res geris. ego tibi meas mando. La. istuc ago.
Atq̧ istuc, quod tu fabulare mihi cibus est.
Sed inter rem agendam istā heræ huic respondi, qđ rogat.
Nunc ad te redeo, si quid opust dic, impera.
Et tu quid quæritabas? Ha. mi homo, & mea mulier,
Ego uos saluto. Ph. & nos te. sed qui quæritas?
Ha. Vestigium hic requiro, qua aufugit mihi
Quædam. La. quid id est, quidnā est, quod quæris? nescio.
Ph. Alienam ne, an familiarem hanc ego memorem?
La. Mala merx hera hæc, & callida. Ph. ecastor mihi
Ita uidetur. La. imitatur nequam bestiam,
Et damnificam. Ph. sed quidnam amabo? La. inuoluolum,
Quæ in pampini folio intorta implicat se. itidem hæc
exorditur.

Intortam orationem exorditur sibi,
Quid quæritas?Ha.cistellam adolescens hic mihi
Euolauit.La.in cauea latam oportuit.Ha.ædepol
Non præda magnast.La.mirum quin grex uenalium
In cistella infuerit una.Ph.fine ut dicat.
La.Si dicat quidem.Ph.age loquere tu,quid ibi infuerit.
Ha.Crepundia una.La.est quidam homo,qui illam se ait
Scire,ubi sit.Ha.at pol ille ad quandam mulierem,
Si eam demonstret,ineat magnam gratiam.
La.At pol sibi ille quidam uolt mercedem dari.
Ha.At pol illa quædam,quæ illam cistellam perdidit,
Eam qui dat,sibi esse quod ei det,negat.
La.At enim ille quidam sibi dari argentum expetit
Ha.At pol illa quædam mulier in nullast opera
Gratuita.La.commoda loquelam iam tuam,
Tibi nos prodimus ac confitemur cistellam
Habere.ha.at nos seruassit salus,ubi ea nunc est?
Ph.Saluam eccam,sed ego rem meam magnam tecum
Confabulari uolo,sociam te mihi opto
Ad meam salutem.ha.quid istuc est negocii?
Aut quis tu nunc es?ph.ego sum mater illius,
Quæ hæc gestitauit.ha.hic ergo habitas?ph.hariola es.
Sed quæso ambages mulier mitte,atq; hoc age.
Eloquere,unde hæc sunt tibi cito crepundia.
La.Mea hæc herilis gestitauit,non tua.
Ph.Ne obloquere.La.taceo mulier perge dicere,
Vbi east quæ gestitauit?ha.hic in proximo.
Ph.Istic quidem ædepol mei uiri habitat gener.
La.Ne obloquere rursus.perge porro dicere.
Quot annos nata dicitur?ha.septemdecim.
Ph.Meast.La.equolam hanc solis si detur,possum ego.
Ita mostulentus æstus nares attigit.
Ph.Quod quæritabam,filiam inueni meam.
Ha.At æquomst,per fidem quod creditum est tibi,
Ne bene merenti sit malo benignitas
Nostra,hæc calumnia tua profecto est.filiam
Et redditurast tibi tuam,& ea gratia
Domo profectast,cæterum ex ipsa obsecro
Exquiritote.ego serua sum.ph.æquom postulas.
Illius ego istam incesso malle gratiam.
Ha.Sed istanc cistellam te obsecro,ut reddas mihi.
Ph.Quid fit lampadio?La.quod tuust, teneas tuum.
Ph.At me huius miseret.La.sic faciundum censeo.
Da cistellam.tu intro hac abi cum istac simul.
Ph.Tibi auscultabo.tene tu cistellam tibi.
Abeamus intro.sed quod nomen est tuæ
Dominæ?Ha.Melænis.Ph.i præ,iam te ego sequar.

exorditur.Ordiri iquit festus est rei principium facere:unde & togę uocantur exordiæ.¶ Adolescens euolauit:idest sustulit quasi in uolam recipiens.est enim uola manus interioris ps media.sicut & pedis:un & uolare dictu.¶ In Caueā latā oportuit:quoniā proprium uolucrū uolare est ait oportuisse in cauea asseruari cistulam uolucrum ritu.¶ Grex uenalium.Multitudo bestiarum:quæ ad uendendum est exposita.¶ In nulla opera gratuita est.remunerare inquit non potest.¶ Hic intus ergo habitas?interrogatiuū est.¶ Ariolare.diuinas:unde & ariolus diuinus.¶ Hoc age:aduerte.¶ Hæc alūna est tua profecto:idest tua filia est.

Vola qd sit

¶ ACTam rem agis:prouerbium tractum a iudicata re:quia nefas est de ea iterum iudicare Teren.in phor.Ohe actum aiūt ne agas.¶ Inuoluolus ē uermis iuoluens se in foliis uitium:unde ab inuoluendo nomen accipit.M.Cato.cap.lxxxiiii.uocat illum cōuoluolum.docetq; quomodo pellatur a uitibus.Est præterea cōuoluolus herba nascens in frutetis nullo odore:plinius.libro.xxi.¶ Nonius Marcel.Mustulentum:& uinolentum:& fęculentum Plautus in cistellaria.Ita mustulentus æstus nares adtigit:ut si odor musti:aut musto oblitus:aut madens.

VGOLETVS ET GRAPA.
Actā rem agis
Inuoluolus

VALLA


Vid hoc negocii. Demiphoni domū redeūti occurrebāt multi memorātes: quo pacto eius inuenta esset filia. Lætatur ergo domum redens. Fabulantur per uiam: exponunt: memorant in uiam. Præuorti hoc certum est rebus aliis. Cunctis aliis rebus statui hoc præoccupare: atq̧ dignoscere.

VALLA.

E expectetis: recitatoris uerba sunt. Ornamenta ponent: quæ a saraco inquit induerunt scenica ornamenta exuent. Postrema in comœdia. In comediæ parte ultima.

QVINTVS ACTVS

Demiphō Senex. Lampadio Seruos.


Vid hoc negocist, quod homines fabulantur p uiā,
Mihi esse filiam inuentam. & Lampadionem me in foro
Quæsiuisse aiunt. La. here unde his? De. ex senatu.
La. gaudeo
Tibi mea opera liberorū esse amplius. De. &. n. nō placet,
Nil moror aliena mihi opera fieri plureis liberos.
Sed quid nam istuc est? La. propera ire intro ad finem tuū,
Filiam tuam iam cognosces, intus ibidem uxor tuast.
Abi cito. De. præuorti hoc certust rebus aliis omnibus.

Grex.


E expectetis spectatores, dum illi huc ad uos exeāt.
Nemo exibit, omnes intus conficient negocium.
Vbi id erit factum, ornamenta ponent. post id calicibus
Qui deliquerit, uapulabit. qui non delinquet, bibet.
Nunc ad uos spectatores, quod reliquom relinquitur.
More maiorum date plausum postrema in comœdia.

SARA
CENVS

In argumentum epidici.



Thenienfis periphanes mulierē cōprimit epidauri: ex ea suscipit filiam. Quę urgēte bello hostiū fit pda: fili⁹ huius stratiphocles inscio pře amabat fidicinā: cuiq̧ ei opus eēt pecunia: quā lenoni traderet. Epidicus seruus oportune cōfingit falatiā: suadet periphani hāc redimi p filia: hoc pacto senex mulctaŕ pecunia: domiq̧ hēt p filia. Stratiphocles domum rediens exercitu: prioris amoris immemor mercaŕ ingenuā uirginē ex hostiū pda: hęc erat ea periphanis filia iā hostiū potita. Sicq̧ sororē iscius pro captiua redemit: cuius amore captus: urget epidicū inuētis opus eē q̄dragita minis danistę ut denŕ p mercata uirgine: mox epidicus nouū est cōsiliū: nouū cōmētus dolū: herum periphanē cōuenit: nuntiat aduentare filiū: illūq̧ deperire fidicinā: p q̄ daturus pecuniā ē: ut emittaŕ māu: pŕ timēs filio: a seruo expetit cōsiliū: ille uafer suadet senex prior fidicinā emat: frustrabitur q̧ hoc pacto adolescēs suis amoribus polliceŕq̧ de empta uirgine futurū lucrū: uenturū. n. militē iqui multa pecunia: q puellā redimat: placet cōsiliū seni: dat seruo petitos nūmos: q postrēo daŕ p credita fidicina: epidicusq̧ ut rei fidē faciat: cōductā aliā p̄cio fidicinā p ēpta subiicit. Interi aduenit miles amore illectus prioris fidicinæ: quā periphanes emerat pro filia: eā sibi poposcit dari: periphanes eā ratus: quā seru⁹ postrēo emi suaserat: ultro cōsentit militi: q dū suā nō eē asseuerat: eā tādē inuenit nō emptā: sed cōductā p̄cio: dolusq̧ hoc pacto detegiŕ epidici: postrēo ex epidauro mulier adiēs q̄situra captiuā filiā: incidit in periphanē: agnoscūt se iuicē: is reuelat eē redēptā coem filiā: qua mulier cupiēs āplexari suā negat eē (ut uidit) gnatā: sicq̧ p filia inueniŕ empta fidicina. Periphanes ira pcitus pdere q̄rit epidicū: sed ille dū intueŕ ēptā postremo puellā: nouit herilē eē filiā: idicat stratiphocli iuētā sororē: & agnitā. Rerū hāc iscius piphāes icidit i epidicū: minatur suppliciū ob fictos dolos: is ultro præbet ligādas māus. Tādē re cognita ēptā postrēo herilē esse natā: epidicus seruus: cuius factū hoc obuenerat opera: libertate donaŕ.

Epidici argumentum.

VALLA.


Eriphanes filiū hūit stratiphoclē ex uxore. At ex epidaurēsi muliere telestidē filiā: hanc igiŕ epidico seruo mādat exq̄rēdā: siqdē illā ab hostibus captā audiuerat. At fili⁹ stratiphocles fidicinā amabat: mādat itaq̧ epidico: ut quoquo mō pecuniā cōpiat: quo in suā pueniat ptātē. Epidicus icognitā piphani fidicinā p filia subicit. Dat piphanes pecuniā epidico: q̄ redimiŕ: fidicina filiā suā ratus: proq̧ filia h3 domi. stratiphocles io exercitū ire cōpelliŕ: itaq̧ fidiciæ missos amores facit: aliāq̧ amat filiā qdē piphanis ex epidaurēsi muliere: s3 stratiphocli nō cognitā sororē eē: itaq̧ dispoliat⁹ stratiphocles ab hostibus domū rediēs narrat epidico se nō amare fidicinā: s3 aliā: q̄ ab hostib⁹ capta foret: & pinde pecuniā ueniret: q̄ ea liberareŕ: epidicus igiŕ piphanē adit: quē facit certiorē captiuā quādā filiū adamare stratiphoclē: quā & miles qdā plurimū adamabat: hortaŕ itaq̧ piphanē eam emat: ne fili⁹ corrūpaŕ: ipm piphanē ex ea lucrū facturū eximiū: siqdē miles eā quouis magno sit p̄tio redēpturus: loco itaq̧ huius: q̄ diligebat filius: subornat fidicinā epidicus: cui ait uelle periphanē fidibus cani in nuptiis. ratus periphanes eā eē: quā miles adamabat piter & stratiphocles eā seruat dōi: miles domū adit piphanis: qd inaudierat redēptā: quā adamabat mulierē: quā cū periphanes adduci iussisset: eāq̧ eē negaret miles: quā q̄rebat aduersus epidicum grauiter idignat⁹ ē. Mox epidaurēsis: quā cōpsserat oli periphāes ipm adit piphanē: qd accepat suā filiā a stratiphocle redēptā eē: senex fidicinā pduci iubet: quā filiā eē putauerat: at a mulieŕ fit certior illā ñ eē: & pinde grauissime ira succensus piphāes i epidicū apocidē senē sibi adhibet sociū ad lora coemēda: & exq̄rēdū epidicū: quo & uiciaŕ & mulcteŕ. Interi stratiphocles & epidicus cognita muliere: quā apd se hñs redemerat stratiphocles esse piphāis ex epidaurēsi filiā ipam nesciēte piphane: epidicus domū agit: ob quā rē factus audacior epidicus ultro se piphani offert: cūq̧ ēt ulciri uoluisset: dōi docuit periphanē sua opera cōpertā habere filiā: itaq̧ eo astu libertate donatus ē epidicus.

VALLA.


Ominū ppriorū etimologiæ. Periphāes dcūs: qd perii signet circū: & phęnome appro. nā futurū huius uerbi phanūe ē: qd circuauit epidicū cōperiat: piphāes. i. cōspicuus: qm nomē eius cōspicuū: & cognitū: uel qd ipe se: ut apd militē celebrē faciat: qa peri signat circū: & phœno luceo: Apocides āt senex dcūs: q̄si secernēs se a piphāis cōsortio. Nā apocido secerno signat. Ait siqdē ad piphanē: dico tibi iā: ut scias alius tibi te comitē melius q̄rere. Telestide mulier: exactæ formę dŕ: nā telo perficio signat: & idos forma dŕ.

Epidicus

Epidicus:qa epidichnymi significat ōndo:multa siquidem ostendit. Stratiphocles.quia stratos dr̃ exercitus.phos.uir.cleos gloria:quod gloriam sibi in exercitu uoluerit cōparare. Tesprio seruus:a tesprotica regione. Chæribullus adolescens:qa chæro gaudeo significat:& bullæ consilium:gaudet enim consulere stratiphocli.

Calliopius



M.Actii Plauti Epidicus.

Argumentum.



Emit fidicinam,filiam credens senex
persuasu serui,aliam qui conducticiam
iterum pro amica ei subiecit filii.
Dat herili argentum,eo sororem destinat
Imprudens iuuenis.mox compressæ,ac militis
Cognoscit opera sibi senex os sublitum,
Vt ille amicam,hæc inquirebat filiam.
Sed gnata inuenta,seruolum emittit manu.

PRIMVS ACTVS.

Epidicus. Tesprio. Serui duo. VII.



Heus adolescens.Te.quis properantem me, præhendit pallio?
Ep.Familiaris.Te.fateor,nam odio es nimium familiariter.
Ep.Respice uero tesp̄irio.Te.oh.epidicum ne ego nunc conspicor?
Ep.Certe oculis uteris.Te.salue.Ep.Dii dent quæ uelis.
Ventre saluom gaudeo.Te.quid cæterum?ep.esse qd̄ assolet.
Cœna tibi dabitur.Te.spondeo.ep.quid?Te me acceptarum,si dabis.
Ep.Quid tu anté,agis ut uelis?Te.exéplum adesse intellego.
Ep.euge,corpulétior uidere,atq; agilior.Te hac gratia.
Ep.Quam quidem te iamdiu perdidisse oportuit.Te.minus



Emit fidicinā senex.s.periphanes.⁋ Credens:filiam captā.s.ab hostibus.⁋ Serui.Epidici.⁋ Filii.Stratiphoclis.⁋ Cōductam.Scilicet aliam fidicinā precio:& non eam quā amare filium simulauerat.⁋ Sororem.Non cognitā:cuius amore inscius adolescens detinebat̃.Cōpræsse.Eius uidelicet mulieris:ex qua periphanes filiam susceperat.⁋ Ille:Scilicet miles.⁋ Hac.Ipsa eadem mulier. SARACENVS.



Senex.periphāis.Serui epidici.⁋ Conductam iterum:subaudi aliam fidicinam:⁋ Pro amica filii.Loco illius:quā amabat filius.⁋ Ei.Periphani subiecit.⁋ Dat herili argētū:epidicus inqt dat stratiphocli a periphane sumptū argētū.⁋ Eo:subaudi argento.⁋ Sororem præstinat.præoccupat ademendū.⁋ Imprudēs iuuenis:stratiphocles suā se emisse sororem nescius.⁋ Cōpssæ:epidaurēsis mulieris.⁋ Ac militis:quem oportuit amasiā redimere.⁋ Sibi senex os sublitum:se deceptū eē.⁋ Vt ille amicam.Miles inqt amicam quærebat.⁋ Hic subaudi senex.⁋ Seruolum:epidicum. VALLA.



Heus adolescens.Inducuntur cōserui duo epidicus alter:q domi māserat:alter tesprio:q Stratiphoclem comitatus fuerat i exercitū:hi primū se inuicem adeūt seruili more:postremo epidicus de stratiphocle percunctatur.⁋ Habitior:Pinguior:habitudo enim est corporis habitus. SARACENVS

Habitudo quid sit



Heus adolescēs.Epidicus tesprionē seruū:qui cū stratiphocle in exercitū ierat:redeūtē ab exercitu salutat.De cōi hero piphanis filio cognoscit.⁋ Certe oculis uteris:posteaq̄ me conspexisti usū hēs oculo℞:ridicule dixit.Cōspicio & cōspicor dicitur in eadem signatōe.Actiuū alterū.Deponēs alterū.⁋ Agis:ut uelis.nūqd uitā ducis ex tua snia.⁋ Exēplū adeē itellīo.Tu me adeē inqt uides uerū ergo potes tu cōtemplari.⁋ Euge:blādiētis uerbum.⁋ Corpulētior uidet̃:atq; habitor mihi inqt uideris pinguior factus:& melius toto habere corpore.Dona.quæ habitudo deest corporis.Plau.in epidico:corpulētior hercle:atq; habitior. VALLA.

Conspicio & ɔspicior dicitur.

⁋ IOannes Baptista Pius maxima oppletus inscitia:dū materiā huius fabulæ nō intelligit:adeo labitur illā cōmētatus:ut hoc precipue pricipio somniare uideat̃.⁋ Nā rōnē carminis nō hūs:quæ illi ducē pstitisset:legit scdm hic uersum.⁋ Persuasu serui:atq; cōductū:pudor imēsus:& uel ab interpte nouicio detestādus:dū trimetro iābico quattuor tm̄ pedes tribuit:cui sex oino debeant̃:pterea æquocat de fidicina.nā putat unā:eādēq; fidicinā & emptā primū:& coductam postea:atq; subiectā pro amica filii:quū duæ fuerint una:quā ut senex emeret:epedicus fecit:psuadens filiam esse.altera:quā coduxit epidicus:ut caneret fidibus:dum sacrificaret senex:sed hanc emptam a se fuisse illi persuasit seni:atq; amicā filii eē:ad senēq; deductā:ut illā aliquo mitteret:ne aduenienes filius eā reperiret:propterea uersus ille sic scribi debet.⁋ Persuasu serui aliam:qui conducticiam:& ratione metri habita & sententiæ. VGOLETVS ET GRAPA.

Locus restitutus

SARACENVS ¶ CVRriculo. Satis celeriter. ¶ Scurra. Vt ait flaccus ab assequēdo dictus. ¶ Caprigenū: atq; pātherinū. ¶ Quia uariata coloribus sunt animalia: & maculis distincta: per haec. n. uerba datur intelligi: non recte ualere: q uariae ua- lēt. ¶ Pugilice: atq; athletice. Valide: & robuste. ¶ In uidulo. Saculo: siue mātica. ¶ Melina. A Festo dicitur melina ti- biae genus acutissimi soni. At hoc loco melinā capimus pro uestimento: Iulius polux de uestimētis theatralibus locu- tus inquit: cādicātia in primis habebant uestimenta peregre ueniētes: uel phea: uel melina: uel glaucina: erit ergo me- lina uestimenti genus a colore: qui medius ē inter albū: & fuscū. ¶ Ius dicis: Iure loqueris: sed uerbum ea significatio- ne capit epidicus: qđ ē ius reddere: cū dixit: me decet: ꝓpterea subdit iocose tesprio: iam tu nobis p̄turā geris: ¶ Ad hostes transfugerunt. Quia fuerat ca- ptus in bello: & factus hostium prędа.

Mulciber unde dctū sit ¶ Mulciber. Vulcanus dictus: q mul- ceat imbres. ¶ Arma fecit. Hoc loco tā- git id: qđ diffusius apud Homer. legiť de achilľ armis. Nā cū achilles idigna- tus aduersus agamēnona in aciē ꝓdiť desiisset: ingentemq; ꝓpterea graeco- rū stragē hector securius insultās ędi- disset: Patroclus achillis induit arma dimicaturus cū Hectore: at patroclo i- terempto ferunt hectorem: illū armis achilleis exuisse. Quare achilli in bel- lū ꝓficiscenti Thetis mater a uulcano fabrefacta arma p̄buit. Ideo dicit: tu- ille pro gnatus Theti q̃si cōparet: & assimilet achilli stratiphoclem: cuius armis poti sunt hostes: dř Thetis pria aspirata achillis mř uxor pelei thessa- liae regis: & facit thetidis: tethys autē aspirata secūda: & cū y facit tethyos & dicitur uxor oceani: q̃que latine sala- tia noiať. & deā piter ē nymphaꝝ mř.

VALLA. ¶ RApio ꝓpalā: quia dixit se min9 furtificū. i. furtū facere & furtū a fure

Furtū undē dictum dictū nemo dubitat: & fur sine qđ ab ātiqs graecis phor diceretť: ut tam iuris cōsultis: q̃ prisciano placet: sine a fur- uo. i. occulto: & tenebroso tempore: ut rursum iustiniano nonioq; uidetur: si- gnāt omnino furē clāculum moliri: alie- na subtrahere: iō ait: rapio propalam. ¶ Te infelicitent: infelicē agāt. ¶ Cur- riculo occepi sequi: statim inquit cum

Iam furtificus sum, q̃ antehac. Ep. quid ita? Te. quid ita rapio
pro palam.
Ep. Di imortales te infelicitent, ut tu is gradibus grandibus.
Nam ut apud portum te conspexi, curriculo occoepi sequi.
Vix adipiscendi potestas modo fuit. Te. scurra es. Ep. scio.
Te esse quidē hominē militarē. Te. audacter quid uis dicito.
Ep. Quid agis? perpetuom ualuisti? Te. uarie. Ep. qui uarie
ualent,
Caprigenum hominum non placet mihi, neq; pantherinum
genus.
Te. Quid uis dicam, nisi quod est? ep. ut illa respondeas ꝓbe.
Quid herilis noster filius? ualet. Te. pugilice, atq; athletice.
Ep. Voluptabilem mihi tuo aduentu attulisti nuntium.
Sed ubi is est? te. adueni simul. ep. ubi ergo st. nisi si i uidulo,
Aut si in mellina attulisti. te. Di te perdant. ep. te uolo.
Percontari, operam da, opera redderetur tibi. te. ius dicis.
Ep, Me decet quidem. te. iam tu autem nobis praeturam geris?
Ep. Quē dices digniorē esse hominē hodie Athenis alterū?
Te. At unum a praetura tua epidice abest. ep. quidnā? te. scies,
Lictores duo, duo uiminei fasces uirgarum. ep. uae tibi.
Sed quid ais? te. quid rogas? ep. ubi arma sunt Stratiphocli?
Te. Pol illa ad hostes transfugere. Ep. arma ne? Te. atq; qui-
dem cito.
Ep. Serio ne dicis tu. te. serio ne inquam, hostes habent.
Ep. Aedepol facinus improbū. te. at iā añ alii fecerunt idem.
Erit illi illa res honori. ep. qui? te. quia ante aliis fuit.
Mulciber credo arma fecit, quae in bello babuit Stratiphocles.

te uidi secutus sum: curriculo ergo aduerbiū. quādoq; a curru diminutiuū. Hor. sunt quos curriculo puluerē olipi- cū: collegisse iuuat. q̃nq; pro cursu pōiť Ci. ꝓ marcello i illo usu uetere curriculo. ¶ Vix adipiscēdi potestat. Vix igt potui tibi itinere adaeq̃ri. ¶ Scurra es. Festus scurrae uocabulū uerius ieptissime: ut ex graeco tractū. α otouσχειν

Scurra unū dictus aut ab asseq̃ndo: cui magis assentiť: & tenuioru fortunae hoies: & cęteri alioq: q honoris gr̄a ꝓseq̃rent quēpiā nō añce- dere. sed seq sint soliti: quia uidelicet Lucilius Cornelius. P. noster scipiadas dicto tp̄s: q̃ intorquet in ipsum oti: & delitiis luci efficite: atq; cynedo: & sectatori adeo ipsi suo: quo rectius dicas: ibat forte domū: sequitur multi: atq; fre- quētes cōsecutos uideri uelit ob eoꝝ iurgia: nō ob assecutū officiū. ¶ Hominē militarē. Ac si dicat cōtinētem: sed uul- tuose legēdū ē. ¶ Perpetuon ualuisti. An bñ sp habuisti. ¶ Caprigenū hoiuꝫ: nō plꝫ mihi: neq; pātherinū gen9. Quia te- sprio se uarie uoluisse r̄nderat ait epidicus sibi id genus hoium nō placere: qđ caprigenū: patherinūq; sit. Haec. n. aia- lia uarii sunt coloris. ¶ Pugilice: atq; athletice. Valet inq̃t: ut pugiles: & athletae: estq; idē fere dicere: uā qui pugil la-

Pugil qui dicatur tine: athleta graece: qa athlos tā certamē: q̃ certaminis primū dř: ē ergo expositiōis cā dictū: ut fieri frequenter solet. ¶ Voluptabilē mihi nūtiū. Voluptate refertū. ¶ Nisi si i uidulo: uidulū sacculū dicit: i quo aliq̃d asseruať: uñ & Pla. uidularia: & i rudēte: uidulū excidisse lenōi dicit: ubi lenōis fortunae erāt collocatę. ¶ Aut si in melina attul. Melina: iq̃t festus: genus tibię acutissimi soni. uictrum9 patoriū uero ex ipsis locis: uñ fodiť: hꝫ nomē eadē rōne melinū: qđ et9 uis metalli isulę cycladi melo dř eē. Pli. i. xxxv. Melinū auripigmētū apianū. Iul. āt polux de theatri uestimētis. Qui āt iq̃t miseria circūuēti: aut alba hñt uestimēta ꝓcipue fugaces: uel ꝓtusa: uel milęna: uel melia: uel glaucia: ergo qa pe- gre uēiebat tesprio: & secū herilē filiū aiebat uētitasse ludēs epidic9: aut ipa iq̃t herū attulisti: si tecū uenit: aut i melia:

Mulciber unū dcūs sit hoc ē: hoc theatrali uestimēto. ¶ Opā da. i. audi. ¶ Opa reddeť tibi. Te audiā. ¶ Ius du. Magistratus ius dicit. ¶ Prę- turā ge. qa dixerat ius dicis. ¶ Mulciber. c. a. f. Mulciber uulcanus a mulcēdo ibre: qa id ignis ꝓstat: cui9 grūs ē mulce-

VGOLETVS ET GRAPA. beris uel bris. ab ibre. n. fcā: ut ēt Pris. docet: tertię sit iflexiōis: ut septēb: octob: & reliq̃: erāt ergo q sec9 putāt grāmatici. ¶ Pugil gręce πυκτης Pli. li. vii. pyctē ꝓ pugili posuit. idubitatū exēplū ē nicei nobiľ pyctu byzātii gēiti: Et si ibi le- gať poetę ꝓ eo qđ ē pyctu: itꝑs opiať pugilē eē: q dicať pyxaghathos a Mar. uideāt alii dcōes sup ābo pugilic. g. πυξ.

Transfuolauerunt ad hostes.ep.tum ille prognatus tethi,
Sine perdat,alia apportabunt ei Nerei filiæ.
Id modo uidendum,ut materies suppetat scutariis,
Si in singulis stipendiis ad hosteis exuuias dabit.
Te.Supersede istis rebus iam.ep.tu ipe ubi lubet finẽ face.
Te.Desiste percunctari.ep.loq̃re ubi ipse ẽ Stratiphocles.
Te.est caussa,qua caussa mecũ ire uerituſt.ep.qdnã idest?
Te.Patrẽ se uidere nõ uolt ẽt nũc.ep.quapropter.te. scies.
Quia forma lepida,& liberali captiuam adolescentulam
De præda mercatuſt.ep.qd ego ex te audio?te.hoc,quod fa
bulor.
Ep.Cur eam emit?te animi caussa.ep.quot illic homo ani-
mos habet,
Nam certo priusq̃ hinc ad legionẽ abiit domo.ipse mihi
Mandauit ab lenone ut fidicina,quam amabat sibi
Emeretur.id ei ego impetratum reddidi.te.utcunq;
In alto uentuſt epidice,ex imo uelum uortitur.
Ep. Væ misero mihi,male perdidit me.te.quid istuc? quid/
nam est?ep.quid?
Istã quã emit,q̃ti eã emit? te uili.ep.haud ego istuc te rogo.
Te.Quid igit?ep.quot minis?te.tot,q̃dragita mis.ep.id
Adeo argẽtũ?te.ab danista apd thebas.ep. sumpsti fœnore?
Te.In dies minasq; argẽti singulas nũmis.ep.p.pæ.
Te.et is danista aduenit una cũ eo,qui argẽtum petit.
Ep.Di immortales ut ego interii basilice.te.qd iã,aut qd est
Epidice?ep.pdidit me.te.qs?ep.ille,qui arma perdidit.
Te.Nã qd ita?ep.qa quotidie ipse ad me ab legiõe epl'as
Mittebat.sed taceam optumũ est,plus scire satius est,
Quã loq seruom hoiem,ea sapiẽtia est.Te.nescio ædepol
Quid tu timidus es.trepidas epidice.ita uoltum tuum
Videor uidere cõmeruisse hic me absente aliquid mali.
Ep.Potĩ ut molest' ne sis?te.abeo.Ep.asta,abire nũc ñ sinã
Te.Quid nũc me retines?Ep.amat ne istam quam emit de
præda?Te.rogas?
Deperit.Ep.degetur coriũ de tergo meo.Te.plus te amat,
Quã unq̃ amauit.Ep.iuppiter te pduit.Te.mitte nũc iã.
Nã ille me uetuit domũ uenire,ad Charibolũ iussit huc
In proxumũ ibi manere,eo est ipse uẽturus.ep.quid ita?
Te.Dicã,quia patrẽ prius cõuenire se non uolt,neq;
Conspicari q̃ id argẽtũ,qd debet dinumerauerit.
Ep.Tu ædepol re es tui bulẽt'.te.mitte me,ut eã nũc iam.
Ep.Hæccine ubi scribit senex,istæc puppis pereundaſt pbe.
Te.Quid istuc ad me attinet?uel quo tu intereas mõ?
Ep.Quia perire solus nolo.te cupio perire simul.
Bñuolẽs cũ bñuolẽte.Te.abi a me in malã rẽ maxumã
Cũ istac conditiõe.Ep.i sane si quid festinas magis.
Te.Nũq̃ hoiem queq̃ cõueni,uñ abierim lubẽtius.
Ep.Illic hinc abiit.solus es nunc epidice quomodo
Me expeditum ex ĩpedito faciã?consilium placet.
Ego primum miser perpuli meis dolis senem,

SARACENVS.

CAPtiuã adolescẽtulã.Quã tamen illi soror erat. Vtcũq; in alto uentus: Metaphoricos & per q̃dam similitudinẽ docet mentes hominum sæpe mutari: neq; in proposito consistere: sicuti in naui uelum uento crebro uertit. Id adeo argẽtum: Subaudi: a quo mutuatus est. Nũmus: melius q̃ nũmis: ut sit sensus p quaq; mina: singulo quoq; die soluit nũmus fœnori. Basilice. Egregie: regie. Degit. Detrahitur: ut annotauit Marcellus testẽ adducens Plautinũ epidicum. Puppis pereũda est: metaphorice puppim posuit p capite: uel partem posuit pro toto: significare uolens sibi oino esse pereundum: si q̃ gesta sunt hero palam fiant. Qui. Procur. Ita enim alloquitur seipsũ sibiq; met respondet: ut faciunt: qui in re dubia uersantur: animiq; nõ certa sententia ferunt.

VALLA.

PROgnatus thetis: natus ut achilles ex nereidum una: quæ thetis dicta: sane cũ uxor oceani tethys: quæ latine salacia dicitur a Cice. primam habet longam non aspiratam: secũdam rursus longam aspiratam: in qua y. At nereidum unus prorsus contra. Nam & prima aspiratur: secũda uacat aspiratione: & .i. habet. Cum salacia est tethyos: uel tethis mittit genitiuum. Cum autem nereis, Tum in his: uel in dis: ut sit ablatiuus tam thetide. q̃ theti: ut hic. Alia apportabunt nerei filiç. Homerus namq; docet in illiade: patroclum achillis arma induisse: & exutũ ab Hectore: cumq; achilles arma amisisset matrem thetidem a uulcano impetrasses ut alia fabricarentur: q̃ nereides ad achillem prætulerunt: id ergo tangit. Materies suppetat scutariis. Ligna subueniant eis: qui scuta conficiunt. In singulis stipendiis: in singulis ad exercitum expeditiõibus. Ad hostis exuuias dabit: ab hostibus dispoliabitur. Animi causa: ut se oblectaret. In alto uentus est. Intra mare uentus exoritur. Ex imo uelum uortitur. ab imo uelum torquetur: sensus est: ut se rei alicuius obtulerit occasio: ita noua exoritur cupiditas. Id adeo argentum? unde eam pecuniam. Ab danistas ab fœneratore. Danistes enim a græcis & danizo mutuor. In dies: minasq; argenti singulas. Quotquot eunt inquit dies: in singulas minas nũmus debetur. Interii basilice: idest uehementer afflictus sum: quia basilicus: regificus dicitur. Videor uidere commeruisse. Merorem indicasse. Potin. possibile ne est. Te perduit. perdat prisca locutio. Ibi manere. præstolari. Pupis pereunda: ego tanquam pupis: qui sarcinas gesto peribo inquit. Miser perpuli. Coegi: astrinxi. Sibi data esse uerba: se falsum esse. Qui libidost. cur tibi placet inquit. Huc concedam: seorsum me conferam: cupiebat enim num de se aliquid loquerentur excipere.

Basilicus quid sit

VGOLETVS ET GRAPA.

PAtrem se uidere non uult. ita scribem

dus est uersus: & ex recta sententia: & ex metri necessitate: non senem: ut legit pi⁹: & Sarracenus item legis metricæ uterq; ignarus. ⁋ Degetur: diripietur ex Nonio Marcello.

SARACENVS

REm tibi. Diuerterat Stratiphocles apud familiarem chæribolum: ut sodalem sui participaret consilii: & de inueniunda pecunia amici operam experiretur. ⁋ Si hercle haberem. Subaudiendus pecuniam traderem. ⁋ Retulit. Profuit. ⁋ Quin ædepol. Iustam causam affertz cur operam suaz non commodet amico.

Symbolæ quid sit

⁋ Symbolæ. Symbolas pro plagis & uerberibus intellexit: quasi sint dorsi: & scapularum portiones. ⁋ Missiculabas. Sæpius mittebas. ⁋ Mem piacularem: idest piaculum pro tuo crimine: & supplicium subire. Est piaculum sacrificium: & pro crimine: & flagitio ponitur. ⁋ Succidaneum. Vel: φ flagris succedere contigat. Sic enim festus dixit succidaneam hostiã a succedendo: quæ secundo loco duceretur: uel a succidendo: tergum enim uerberibus ueluti gladio succiditur. ⁋ Celeriter calidis. Cito adinuentis & sine mora adductis. Ἔχω. Habeam recipiã. ⁋ In pistrinum: Non in pristinum: φ subaudiendum ibis. ⁋ Paccierin: pro patieris ne?

VALLA.

REm tibi sũ elocutus. Stratiphocles a chæribullo mutuam dari sibi poscit pecuniam & quoniam cheribulus sibi non esse quod det respondet: ipsum obiurgat stratiphocles: inde epidicum alloquitur: a quo eandem exigit pecuniam. ⁋ Præter ætatem. Quoniam ætas tua nõ exigit: ut hæc facias. ⁋ Et uirtutem: qua probaris in militia. ⁋ Qui in re dubia re iuuat. rem dubiam maxime necessariam dicit in qua impetranda sit salus: in amittenda sit mors. ⁋ Re iuuat. non uerbis inquit: sed facto prodest. ⁋ Vbi re est opus: non uerbis: sed facto. ⁋ Quid igitur retulit. quid attinebat. ⁋ Te beneficium esse oratione: uerbis uelle bene facere. ⁋ Irrigatum plagis, ob plagas cruentum. ⁋ Paratæ iam sunt scapulis symbolę. Vt excipiam inquit uerbera paratæ sunt scapulę paratumq; dorsum. ideo symbolæ: q\[a\] ut infligentur aliũde uerbera: ita a scapulis meis excipientur. ⁋ Ab animo æger fui: idest affectu amoris in ægritudie fui. ⁋ Lfas missiculabas: missiculo iterationem: & rei indicat utilitatem: ob quã mittuntur litteræ. ⁋ Nam qui: idest cur operam amisi. ⁋ Id quod facis bene. ad id: quod bene facis: ubi res irrita est. ⁋ Desipiebam mentis. Desipio & desipisco mentis & mente dicimus. ⁋ Men piacularem

Desipio quomodo construat.

oportet fieri uis ne inquit: ut suaz ipse pœnas pro te: tuumq; purges flagitium. piare enim purgare: & piaculum purgamentum: piacularis qui purgitat: piacularis

Vt censeret suam argento sese emere filiam.
Is filio suo fidicinam emit, quam ipse amat, quam abiens
Mandauit mihi. sibi nunc ab legiõe alteram adduxit
Animi caussa, corium perdidi. nam ubi senex senserit
Sibi data esse uerba, uirgis dorsum despoliet meum.
At enim præcaue, nihil est istuc plane hoc corruptust caput.
Nequam homo es epidice, quoi tibi lubidost male loqui?
Quoi tu te deseris? quid faciam? men tu rogas? tu quidem
Ante hac aliis solebas dare consilia mutua.
Quid? aliqua reperiundust. sed ego cesso ire obuiam
Adolescenti, ut quid negoci sit sciam? atq; ipse illic est.
Tristis est. huc cum Chæribolo incedit æquali suo,
Huc concedam, orationem unde eorum placide persequar.

Stratiphocles. Chæribolus adolescens. Epidicus.

REm tibi elocutus sum omnem Chæribole iam, atq; admodum
Meum mœrorum, atq; amorum summam edictaui tibi.
Ch. Præter ætatem, & uirtutem stultus es Stratiphocles,
Id ne pudet te? quia captiuam genere prognatam bono
In præda es mercatus? quis erit, uitio qui id non uortat tibi?
St. Qui inuident omnes inimicos mihi illoc facto repperi,
At eius pudicitiæ nunq̃ nec uim, nec uitium attuli.
Ch. Iam istoc probiores meo quidem animo, cum in amore temperes.
St. Nihil agit qui diffidentem uerbis solatur suis.
Is amicus est, qui in re dubia re iuuat, ubi re est opus.
Ch. Quid tibi me uis facere? St. argenti dare quadraginta minas,
Quod danistæ detur, unde ego illud sumpsi fœnore.
Ch. Si haberem hercle. St. nã quid igitur te mihi esse retulit
Beneficũ oratione, si ad rem auxilium emortuust?
Ch. Quin ædepol egomet amore differor. St. malim
Istiusmodi mihi amicos furno mersos, q̃ foro.
Sed operam epidici nũc me emere p̃tio pretioso uelim.
Quem quidẽ ego hominem irrigatũ plagis pistori dabo,
Nisi hodie prius cõparassit mihi quadraginta minas,
Quam argẽti fuero elocutus ei postremam syllabam.
Ep. Salua res est. bene promitte modo. spero seruabit id
Sine meo sumptu. paratæ iam sunt scapulis symbolæ.
Aggrediar hominem. aduenientem herum suum Stratiphoclem
Saluã impertit salute epidicus seruos. St. ubi is ẽ? Ep. adest.
Saluom te gaudeo huc aduenisse. St. tam tibi credo istuc, q̃ mihi.
Ep. Bene ne usq; ualuisti? St. a morbo ualui, ab aĩo æger fui.
Ep. Quod ad me attinuit, ego curaui. quod mandasti mihi,
Impetratum est. emptast ancilla, quod tu te ad me litteras

quoq;

Missiculabas. St. perdidisti omnem operam. ep. nam qui perdidi?
St. Quia meo neq; cara cordist, neq; placet. ep. quid retulit mihi
Tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas?
St. Illam amabam olim, nunc iam alia cura impendet pectori.
Ep. Hercle miserust, ingratum esse hominem id quod facias bene,
Ego quod benefeci, malefeci, quia amor mutauit locum.
St. Desipiebam mentis, quom illas scriptas mittebam tibi.
Ep. Men piacularem oportet fieri ob stulticiam tuam,
Vt meum tergum stulticiæ tuæ subdas succidaneum?
St. Quid uerba facimus? hoi huic opus est q̃dragita mnis
Celeriter calidis, danistæ quas resoluat, & cito.
Ep. Dic modo unde auferre me uis, a quo trapezita peto?
St. Vnde lubet. nam ni illas ante solis occasũ hodie ελω,
Meam domum tu ne imbites, tu te in pistrinum
Ep. Facile tu istuc sine periculo, & cura corde libero
Fabulare loui, tergo nostro sed dolet quom ego uapulo.
St. Quid tu nũc? patieri ut ego me iterimã? ep. ne feceris,
Ego istuc accedam potius periclum, atq; adduciam.
St. Nunc places, nunc ego te laudo. ep. patiar ego istuc qđ lubet.
St. Quid de illa fiet fidicina igitur? ep. aliqua reperibitur,
Aliqua ope exoluã, extricabor aliqua. St. plenus cõsilies.
Noui ego te. ep. euboicus miles locuples multo auro potẽs.
Qui tibi quõ istã ẽptã esse scibit, atq; hãc adductã alterã.
Continuo te orabit ultro, ut illam transmittas sibi.
Sed ubi illast, quam tu adduxisti tecũ? St. iam faxo hic erit.
Ch. Quid hic nunc agimus? St. eamus intro ad te, ut hunc hodie diem
Luculente habeamus. ep. ite intro, ego de re argentaria
Iam senatum conuocabo in corde consiliarium,
Quoi potissumũ indicatur bellũ, unde argentũ auferã.
epidice uide quid agas, ita res subito hæc obiectast tibi.
Nõ enim nunc tibi dormitandũ, neq; cunctandi copiast.
Tibi audendum est. senẽ oppugnare certũ est cõsilium.
Abi intro atq; adolescenti dic nostro herili filio,
Ne hinc foras ambulet, ne ue usq̃ ueniat obuiam seni.

quoq; porta appellatur: ut ait clitarius ex sacro: per quam piaculo soluitur: ut alii quæ piandi: propitiandiq; caussa immolantur. Subdas succidaneũ idest tuo succedens flagitio: id enĩ succidaneum: quod etiam succisiuũ secundum sequens: Lucilius libro. xxviii. praeterea hanc successiuam: si quando uoles operam. Super hoc quoq; Plautio uerbo Aulus Gelius succidaneæ autẽ inquit hostię dicuntur e littera: per morem compositi uocabuli in i litteram commutata. Nam quasi succedaneæ appellatæ. Quoniam si primis hostiis litatum non erat: aliæ post easdem ductæ hostiæ cædebantur: quæ quasi prioribus iam cæsis luendi piaculi gratia subdebantur: & succedebant ob id succidaneæ nominatæ: littera i scilicet tracti pronuntiata. Celeriter calidis: Confestim: & astute comparatis. Ante solis occasum ἑλω. i. coepero. Ne imbitas: ne subeas: ne ingrediare. Tupte. in pistrinum. Tu ipse ito in pistrinum: ubi labores. Patieri: an patieris. Periculus potius: subaudi subibo. Atque audaciam: audax ero. Extricabor aliqua: & extrico & extricor in eadem significatione: ut fabrico & fabricor: est autem extricare: enodare i explicare: & rem inuolutam eximere. Iam senatum conuocabo in corde consiliarium. Consultabo inquit mecum: ut argentum tibi cõperiam: & mens mea senatus erit: ibi consilium: & disputatio de inueniendo argento. Indicatur bellum: tanq̃ si aduersus hostes sit belligeraturus. Certum est consilium. mihi firmũ consilium est: ut senẽ adeam periphanem: a quo argentum eliciam. oppugnare dixit certum sibi: uti eadem permaneret translatione: quod indicatur bellum dixerit.

Extrico & extricor dicitur

NAM ni illas ante solis occasũ hodie ἑλω. ita scribẽdus uersus est: & sententiæ congruitate: & metri necessitate: aliter mancus: & claudus esset: qđ utiq; Pius: & Sarracenus interpretes lusci non conspexerunt. Meam domum tu ne imbites: ego te in pistrinũ dabo: uersus hic procul dubio sic scribi debet: si metri rationi & sententiæ satisfactum uolumus: nec scribendum est. tute: sed ego te: nec supplendum est: ibis: sed ascribendum dabo: nec imbitas legendum censemus: sed imbites pro inhabites: uel introeas: uel imbita: ut codices aliqui habent pro inhabita: uel introi: non autem imbitas: quum ab ito. as: compositum sit imbito: & primæ sit coniugationis: non tertiæ. Qui tibi quum istam emptam &c. istam ex metri necessitate ascribe: & ex codicibus antiquis: & sententiæ congruitate: aliter uersus claudicaret: quod quidem a Pio luscitio commentatore non est perpensum. Tibi audiendum est: senem oppugnare certum est consilium: ita legendus est hic uersus: nisi uelimus sententię rectæ poetæ derogare: nam si ita legas: sententia melius quadrabit: & non adeundum: sicut Pius commentator legere uidetur: ut in suorum commentariorum codice scriptum reliquit. Quę qdem ędepol est non marita apoecide: ita scribendus uersus. & apoecide adẽdum fuit aduersus integritatem: cũ deficiebant pedes duo in fine: & etiam ad sententiæ coherentiam: quod a pio nõ uisum: nec intellectũ est. Qui seni exenterẽ marsupiũ: scribendũ est necessitate metri: & non senis qui ut pius legit.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARA CENVS

Efferre quid sit

PLeriq; homines: dum est in itinere epidicus: opportune incidit in herum periphanem & uicinum apocidem non nihil de re uxoria colloquitantes: quos mox suis circũuenit dolis. ¶ Commemores: in memoriam reducas: & propterea læteris. ¶ Extulisti. Efferre enim ad sepulchrum est. Ita Terenti. Vtinam sic efferamur. ¶ Sexta erumna: Notum est apud historicos herculem paratum ad omnia pericula subeunda iussu euristei duodecim labores subiisse: quos singulos enarrat Diod. in quinto. Sextus igitur labor: & erumna fuit: ut aues ex stimphalida palude pelleret: quas cum propter eorum multitudinem uituperare non posset: ingenio superauit. Tabulã enim eneã parauit: q̃ repcussu ingẽti: quæ sonitu uolucres ad fugam longinquas cõpulit: qua ex te paludẽ ipsam auium molestia liberauit. ¶ Quæ nõ maritatast: p marita ta est: nã qui sibi magnas dotes potius q̃ uxores pbas q̃runt: uident pecunias ducere non uxores: qbus maximis dotibus hoies deliniti: ultro uxorib⁹ ãcillantur: ut Titi. inqt apud No. & Plau. in asinaria: dotem accepi: ipium uẽdidi.

VALLA.

PLeriq; homines. Apocides senex piphanes carpit: qd̃ mulierẽ bene natã pauperẽ domũ ducere uellet. ¶ Plæriq; homines: sicut tu. Cũ nihil refert. cum non interest. ¶ Vbi pudendum ẽ. Vbi pudore suffundi debuerit. ¶ Cus usus ẽ: opus ẽ. ¶ Qua ex anastrophe: ut qui cũ qua de re: & similia. ¶ Reuereor filii: respectum habeo filio: unde reuerentia dictã Iuuen. maxima debetur puere reuerentia. ¶ Quam tu extulisti. i. sepelisti. ¶ Pudore exequi: exequias: & parentalia facere pudore. ¶ Sacrificas illico horcho hostias: inferno imolas statim inquid q uxorẽ tibi eripuerit. ¶ Viuendo uincere. qd̃ illas uita superaueris. Quæ quidem pol non maritatast: pulchram confirma eẽ pecuniam periphanes: sed non eã: q̃ coniugio uẽit: ob magnã uxoris molestiã.

SARA CENVS

LIquido auspitio: Prospero: & secundo. ¶ Aui sinistra: q̃ bonum portendere solet augurium: ut illud: sæpe sinistra caua prædixit ab illice cornix: at in aulularia locuti de hac re abunde sumus. ¶ Exenterem. Ta entera a græcis dicuntur itestina: unde exentero ex intestinis aufero. ¶ Hirudinem. Sanguisugam.

VALLA.

AT at tacere. epidicus bonũ aĩu; ex cõsilio suo capit occupat senes periphanem & apodicẽ: cõfingitq; multorũ uerboɽ ambitu multa: ut eo perducat senẽ: quo uult nempe: ut persoluat pecuniã: qua meretrix a stratiphocle adamata redimat. ¶ Auspicio aui sinistra. Auspiciũ ab aue inspecta dicitur sicut a garitu auiũ auguriũ: multis autem auibus est a sinistra ratum augurium: ideo aui sinistra. ¶ Acutum cultrum habeo: acui inquit cultrum. ¶ Senis: qui exeterem marsupium. Vt inquit ex senis marsupio auferam in testina. nempe pecuniam. Entera græce. latine intestina. Exenterare ergo est intestina exhaurire. ¶ Me conuortam in hirudinem. Hirudo sanguisuga est: quæ corpori humano affixa non descendit: donec cruoris plena fuerit. Ablaturus igitur pecuniam tanquam sanguinem suctuerus: se in hirudinem commutaturum ait. & perinde subiungit: atq; corũ exugebo sanguinem. Exugebo sine s. qa ante cõsonantẽ: uel post consonantem duplicari consona non potest: nisi sit muta cum liquida: ut attraho. Exugebo aũt pro exugã. qa exugeo: qd̃ nos exugo fere dicimus: ueteres protulerunt.

Hirudo quid sit

SECVNDVS ACTVS



Apoecides. Periphanes. Senes duo.

PLæriq; homines, quos quom nihil refert, pudet.
Vbi pudendust, ibi deserit eos pudor,
Quom magis usus est, ut pudeat. is tu adeo es qui
des
Quod pudendum fiet, genere natam bono pauperem
Domum ducere uxorem, presertim eam, qua ex tibi
Commemores hanc, quæ domist, prognatam familiam.
Pe. Reuereor filium. Ap. at pol ego te credidi
Vxorem, quam extulisti pudore te exequi.
Quoius, quoties uides sepulchrum sacruficas
Horco illico hostias, neq; adeo iniuria.
Quia licitust eam tibi uiuendo uincere.
Pe. Oh hercules ego fui, dum illa mecum fuit.
Neq; sexta ærumna acerbior herculi, q̃ mihi
Illa obiectast. Ap. pulchra ædepol dos pecuniast.
Pe. Quæquidem ædepol est non marita Apoecide.

Epidicus. Apoecides. Periphanes.

AT at tacete, habete animũ bonũ, liquido exeo
Foras auspicio, aui sinistra. acutum cultrũ habeo,
Qui seni exẽterẽ marsupiũ. sed eccũ ipm añ ædeis
Conspicor Apoecidæ, qualeis uolo uetulos duos.
Iã ego me uortã in hirudinẽ, atq; borũ exugebo sanguinẽ,

SARA CENVS.

¶ SENATI: Pro senatus. ¶ Cluent. Sũt: uel esse dicuntur. ¶ Vt maritus fiat. De stratiphocle adolescente hoc dictũ est: prosecuntur enim cœptum de matrimonio sermonem. ¶ Sub uestimentis habebant retia. Quia dixit eos captabant: & in suam uoluntatem alliciebant. ¶ Deamat. Deauget. Quintilia. Vt pleniori obsequio demererer amantissimos mei. ¶ Induculam uestem: dixit ab induendo. ¶ Regillam. Est regilla autore. No. uestis a regia dicta: ut Basilica. Varro. Colum procerum fictum leui marmore begillam tunicam defingitur purpura. ¶ Mendiculas. Vel ab eo: quod est mendicus uerbum innouauit quod pauperrimum uestimentum uoluerit denotare: nam cum regillam dixerit: sensus erit accõmodatus: an nobili. s. uel humili fuerit induta uestimento: uel quod potius arbitror: mendiculã dixisse ab eo: quod est mendix: quod ẽ magistratus nomen: ut docemur a festo. ¶ Impluuiatam. Forte cum ironia legendũ impluuia uestis erat: qua sacerdotes per imbrẽ utebantur. Varro. Salium quoq; sereno tpe impluuia amictũ criminabantur: uel forte a colore impluuiatam dixit: est qppe ipluuiatus color dictus a No. qui etia; huius meminit loci: quasi fumato stilicidio ipletus. ¶ Vt istæc facimus uestimentis nomina. Sunt per parenthesim dicta. ¶ Quasi non fundis legerem hunc uersiculu; hoc modo: quasi uero fundis exornate multæ incedant per uias: exprobrat enim tpm conditionẽ: & nimios mulierũ ornatus: ut necesse sit in uarioꝝ uestimẽtorum usus nullis parcere ipensis ad uenditionẽ usq; fundoꝝ: & prædioru;: quo dicto carpit eos. q tales potius imoderatos: & lasciuos sumptus sufferant: q̃ cu; opus sit pñiæ: uel publicæ rei subueniãt.

Regilla qd sit.

Senati qui columen cluent. Ap. ut continuo fiat
Maritus. Pe. laudo consilium tuum, nam illũ ego audiui
Hærere iuuiorem apud nescio quam fidicinam.
Id ego excrucior. ep. Di hercle oẽs me adiuẽt, augẽt, amẽt.
Ipsi hi mihi dant uiam, quo pacto ab se argentum auferam.
Age nunc iam orna te Epidice, & palliolũ in collũ coniice,
Atq; assimulato quasi per totam urbem hominẽ quæsieris,
Age si quid agis. Di immortales utinam conueniam domi
Periphanem, per omnem urbem quem sũ defessus quærere.
Per medicinas, tonstrinas, in gymnasio, atq; in foro.
Per myropolia, & lanienas, circumq; argentarias,
Rogitãdo sũ raucus factus, pene in cursu cõcidi. (nes.
Ap. Epidice. ep. Epidicũ qs ẽ, q reuocat? Pe. ego sũ Peripha
Ap. Et ego apoecides sum. Ep. & ego quidem sum Epidicus, sed hære, optũa
Vos uideo ambo aduentare opportunitate. Pe. quid reist?
Ep. Mane, sine rspirẽ qso. Pe. immo adqesce. Ep. aio malest,
Recipiã anhelitũ. Ap. clemẽter qesce, Ep. aium aduortite,
A legione omnes remissi domum sunt Thebis. Ap. sic fcm̃?
ep. Ego ita factum esse dico. Pe. scin tu istuc certo? ep. scio.
Pe. Qui tu scis? ep. quia ego ite uidi milites plenis uiis.
Arma referunt. iumenta ducunt. Pe. nimis factum bene.
ep. Tum captiuorum quid ducunt secum? pueros, uirgines,
Binos, ternos, alius quisq;, fit concursus per uias,
Filios suos quisq; uisit. Pe. hercle rem gestam bene,
ep. Tũ meretricũ numerus tantus, q̃ntus in urbe omni fuit.
Obuiam ornatæ occurebant suis quæq; amatoribus. eos
Captabant, id adeo scio, qui maxume animum aduorterim.
Pleræq; hæ sub uestimentis secum habebant retia.
Quom ad portam uenio, atq; ego illã illi uideo pstolarier.
Et cum ea tibicinæ ibant quattuor. Pe. qui cum Epidice?
ep. Cum illa, quam tuus gnatus ãnos multos deamat, depit.
Vbi fidemq;, remq;, seq;, teq; properat perdere.
Ea præstolabatur illum ad portam. Pe. uiden ueneficam?
ep. Sed uestita aurata ornamẽta ut lepide, ut pcine, ut noue?
Pe. Quid erat induta? an regillam induculam, an mẽdiculã?
ep. Impluuiatam, ut istæc faciunt uestimentis nomina:
Vt impluuium erat induta? pe. quid istuc mirabilest?
Quasi non fundis exornatæ multæ incedant per uias.
Ac tributus quom imperatus est, negant pendi potesse.

VALLA.

¶ SENATI. pro senatus: ut supra quoquo senati columen. ¶ Cluent: perhibentur: putantur: in qua significatione sæpe. Lucretius. Plini. tamẽ ait ueteres cluere in certandi posuisse significatione: unde & clipeum dici uoluerint. ¶ Per medicinas: ubi medellæ conficiuntur: medicinas loca dicit: ubi componi soleant medicamina. ¶ Tunstrinas: ubi capilli attundentur. ¶ In gymnasio: ubi palæstriç cõueniunt. ¶ Per myrropalia: ubi unguentum conficitur. Myrrhon enim latine unguentum & polo uendo. ¶ Et lanias: ubi concisæ carnes ueditantur: & qui uendunt tum lanii. tum laniones nominantur. ¶ Argentarias. Aut ubi argentarii: qui & trapezitæ: aut ubi ex argento aliquid conficitur. ¶ Illi uideo præstolarier: præstolari tibi: & te dicimus. ¶ Annos multos deamat: plurimum amat. ¶ Vbi fidemq; remq;. Amplificatio per incrementum simulantis magna exageratio. ¶ Vt noue. in nouum modũ. ¶ An regillam. No. Marcel. Regilla uestis diminutiue a regia dicta: ut & basilica Plaut. Quid erat indulta: &c. At festus regillis tunicis albis: & redimiculis: luteis utrisq; tectis sarsum uersum astantibus pridie nuptiarum diem uirgines indutę cubitum ibant honoris causa: ut etiam in togis uirilibus dandis obseruari solet. ¶ Induculam. fecit adiectiuum ĩnduculus. la. lum. ab induendo. ¶ Mendiculas: qua magistratus mendix utebatur: nam ut festus inquit mendix apud oscos nomen magistratus est. ¶ Impluuiatas: ab impluuio: unde repente cadit pluuia: sicut impluuium. est enim impluuium: quo aqua impluit collecta de tecto. Compluuium: quod de diuersis tectis aqua pluuialis confluit in eundem locum. ¶ Fundis exornatæ: ita enim inquit mulieres incedunt magna impensa ornatæ: ut fundos etiam uendere necesse sit: ut exornentur.

Mẽdicula quid sit.

VALLA. ¶PENDI. Exolui. ⸿ Tunicam rallam. Nunc diuersa uestimentorum genera longius enumerat: dicta ē ralla autore Marcello a raritate: ut a spissitudine spissa. ⸿ Linteolum cęsitium: Purum & candidum a cædendo: q ita ad candorem perueniat. ⸿ Intusiatam. Est intusium quod corpori inter plurimas uestes adheret: q̃si intuscium. ⸿ Patagiatam. Patagium quoq; aurea chlamis ē: quæ pręciosis uestibus immitti solet. ⸿ Caltulam: & crocotulam. Vtrum uestimentum a florū generibus translatū a calta: & croco. ⸿ Supparum: Linteolum est fœmorale dictum quod subtus appareat. De his omnibus: uide No. & Varro. ⸿ Ricam. Quam nos sudarium dicimus. ⸿ Bsilicam. Regiam. ⸿ Exoticum. Peregrinum. ⸿ Cymatile: ceruleum: q fluctuum colorem imitetur. ⸿ Plumatile. Aut clauatum: aut ex plumis factum: ut idem refert Nonius.

Ralla unde dicta

Clauus qd sit.

Clauus enim est uestimenti genus ueluti quibusdam aureis clauis distinctum: qđ a plumarum similitudine plumatile dicebatur. ⸿ Cerinuȝ. A ceræ colore. ⸿ Gerinum cum quadam irrisione: & contumelia iocatur ad illud cerrinum: gerræ enim dictæ sunt nugæ: & ineptiæ. Ideo dicendum gerrę non gerere. ⸿ Laconiuȝ Quod ueluti a canibus laconibus nomen habere uideatur: quod per irrisionem uidetur exprēssum: nam canes lacones dicti: ut mollossi a regione: hi enim fortes & ualidi: illi ueloces. ⸿ Auctiones. Venditiones per nogumentuȝ publicū. ⸿ Occepere alię mulieres. Omnia ab epidico conficta sunt ut seneȝ deducat: quo uult. ⸿ Catum. Astutum uel acute dictum: ita Varro cata dici a sabinis rettulit acute dicta: est enim catus quasi cautus. Ideo catus animal: quod domi domesticum est: quasi cautus dictus uidetur: queȝ felem proprio uocabulo latini dixere: ut licet ex Plinio inueri. Inde a cato: idest astuto catones dicti. ⸿ Pręstines emendo teneas. Nam telo non ęque opus factost. Le ge potius te illo: ut scilicet tu illesis: qui argentum deferas: uel te ipso: hoc enim dolo captus senex nummos traditurus est epidico. ⸿ Damnoso sene. Dicitur damnosus: & qui damnum præbet: & qui dānum patitur.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶AT Tributus: duę sunt dictiões: nō una tantum: ut Pius commentatur.

VALLA. ¶PENDI potesse. exolui posse. ⸿ Tributus maior: hic tributus & hoc tributum. Iuuenales pręstare tributa: clientes cogimur. Tributorum conlationem inquit festus: cum sit alia in capita illud ex censu. dicitur etiam quoddam temerarium: ut post urbem a gallis captam conlatum est: quare. xv. proximis annis census alius non erat. Item bello punico secundo. Marc. Valeri. leuino. Marc. Cl. marcello consu. & senatus: & popu

His quibus tributus maior penditur, pendi potest.
Quid istæ quæ quotannis nomina inueniunt noua,
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæsicium.
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
Supparum, aut subminiam, ricam. basilicum, aut exoticum.
Cumatile, aut plumatile, aut cerinum. gerræ maxumæ.
Caui quoq; ademptust nomen. Ep. qui? Pe. uocant laconiū.
Hæc uocabula auctiones subigunt, ut faciant uiri.
Pe. Quin tu, ut occœpisti, loquer. Ep. occœpe aliæ mulieres
Duæ post me fabulari inter sese, ego abscessi solens
Paulum ab illis. dissimulabam me harū sermoni operā dare.
Nec sat exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen
Quem loquerētur. Pe. id lubidost scire. Ep. ibi illaȝ altera
Dixit illi, qui cū ipsa ibat. Pe. quid? ep. tace ergo, ut audias.
Postq̄ illam sunt conspicatæ, quam tuus gnatus deperit,
Quam facile, & fortunate illi euenit obsecro mulieri,
Liberare quam uolt amator. quisnam is est? inquit altera,
Illa ibi nominat Stratiphoclem Periphanæ filium
Pe. Perii hercle, qd ego ex te audio? ep. hoc, qđ actum. ego
Cœpi rursū uorsū ad illas pauxillati acceder, (met post ibi
Quasi re truderet hominum me uis inuitum. Pe. intellego.
Ep. Ibi illa interrogat illam, qui scis? qui id dixit tibi?
Quin hodie allatæ sunt tabellæ ad eam a Stratiphocle, eum
Sumpsisse argentum apud Thebas ab danista fœnore,
Id paratum, & sese ob eam rem id ferre. Pe. ego occidi.
Ep. Hæc aiebat sic audiuisse se abs se, atq; epistola.
Pe. Quid ego nunc faciā? cōsiliū a te expetesso Apoecides.
Reperiamus aliquid callidi, conducibilis consili.
Nā ille qđ aut iā hic aderit credo hercle, aut iā adest. ep. si
Me plus sape, q̄ uos, dederi uobis cōsiliū catū, (equom siet,
Qđ laudetis (ut ego opior) uterq;. Pe. ergo ubi. i. Epidice?
Ep. Atq; eam ad rē cōducibile. Ap. q istud dubitas dicere.
Ep. Vos priores esse oportet, uos posterius dicere,
Quod plus sapitis. Ap. eia uero age dic. Ep. at đridebitis.
Ap. Non ædepol faciemus. Ep. si placebit, utiminor
Consilium. si non placebit, reperitote rectius.
Mihi istic nec seritur, nec metitur. nisi ea, quæ uis, nolo.
Pe. Gratiam habeo, fac participes nos. Ep. nunc occasiost
Faciundi prius, in urbem q̄ aduenit. sicut cras hic
Aderit, hodie non uenerit. Pe. qui scis? Ep. scio, quia
Mihi alius dixit, qui illinc uenit. mane hic hunc ad fore.
Pe. Quin tu eloquere, quid faciemus. Ep. sic faciundū cēseo.
Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia.
Quasi q̄ ames tu ueheméter illā. Pe, quā ad rem istuc refert.
ep. Vt ei præstines argento, priusq̄ ueniat filius,
Atq; ut eam te in libertatem dicas emere. Pe. intellego.
ep. Vbi erit ēpta, ut aliquo ex urbe amoueas, nisi qd tua se
Sētētiast. Pe. immo docte. Ep. qd tu āt Apoecides? (cus
Ap. Quid ego iam, nisi te commētum nimis astute itellego.
ep. Iam tum igitur amota ei erit omnis consultatio

Nuptiarum, ne grauetur, quod uelis. Ap. ut sapis, & placet.
Tum tu igitur callide iam, quicquid acturus es, age.
Pe. Rē hercle loq̄re. Ep. reppi & haec te q̄ abscedat, suspitio.
Pe. Sine scire. Ep. scibis, audi. Ap. sapit hic pleno pectore.
Ep. Opus est homine, qui illo argentum deferat p̄ fidicina.
Nam te illo nō aeque opus factost. Pe. q̄d iā? Ep. ne te cēseat
Filii cā facere. Pe. docte. Ep. quo illū ab illa prohibeas,
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eueniat.
Pe. Quē hoiem ueniēus ad eā rē utilē? Ap. hic erit optum⁹
Hic poterit cauere recte, iura qui, & leges tenet.
Pe. Epidice habeas gratiā. Ep. sed ego istuc faciā sedulo.
Ego conueniam illum, atq̄ adducam ad te quoiast fidicina.
Ap. Illa ne? Ep. atq̄ argētū ego cū hoc ferā. Pe. q̄ti emi pōt
Ep. Ad q̄dragita fortasse eā posse emi mīmo mias. (mimo?
Verum si plus dederis, referam. nulla in ea re captiost.
Atq̄ id non decem occupatum tibi erit argentum dies.
Pe. Quidū? Ep. q. a. n. mulierē illā alius adolescēs deperit,
Auro opulentus, magnus miles rhodius, raptor hostium
Gloriosus. hic emet illam de te, & dabit aurum, iubeas,
Tace mō, ē luc̄ hic tibi āplū. Pe. Deos q̄dē oro. Ep. ipetra.
Ap. Quin tu is itro, atq̄ huc argētū p̄mis? ego uisā ad for̄.
Epidice eo ueni. Ep. ne abeas prius, q̄ ad te uenero. (ror.
Ap. Vsq̄ oppiar. Pe. seq̄re tu itro. Ep. i, nūera, nihil ego mo

lus in aerarius: q̄d habuit: detulit. ¶ Q̄d annis: quotquot eunt anni noua sibi conficiunt uestimenta. ¶ Tunicam rallam: Tunicā spissam. a raritate rallam per diminutionē mutato r in duplex l ut dicimus tener tenellum: rubrū rubellū. Ita a spissitudine spissum. ¶ Linteolū cesitiū. Cesitiū linteolū dicitur purū: & candidū a cedendo: q̄d ita ad candorē perueniat uel quo oras circuncisas habeat. Plau. in epidico. ¶ Intusiatā: intusiū est uestimentum: quod corpori intra plurimas uestes adhaeret quasi intustium. Varro unum quod foris: ac palā palla. Alter quod intus: a quo intusiū: id quod Plautus dicit intusiatā. ¶ Patagiatā. No. M. patagium aurea chlamis: quae preciosis uestibus immitti solet. Plau. in epidico. ¶ Caltulam aut croculā a colore caltae: & croci herbarum. ¶ Supparū. inquit No. M. est linteū foemorale usq̄ ad talos pendens dictu: q̄d subtus apparet Plau. in epidico. Varro: indutui alter: q̄d subtus: a quo subucula. alter supra: a quo suparus. ¶ Aut subminiā: quasi subminutam: quod aliis uestimentis subiicereť minuta. ¶ Ricam. Noni. rica est quod nos sudariū dicimus. Plau. suparum &c. Varro ab eo: quod dimidiam partē retrorsum iacebant ab reiciendo reciniū dictum. Recinium etiam omne uestimentū quadratum hi: qui. xii. tabulas interpretati sunt: esse dixere: qua toga mulieres utebantur praetextū clauo purpureo: ut̄ & retiatimini planipedes: quā rem diligenter exequitur fanistra libro secundo de antiq̄tate uerbor̄. Ricę autē & riculę uocantur parua recinia: ut palliola ad usum capitis facta. cranii quidā aiunt esse muliebre cingulū capitis: quo pro uita flāminica redimať: at recte appellanť uestimenta uirilia: quae patres liberis suis cōficienda curant honoris causa ita usurpata: quod adstantibus: & in altū texantur. reciniumq̄ ut Pli. & dioscorides sunt authores fruticis: est cicis foetus: qui croton a graecis dicit: & illi similis bestiola: quę affixa iumētis tandiu perstat: quo ad disrumpatur. ¶ Basilicū. quasi regificum. ¶ Aut exoticum. peregrinum ita in mustellaria non oēs possunt olere unguenta exotica: sicut tu olet. Verbū enim ipsum graecū est. ¶ Cymatile: dictū uestimentū: quod cima. atis. unda dicatur: hodie ut opinor cimalotum dicimus. ¶ Aut plumatile. a plumis inquit No.: clauū nomen habuit ob uillor̄ longitudinē plumae uideanť. ¶ Cerinū: a colore cęrae. ¶ Aut gerinum: quod gestatu facile uestimentū concinū dorso. ¶ Gerrę maximae. Denique addit interpretatur gerrinū cuncta gerrar̄. i. nugarum nomine uocant. ¶ Vocant laconū: dixit cani quoq̄ etiā ademptum est nomen: a canibus ergo lacunibus nomen habuit uestimentum. ¶ Hęc uocabula auctiones subigunt: ut faciant uiri. Tot inquit renouata: mutataq̄ uestimenta: totiens mulierum maritos subigunt: ut faciant auctiones: est enim auctio ubi uenale propositum fuerit aliquid: & alius alii plus pollicetur augetq̄ precium. ¶ Sermoni operam dare. Auscultare quid nam inter se loquerentur. ¶ Nec satis exaudiebam: non admodum quid dicerent accipiebam. ¶ Nec sermonis fallebar tamen. Nec tamen inquit me p̄teribat: quid loquerentur: attendendaq̄ locutio est fallebar sermonis. ¶ Quę loquerentur: ad ea quę dicerent. ¶ Horum metuis. Ordo uerborum est me retruderet inuitum uis hominum: aut uiolentia: aut multitudo. nam uis utrunq̄ significat. ¶ Consilium catum: acutum inquit Varro. ¶ Ad eam rem conducibile: quod ad exitum possit conducere. ¶ Mane hic hunc affore. affuturum cras hic tempori. ¶ Vt enim p̄stines. emendo praeoccupes. ¶ Hui sapis: interiectio blandientis: ac admirantis. ¶ Haec a te: qui abscedat suspicio: ut inquit abste hęc suspicio ammoueať. ¶ Sapit hic pleno pectore: plenum pectus habet sapitia. ¶ Nam te illuc nō: non est inquit opus te illuc tendere. ¶ Iura q̄ & leges tenet. Ius aliud priuatum: Aliud publicum. priuatum: ut pactum iuratum: publicum: aut non scriptum: aut scriptum: non scriptum ut mos: consuetudo: naturale: gentium: scriptum: ut ciuile: municipale. Ciuile: quod po. Ro. sciuit. Municipale unius cuiusq̄ ciuitatis suum. Ciuile rursum: quod aut pretores: aut senatus: quod senatus consultum dicitur: aut senatus decretum: quod plebs: id plebescitum: aut aedeles curules: aliiue sanxere magistratus. Lex a legendo dicta: quod ex multorum consensu lecta fit: ut ait Cice. ut a graecis nomos a distribuēdo: quod ab illis nemo distribuo dicatur. Rogatio quod multorum rogatu: idest interrogatu scita scit. ¶ Quoiast. fidicina. Cuius est fidicina: ab eo: quod est quis: quae: quod: uel quid: cuius cuia cuium. Virgi. Cuium pecus: an melibei: ut meus: tuus: suus. ¶ Posse enim mimmo: ut minus dari non possit pretium. ¶ Occupatum: subaudi datum abste argentum. ¶ Argentū des: profer: quam dixi pecuniam. ¶ Vsq̄ opperiar: assidue expectabo: quoad tu ueneris.

¶ CROcotulam. Varro quoq̄ legit in uocabulo intusium Cerinum. Nonius hunc locum citans a cerae colore dictum putat. ¶ Vt minor: scribendum est metri necessitate: & sententiae concinnitate: quia ad duos loquitur: & nō uti tor: ut Pius legit: nec sententiae: nec metri habens rationem.

Ralla q̄d sit.
Rica quid sit.
Cymatile quid sit.
Auctio q̄d sit.
Ius multiplex.
VGOLETVS ET GRAP.

VALLA. Vllum esse opinor agrum. Cum se uidet epidicus obtinuisse: ut periphanes sit: quã uolebat dinumeraturus pecuniã: uerba h: plena letitiæ. ⁋ Decutio argenti tantũ. e quocũq; inquit abdito loco anfero: quantũ mihi lubet argentũ. ⁋ Si senex resciuerit: si postea piphanes inaudierit: q admiseri. ⁋ Ne ulmos parasitos faciat. Ne uirgas assistentes: ac adiutrices suæ faciat ultionis. ⁋ Quoi ostendam fidicinã. Cui inquit: non quam promisi: sed aliam ostendam fidicinam. ⁋ Damnoso sene. Nunc passiue dictum damnoso: qui damnum subeat: nam dicimus & rem damnosam: quæ damnum ingerat.

Epidicus.

Vllum esse ego agrum opinor in agro attico
Æque feracem, q̃ hic noster Periphanes.
Quin ex occluso, atq; obsignato armario
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.
Quod pol ego metuo si senex resciuerit,
Ne ulmos parasitos faciat, atq; usq; attondeat.
Sed me una turbat res, ratioq;, A poecidi
Quam ostendam fidicinam aliquam conducticiam.
Atq; id quoq; habeo. mane me iussit senex
Conducere aliquam fidicinam sibi hoc domum,
Dum rem diuinam faceret, cantaret sibi.
Ea conducetur, atq; ei præmonstrabitur
Quo pacto fiat subdola aduersus senem.
Ibo intro, argentum accipiam ab damnoso sene.

TERTIVS ACTVS.

Stratiphocles. Chæribolus.

Xpectando exedor miser, atq; exéteror, quo mihi
Epidici blanda dicta eueniant, nimis diu maceror.
Sit ne qd, nec ne sit, scire cupio. Ch. p illã tibi copiã.
Copiam parare aliam licet, sciui equidem in principio
Illico nullam tibi esse in illo copiam. St. interii
Hercle ego. Ch. absurde facis, q angas te aĩ. St. si hercle ego
Prahẽdero, nũq̃ irridere nos illũ inultũ sinã (illũ semel
Seruõ hoiem. Ch. qd illũ facere uis, St. qd tibi, quoi diuitiæ
Domi maxumæ sunt, nũmũ his nullũ habes, nec sodali tuo
In te copiast. Ch. si hercle habeam pollicear lubens. uerum
Aliquid aliqua, aliquo modo, alicũde, ab aliquibus, aliqua
Tibi spes est, fore mecum fortunã. St. ue tibi murcide hõ.
Ch. Qui tibi lubet mihi male loqui? St. quippe tu mihi
Aliquid aliqua, aliquo modo, alicũde, ab aliquibus, blatis.
Quod nusquast, neq; ego id imitto in meas aures. nec mihi
Plus adiumenti das, q̃ ille qui nunq̃ etiam natus est.

SARACENVS. Xpectando. Quæ contingunt amanti cuncta sera ueniunt: ppterea stratiphocles epidici operam expetens longam execratur moram. ⁋ Exenteror. Crucior: intestinis exinanior. ⁋ Quid tibi. Eloquitur stratiphocles obprobrans sodalis inopiam: & uerba satis docent: ita illud: si hercle habeam: damus cheribolo: & rursus: ue tibi muricidæ hõ stratiphocli. ⁋ Muricide: ignaue: stulte: mures insectando: ut uulgo canicida.

Muricida qui dicat:

ALLA. Xpectãdo: stratiphocles cheribullum alloquitur se excrucians: quod non tam repente redeat epidicus cum pecunia: quam ipse cupiebat: quodq; porro cheribullus non subueniat: grauiter: molesteq; fert. ⁋ Atq; exenteror: intus euacuor. qa enim græci entera uocant intestina. Inde uerbum exenterare factum: adolescentis q; summam ostendit leuitatem. ⁋ Angas te animi. ango me animi: & animo dicimus. sane ango: quod græci ancho: quia g littera media inter c cum aspiratione & e fine ea: ab ango angina fit: quæ a græcis sinanche nominata. ⁋ Ve tibi muricida homo. Mirum est: quod non nulli existimant: muricidam dixisse a muris cedendis: concedi dicatur quippiã: aut occidi: aut uerberibus contundi: non autẽ perforari: aut perfodi: nam si ob hoc furem dicere uoluisset nõ murorum: sed parietum dixisset: sunt enĩ muri: qui ad eã rem nihil attinent ut ciuitatum: ut oppidorum. Tales igitur professores parietũ uocat Pla. & latini alii: pterea nimis maledicum uerbum: & scurrile foret sodalẽ furem appellare: quod nomen seruis uillissimis: coquisq; impingit. Adde quod nequidem iocus esset ut par fuerat in oratione. Voluit itaq; sodalem suũ minime magnanimum: sed uilem indicare eũ nominando muricidam: qui mures insectetur: & occidat: ut uulgo hodie solem⁹ tales nominare canicidas. quod imitatus Persius dixit. An passim sequeris coruos: testaq;: lutoq;. ⁋ Blactis. nugaris.

Angina qd sit.

VGOLETVS ET GRAPA. ℂ NAM te illo nõ eque opus facto ẽ. Delirabat Pius: quũ huic locũ cõmẽtaret. legens telo: id qd uel a prandio fecit: uel ab occupatis furore quopiã sensibus. nã: te illo in codicib⁹ antiqs & manu scriptis oĩbus legit: & sniæ maxie cohæret: inqt. n. epidicus nõ opus eẽ senẽ illuc: ire. s. & reddit rõnẽ: ne te cẽseat filii cã facere: nã pręter ppositũ esset: si telo legeret: ut cuilibet nõ desipiẽti liqre põt. ⁋ Atq; id nõ decẽ occupatũ tibi erit argentũ dies ita scribi d; uersus hic ex codi. antiqs ad lram: & ex sniæ coherẽtia: & uersus recta rõne: nec scribendũ est decet: p decem: nec addendũ duos post erit: ut idocte: & cõtra sniç: & metri rõnem corrigit Pius: dicẽs duos addendũ: ut supra ex codicibus antiqs: & in hoc maxie mentiens. ⁋ Murcide hõ: hoc loco Pius isaniens hermolaũ barbarũ uirũ nra ætate incõparabilẽ incessit: inquiens illũ pueriliter: & prope socordiose prolabi: & quid tandẽ garriat: ipsemet Pius ignorat: quippe Hermolaus locũ hunc corrigit: & murcide scribendũ asserit: qd inertẽ: & socordẽ significare ex festo inqt: idemq; Pius ab illo acceptũ refert. qd quandoq; lectũ sit in Plauto: uel hoc ipso loco: muricida: nõ dissimili significatione ab ea: quam apud græcos habet τοι χωυ Xoũ: tã clarum est: ut omnes fere codices manuscripti ita propemodum habeant: quos hoc ipso loco taxat Hermolaus: murcide scribendum esse inquiens: quid igitur clamat Pius: imo quid obloquitur: & eius detractione: cuius nomẽ audire nõ meretur: sibi famam querit: ualeat rabiosus hic famæ aucupator: & gloriæ.

Epidicus. Stratiphocles. Charibolus.
FEcisti officiū iam tuū, me meū nūc facere oportet.
Per hanc curā quieto tibi licet esse. hoc qdē iā piit.
Nisi quid tibi hinc in spem referas, hoc oppido politum est.
Crede modo mihi. sic ego ago. sic ægere nostri. proh Di
Immortales mihi hunc diem dedistis luculentum,
Vt facilem, atq; impetrabilem. sed ego hinc migrare cesso,
Vt importem in coloniā hunc hūc auspicio meo cōmeatū.
Mihi cesso, quom sto. sed qd hoc? ante ædeis duos sodales,
Herū, & charibolū cōspicor, quid hic agitis? accipe hoc sis.
St. Quantū hic inest? Ep. quantū sat est, & plus satis supsit.
Decem minis plus attuli, q̄ tu danistæ debes.
Dū tibi ego placeā, atq; obseq̄r, meū floccifacio tergum.
St. Nā quid ita? Ep. quia ego tuū patrem faciā parēticidā.
St. Quid istuc est uerbi? Ep. nihil moror uetera, & uolgata uerba.
Para, tu ductare, atq; ego follitum ductitabo.
Nam leno omne argentū abstulit pro fidicina. ergo resolui,
Manibus his denumeraui. pater suā gnatam, quā eē credit.
Nunc iterum ut fallatur pater, tibiq; auxilium apparetur,
Inueni iam. nam ita suasi seni. atq; hanc habui orationem
Vt quom redisses, ne tibi eius copia esset. St. euge
Ea iam puella domist, teneo. Ep. nunc cautorē mihi dedit
Ad hanc rem Apoeciden. is apud forum manet me, quasi q
Amare te caueat. haud male. iam cautor ipse captust.
Ipse meo in collo tuus pater crumenam collocauit.
Is adornat ueniens, ut domi extemplo maritus fias.
St. Vno persuadebit modo, si illam, quæ adductast mecū,
Mihi adempsit Horcus. Ep. uerum nunc ego astutiam hanc institui.
Deueniam ad lenonem domum egomet solus. eū docebo,
Si quidem ad eum deueniam, ut sibi datū esse argētū dicat
Pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta,
Quippe ego quas nudiustertius meis manibus numeraui
Pro illa tua amica, quam pater suam filiam esse retur.
Ibi leno caput suum sceleratum imprudens alligabit,
Quasi pro illa argentū accæperit, quæ tecū nūc adductast.
Ch. Vorsutior es, q̄ rota figularis. Ep. ego aliquā parabo
Dolosam fidicinam, nummo conducta quæ sit, quæ se
Emptam simulet, quæ senes duo docte ludificetur. eam
Ducet simul Apoecides ad tuum patrem, ut parate
Eam præmeditatam, meis dolis, astutiisq;
Onustam mittam. sed nimis longum loquor. diu me
Estis demorati. hæc scitis, ut futura sint. abeo iam.
St. Bn̄ ambulato. Ch. nimis est doctus ille ad malefaciēdū.
St. Me quidem certo seruauit consiliis suis. Ch. abeamus
Intro hinc ad mē. St. atq; aliquanto lubentius, q̄ abs te sum egressus intus
Virtute, atq; auspicio Epidici cum præda in castra redeo.


FEcisti officium tuum. Recepta a sene pecunia: epidicus iubet illum bono eē animo: deinde solus loquitur. ¶ In coloniam commeatū. Sunt dicta per metaphoram: est colonia colendo dicta: q̄ ad eas mittendas ciues mittantur: commentus autem cibaria sunt: & pro discedendi facultate ponuntur. ¶ Parenticidam. Fuerat olim pœna statuta parenticidis: ut in corium mitterentur insuti cū simia: serpente: & gallo gallinaceo: & sic tan q̄ in folliculum inclusi in profluentem mittebantur: hocq; pacto interimebātur. Author est modestinus iurisconsul. hoc quoq; tangit Cice. in rethoricis his uerbis: qui parentem necasse iudicatus erit: is obuolutus: & obligatus corio deuehatur in profluentem paulopost maleolus iudicatus est matrem necasse: & damnatus statim folliculo lupino os obuolutum est: & soleæ ligneæ pedibus indutę: sensus autē est: ita uersabo: ductaboq; tuum patrē dolis meis: uti in follem inclusum parenticidam: quod uerbū non capiens stratiphocles: tanquā subobscurum inquit: quid istuc est uerbi? ille autem non tritis: nec uulgatis uerbis: sed potius duriusculis: & minus usitatis: uti mauelle se dicit: potuisse enim inquiens dicere paratum ductare: sed maluisse follitum ductitabo: idest tanq̄ in follē impressū pro meo arbitratu uersabo: & agitabo: est follis ut id quoq; declaretur: genus pilę spiritu inflatæ. Martialis folle decet pueros ludere: folle senes. ¶ Adempsit horchus. Morietur. ¶ Deueniam ad lenonem. Pulchram commentatur fallaciam epidicus: ut ictu uno periphanem pariter: & apocidem confodiat: nam est lenonem ducturus: qui pecuniam recepisse fateatur pro fidicina: idq; asseuerabit lenoratus illam esse fidicinam: quam pro filia emerat periphanes. ¶ Vorsutior. Ponitur interdū uersutus p perito: cuius (ut inqt Cic.) tāq̄ celer rota mēs uersat. ¶ Parate. Apte: composite.
¶ EA iam puella domist: teneo nunc actorē: mihi dedit: ita scribēdus uersus est: & ex sniæ concinnitate: & metri ratione: nec opus est de thessala: & pelia fabulosa referre: quę Pius cōmentator & rationis carminis ignarus retulit. ¶ Docte scribendū est metri necessitate: & non docta: ut Pius legit.

FEcisti officium iam tuum adiuit: in hac scæna stratiphoclē cū cheribullo epidicus a periphane afferens pecuniam periphanisq; aperit stratiphocli consilium. ¶ Oppido hoc positum est. Oppido ualde

SARACENVS
Parenticidę qua pena puniebantur.
Follis quid sit.
VGOLETVS ET GRAP.
VALLA.
Oppido qd significet.

dictum olim a rusticis: qui in annona uili interrogati quanta esset: respondebant oppido quod ualebat tanta: ut oppido satis eẽ possit. ⁋ Importem in colinam: idest in locum suum: quem incolat. ⁋ Nunc auspicio cõmeatum exercitui commeatus comportatur: quasi ergo ad exercitum deferat argentum ita loquitur. ⁋ Tergum flocci facio, uerbera: quæ in tergo cudentur meo pariifacio. ⁋ Faciam parenticidam: pro paricida parenticidam dixit: sensus est ita obuoluam eius caput: ut paricidis fieri solet. ⁋ Nihil moror uetera: & uulgata uerba. Nolo loqui inquit: ut alii uulgaresq; omnes: qui paricidam dicunt. ⁋ Paratum ductare. Nolo inquit patrem tuum paratum: idest instructum eo modo: quo nunc habet ductare. ⁋ At ego follitum ductitabo. folliculare inquit festus: pars remi dicitur: quę folliculo est lecta: a quo uita follicularis. sed ad hunc locum id nihil. follitum ergo dicit corio lupino obuolutum: ut paricidis mos ueterum fuit factitare. Cicero ad herennium rhethoricorum libro primo. Qui parentem necasse iudicatus erit: is obuolutus: & obligatus corio deuehatur in profluentem. Paulopost: maleolus iudicatus est matrem necasse: eo damnato statim folliculo lupino os obuolutum est soleę ligneę pedibus indutæ. ⁋ Iam domist puella: hoc est puellam: quam ego dixi tibi emendam: iam domi est. Sunt codices: qui pelia pro puella habent: ut sit pelia pro pelias more prisco latinorum: & quemadmodum pelias iasonem ad aureum uellus rapiendum perdendum existimauit: ita iason iuuenis astu medeę peliam perdidit: ut sit sensus: ita ego iuuenis igitur perdam patrem meum: qui uoluit amica priuare: quo me nuptiis alligaret: ut pelias Iasonem ad uelus aureum misit: quo securus regno potiretur. ⁋ Quę adducta est mecum mihi adempsit horchus. Hoc est potuerit obtinere: ut uxorem ducam: si quam mecũ duxi mulierem: mihi infernum sustulerit. ⁋ Vorsutior est q̃ rota figularis. Magis inquit hominum uertis ingenia q̃ rota sit uolubilis: qua figuli ad uasa terrea utuntur conficienda. ⁋ Cum præda in castra redeo: quasi cum hostibus conflixerit: eosq; dispoliarit: ideo ait: in castra redeo. Castra dicta sunt quod in eis castretur libido: uelut alii opinantur: quod ibi multa oppida. nempe quotquot tentoria sint: esse uideantur. Nam castrum inquit Seruius cum prisciano: oppidum est: cuius diminutiuum castellum.

Folliculare quid sit.

Castra unde dicta.

SARACENVS.

HOnoris causa. Epidicus interea precio conductã fidicinam tradit apocidi: ueluti ut a se mercatã periphani tradat: hoc pacto senes ambos: & simul fidicinam circunducit: suisq; uersat dolis: principium autem huius scęnæ totum est ex morali philosophia depromptum: inquit eñi periphanes: qui solus manserat: si homines: q ora in speculo sæpissime intuentur: formosi sint: an deformes: sua ita possent corda conspicere: utiq; non ignorarent q̃lia: & quanta uiuendo commisissent inuerecunda: & idecora: neq; magis aliena q̃ sua facta damnarent: in hanc fere sententiam locutum thalem milesium: uideo: qui interrogatus quomodo optime & iustissime uiueremus: si quæ inquit in aliis repręhendimus: ipsi non faciamus: nam nihil est difficilius dixit homini q̃ se ipsum noscere: & contra facilius alius monere: & notandum est: qd dixit honoris causa equũ fuit habere speculum. quod a natura quidem non temere datum est: uel inuentum: utilitates siquidem ab eo q̃ plurimę: & pre cæteris una hec: ut nos ipsos quales simus: nosceremus: nõ quidem facie: & imagine tantum: sed moribus: & uirtutibus: id quod idem milesius thales fieri monet: non esse scilicet faciem componendam: sed bonarum artium studiis animum excolendum. Socrates quoq; suos discipulos hortabatur: ut se iugiter in speculo intuerentur: ut si quidem formosi essẽt: digni ea specie fierent: sin autem deformes: deformitatem ipsam uirtutibus & eruditione protegerent. ⁋ Ex cruciare animi. Et animo pariter dicimus. ⁋ Me derga. Erga me: interpositum est d propter hiatum uocalium. ⁋ Diuortunt mores. Nimium inquit inter se differre uita: ac moribus: minimeq;

Nota pulchrum dictum

Periphanes. Apoecides. & seruos unus.

HOnoris caussa, modo homines æquom fuit
Sibi habere speculum, ubi os contemplarẽt suum,
Sibi qui perspicere possent cor sapientiæ,
Igitur perspicere ut possint cordis copiam.
Vbi id inspexissent, cogitarent postea
Vitam ut uixissent olim in adolescentia.
Vel quasi egomet, qui filii caussa cœperam
Me excruciare animi, quasi quid filius meus
Deliquisset mederga, aut quasi non plurimum
Male facta mea essent solida in adolescentia.
Profecto deliramus interdum senes.
Fuit hoc conducibile mea sententia.
Sed meus sodalis it cum præda Apoecides.
Venire saluom mercatorem gaudeo.
Quid fit? Ap. Di. Deæq; te adiuuant. res prospere,
Omen placet iam, quom omini omnes suppetunt
Res prosperæ. sed tu hanc intro abduci iube.
Pe. Heus intus uos, exite huc aliquis iam foras,
Duce istam intro mulierem, concludi uolo.

Atq; audin? Ser. quid uis? Pe. caue sis cum filia mea
Hanc copulari, neq; conspicere, iam tenes.
In ædiculam seorsum istæc eat, iube.
Deuortunt mores uirgini longe, ac lupæ.
Ap. Docte, & sapienter dicis. non nimis potest
Pudicitiam quisq̃ seruare suæ filiæ.
Aedepol næ istam tempore suo gnato tuo
Sumus præmercati. Pe. quid iam? Ap. quia dixit mihi
Iamdudum alius, se tuum uidisse hic filium.
Pe. Hanc ædepol rem apparabat. Ap. plane hercle hoc quidem est.
Næ tu graphicum habes seruom, & quanti uis precii.
Pe. Non carust auro contra. Ap. ut ille fidicinam
Fecit nescire prorsus se esse emptam tibi.
Illam ridibundam, atq; hilaram huc adduxit simul.
Pe. Mirum hoc qui potuit fieri. Ap. te pro filio
Facturum dixit rem esse diuinam domi.
Ego illic me autem assimulabam quasi stolidum,
Quom bardum me faciebam. Pe. immo ita quidem decet.
Ap. Res magna amici apud forum agitur. ei uolo
Ire aduocatus. Pe. ito, atq; ubi erit ocium,
Reuortere ad me extemplo. Ap. continuo hic ero.
Pe. Nihil homini amicost opportuno amicius.
Sine tuo labore quod uelis actust tamen.
Ego si allegassem aliquem ad hoc negocium
Minus hominem q̃ doctum, minusq; ad rem hanc callidum,
Os sublitum esset, itaq; me alcatis dentibus
Meus derideret filius meritissimo.
Atq; hæc stultitiast me illi uitio uortere.
Egomet quod factitaui in adolescentia,
Quom militabam, pugnis memorandis meis
Eradicabam hominum aureis, quando occœperam.
Sed hic quis est, quem huc aduenientem conspicor,
Suam qui undantem chlamydem quassando facit?

bus: minimeq; inter se cõuenire meretrices & ingenuæ uirgines: lupa enim pro meretrice dicta est: unde lupanar uel diuortunt hç lupæ mores uirgini: idest seperãt: & quasi de uia deflectũt: & demutant: & propterea sua consuetudine corrumpunt: sumuntur enis a conuersationibus mores: ut p̃clare inquit Seneca. Iuuenalis quoq; i uuacq conspecta liuorẽ ducit ab uua. Graphicum. Doctum a pothu graphin: hoc est pingere: uel scribere: latini grçcos secuti linearem picturam graphidem dixerunt. Victruuius de architecto locutus inquit: & graphidos non ignarus: idest picturæ. Auro cõtra: scilicet si rependatur. Bardus. Stultum: & igenio tardum. Allegassem. Misissem. Os sublitum esset. Fuisses deceptus: locutio est Pla. per q̃ familiaris. Aleatis dentibus. Velun exertis: & sublato cachinno palam ostensis.

Lupa qd & uñ dctã



VALLA.

HOnoris causa. Apocides mulierem secum adducens: quã iusserat Periphanes ab Epidico deceptus ait: se forum tradita muliere: uelle repetere. At periphanes secus letaẽ ratus obtimuisse: quod cũ epidico conuenerat. Si id: hoc est si contẽplatis os suum fuissent. Excruciare ait & excrucior ai: & animo dicimus. Me derga. aduersum me. Meus sodalis: subaudi apocides. Saluum mercatorem ob coemptam puellam mercatorem uocat. Exite huc aliquis: hoc est exite uos huc ut aliquis modo hanc abducat. Copulari hanc: quam emisti inquit mulierem: noli committere: ut cum mea iungatur filia: & ne quidem conspiciat. Iã tenes is: pro tenes si uis. In ediculã istanc seorsum ædẽ ab aditu dictã Varro putat: ideo singulariter templum significari, quia unus est in templum aditus: ut in plurali templa. At cum plurali tñ dicuntur domos intelligimus: quia in domo multi aditus sunt: multiq; recessus: ideo singulariter diminutiuo ædiculam cameram uocitauit. Seorsum separatim. Cur id docet inquiens. Diuortunt mores uirgini. Ordo: ac sensus est: hæ lupæ nempe meretriculæ mores longe diuortunt: ualde impugnant: ualde in diuersas agunt partes uirgini. Sumus præmercati. hoc est p̃occupauimus tempori anteq̃ ipse mercaretur. Ne tu habes seruon graphicon. Ne affirmantis aduerbium est. Graphicum. calidum: astutum dicit. Et quanti uis præcii: quanticunq; precii dignus. Mirum hoc quidem potuit fieri. Mirandum inquit est quo pacto id potuerit obtinere. Cum bardum me faciebam: bardum tardum dicit: ita ueteres per transpositionem litterarum. nam græce bardis dicitur tardus: sed ac litterarum transpositione: græci quoq; poetæ utuntur sicut Homerus. βάρδιςοι μὲν γάρ οἱ ἔσαν καλλίτριχες ἵπποι. Ita Cicero de fato disputans bardum Socratem dictum ait. Os sublitum esset. Futurum erat ut deciperet. Vndantem clamidem: ut milites solent gloriosi.

Aedes uñ dicta.

Bardus qs fit.

SIBI: qui perspicere possent. ratione metri: & sententię concinnitate: non si id qui: neq; si ibi perspicere: ut indocte refertur: & corrigit Pius. Mederga: sic dicitur. d. littera interposita: ut antidhac & mile alia. Lupa meretrix dicitur: ide lupanar locus ubi habitant scortę Iuuenalis: Fęda lupanaris tulit ad puluinar odorem. Sic. delendum est: metri ratione: & ex codi. antiquis: in quibus non est. Me alcatis dentibus: ita scribeñ. censemus ex codi. antiquis: & exponendum alcatis: idest longis: prominentibus: & similibus labro ferç: quæ alce dicitur: & in hercynia silua germanię reperiẽ: mulis comparanda: nisi quod adeo propensum habet superius labrum: ut nihil recedens in posteriora uestigia pasci nequeat: itaq; retrograditur in pascendo: ne in priora tendens inuoluatur: de qua Ply. lib. viii. cap. xv. differit. Meus addendus fuit ex codi. antiquis: & metri necessitate.

VGOLETVS ET GRAP.

SARACENVS



Ane pterbitas. Miles nunc inducitur mercaturus fidicinam a periphane: quã olim ille suasu serui epidici emerat pro filia: at periphanes eam ratus fidicinam postremo ab epidico conductam prçtio ultro anuuit. ¶ Duellica. Bellica: uel hostili.

Centones q & uñ dci

¶ Cui cẽtones farcias. Prouerbialiter uidetur dictum in eos: qui nimis creduli uaniloqua & inania quęq; suas admittant in aures: dicti sunt cẽtones a uillorum multitudine: sunt enim stragula grossiora infarcita tomento: uel lanatullis pendentibus.

Stragula q̃

¶ Tuas ferias possidebit. Idest apud te ociabitur: ferias antiqui festas uocabant: & dictae sunt ab epulis ferendis: & porcorum: & frugum. ¶ Fides. Lyram. ¶ Ei quę necessere. Idest ea: quae secum attulit. ¶ Quę intemperiae. Agnouit nõ eam esse amicam fidicinam. ¶ Nõ nouisse me eam recte amicam posse. Ego potius sic legerem: non nouisse meam rere amicam posse? ¶ Articulatim. Vt minutatim. ¶ Vbi: ubi. Pro ubicunq;. ¶ Fruge epidice. Ad absentem apostrophat: & deinde ad fidicinam conuersus. minimi inquit prçcii. ¶ Athenis atticis. Nam aliç quoq; hoc nomine dictae sunt athenç. ¶ Quid nüc? Subaudi feceto: ego'ne eam sententiam impune. Aposiopesis: subaudiendum est: pmittam: uel sufferam. ¶ Depeculatũ. Publice: palamq; despoliatum & praedatum. ¶ Atq; meminerıs. Subaudi epidice. ¶ Qui oium legũ atq; iurium. Ad illud referẽ dictũ supra: q iura & leges tenet: quod fuit d epidico ab apocide dictum.

VALLA.



Aue praeterbitas ullas ędis Miles dum amicam suam q̃rit: quod audierat apd periphanem esse: percũctatur ubi nam habitet periphanes: quo inuento cognoscit muliere adducta: nõ esse quam quaerebat. Indignatus periphanes phidicinam eicit domo: & in epidicum grauiter stomachatus est. ¶ Caue praeterbittas: idest trãseas: & praetermittas. ¶ Nam strenuiori. Pri-

Strenior cõpatiuuz.

scianus: reliquiq; fere grãmatici aiũt expositiuo habente uocalem ante alteram uocalem non fieri comparatiuũ: inuenimus tamen in usu antiquorum factum: ut hoc loco: & apud plęrosq; alios. Sed istum quem quęris. Hoc illi simile est naucratem: quem conuenire uolui in naui non erat. ¶ Arte duellica. bellica: quia bellum duellum dixere ueteres. ¶ Qui memoret suas: referat recenseat. ¶ Cui centones farcias. Centones ulia dicit cubilia: quae crassiore tela fieri solẽt nautis: quodq; crassiore filo: ac in transuersum multiplici



Miles. Periphanes. Fidicina.



Aue praeterbites ullas aedeis, quin roges,
Senex hic ubi habitat Periphanes platenius?
Pe. Incertus sum. caue. ad me rettulit pedem.
Adolescens si istunc hominem, quem tu quaeritas
Tibi commonstrasso, ecquam abs te inibo gratiam?
Mi. Virtute belli armatus promerui, ut mihi
Omnes mortaleis deceat agere gratias.
Pe. Non repperisti adolescens tranquillum locum,
Vbi tuas uirtutes explices, ut postulas.
Nam strenuiori deterior si praedicat
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidae.
Sed istum, quem quaeris Periphanem platenium,
Ego sum, si quid uis. Mi. Nempe quem in adolescentia
Memorant apud reges armis, arte duellica
Diuitias magnas sibi adeptum? Pe. immo si audias
Meas pugnas, fugias manibus demissis domum.
Mi. Polego magis unum quaero, meas quoi praedicem,
Quam illum, qui memoret suas mihi. Pe. hic non est locus.
Quin tu alium quaeras quoi centones farcias.
Mi. Animum aduorte, ut quod ego ad te uenio, intellegas.
Meam ego amicam audiui mercatum te esse. Pe. atat
Vunc demum scio ego hunc qui sit, quem dudum Epidicus
Mihi praedicauit militem. adolescens itast,
Vt dicis, emi. Mi. uolo te uerbis paucululis,
Si tibi molestum non est. Pe. non aedepol scio,
Molestum mihi non est, nisi dicis, quid uelis.
Mi. Mihi illam ut tramittas, atq; argentum accipias,
Habeas. Nam quid ego apud te proloqui parem,
Ego illam hodie uolo facere libertam meam,
Mihi concubina quae sit. Pe. te absoluam breui.
Argenti quinquaginta mihi illa emptast minis.
Sexaginta mihi dinumerentur minae,
Tuas possidebit mulier faxo ferias,
Atq; ita profecto, ut eam ex hoc exoneres agro.

ter consuatur

Mi. Est ne empta mihi hæc? Pe. istis legibus habeas licet.
Mi. Conciliauisti pulchre. Pe. heus, foras educite
Quam introduxistis fidicinam, atq; etiam fides.
Ei quæ accessere, tibi addam dono gratis.
Age accipe hanc sis. Mi. quæ te intemperiæ tenent?
Quas tu mihi tenebras cudis? quin fidicinam
Produci intus iubes? Pe. hæc ergo est fidicina,
Hic alia nullast. Mi. non mihi nugari potes,
Quin tu huc producis fidicinam Eropolistidem.
Pe. Hæc inquam est. Mi. non hæc inquã est. nõ nouisse meam
Me rere amicam posse? Pe. hanc inquam filius
Meus deperibat fidicinam. Mi. hæc non est ea.
Pe. Quid non est? Mi. nõ est. Pe. uñ hæc igit͂ gentium est?
Equidem hercle argentum pro hac dedi. Mi. stulte datum
Reor, & peccatum largiter. pe. immo est hæc ea.
Nam seruom misi, qui solet gnatum meum
Sectari. ipse hanc meo articulo emit fidicinam.
Mi. Hem istic homo te articulatim concidit senex
Tuus seruos. pe. quid concidit? Mi. sic suspiciost.
Nam pro fidicina illa hæc nunc suppositast tibi
Senex tibi os est sublitum plane & probe.
Pe. Ego illam requiram iam, ubi ubi est, bellator uale.
Euge frugi epidice, frugies, bene pugnasti, homo es.
Qui me emunxisti mucidum minimi precii.
Mercatus te hodiest de lenone apoecides?
Fi. Ebodum istunc hominem nunq̃ audiui ante hunc diem,
Neq; me quidem emere quisq̃ ulla pecunia
Potuit, quæ plus iam sum libera quinquennium.
Pe. Quid tibi negocist meæ domi igitur? Fi. audies,
Conducta ueni, ut fidibus cantarem seni,
Dum rem diuinam faceret. pe. fateor me omnium
Hominum esse athenis atticis minimi precii.
Sed tu nouistin fidicinam eropolistidem?
Fi. Tam facile, q̃ me. pe. ubi habitat? Fi. postq̃ liberast,
Vbi habitet, dum incerto scio. pe. eho an aliquis eam
Liberauit? uolo scire, si scis. Fi. quod audiui, audies.
Stratiphoclem audiui periphani filium
Absentem curauisse, ut fieret libera.
Pe. perii hercle si istæc uera sunt. planissume
Meum exenterauit epidicus marsupium.
Fi. hæc sic audiui. numquid me uis cæterum.
Pe. Malo cruciatu ut pereas, atq; obeas cito.
Fi. Fides non reddit? pe. neq; fides, neq; tibias.
Propera igitur hinc, si te Di amant, fugere. Fi. abiero,
Flagitio cum maiore post reddes tamen.
Pe. Quid nunc qui in tantis positus sum sententiis,
Eum ne ego sinam impune? immo etiam si alterum
Tantum perdundust, perdam potius, q̃ sinam
Me impune irrisum esse habitum, depecuatum eis,
Sic data mihi esse uerba præsenti palam,

ter consuãtur cẽtones dicti Centones: quia græce cento pungo significat. Farcias: impleas tomento: uel lana prouerbium autem hoc fuit dictum ĩ illos: qui in cassum aliquam insumebant operam Farcire ingerere significat: atq; inserere: unde fartores & farcimina dicta. Possidebit mulier faxo ferias: satis ambitiose dictum pro eo: quod est tecum erit. Quæ intemperiç tenent: peruisa muliere: quod intelligit miles non esse quam quærebat quæ inquit intemperiæ tenẽt: ac si diceret: quæ mala te uexant. Tenebras crudis: fabricas mihi incognita: ut me tenebris uelis obruere. Nugari potes. fraudem per nugas iniicere fidicinam eropolistidem. Hæc ideo ita uidetur dicta: quod eros amor dicatur: polo uendo: quasi ob amorem uẽdita. Non nouisse meam rere amicã posse. An tu censes: me non posse meã amicam cognoscere. Et peccatum largiter: idest te grauiter deliquisse. Misi epidicum: qui sectari solet meum gnatum: ideo hanc esse oportet: quia misi epidicum seruum: qui filium meum solet comitari. Hanc mihi p̃stinauit fidicinam. p̃occupauit emendo anteq̃ emeret filius. Articulatim concidit: admutilauit per singulos artus: quia te diripuit: te dispoliauit. Os est sublitum: plane: & probe. nulla dubitatio est quin tibi uehementer imposuerit. Emunxisti mucidum. dispoliasti imprudentem: sumpta trãslatione a pecoribus: de quibus lac sumitur: eisq; quorum mucus e naso dependet: hi namq; mucidi nominãtur. Plus iam sum libera quinquennium: plus quinquennium: & plus quinquẽnio dicimus: ut noctem non amplius unam Falle dolo: nisi sit falle dolo noctem unam: ut per se sumatur: nõ amplius. Exenterauit. Dispoliauit exhausit. Neq; fides. quas latini fides: græci lyras nocant. Flagitio cũ maiore: idest damno. Flagitium quasi flagris dignum. In tãtis sentẽtiis: idest criminibus: de quibus feruntur sententiæ: quod sequitur: pro eo: quod antecedit positum. Eã ne ego sinam impune. subaudiendũ deserã. est. n. elipticos dictũ. sensus est: omittã ne ego hoc inultũ crimen. Depeculatum: direptũ: dispoliatũ. Legum atq; iurum. Notandum q̃ ab eo quod est ius iuris genitiuum pluralem iurum protulit: cum fere in usu sit iura dũtaxat dicef. Cluet. perhibet: existimat. Is etiã sese sapere memorat malõ. A pocidẽ dicit: quẽ nihil sapere uideri uult: malõq; separatim legẽdũ est: ut sit aduerbium; ac si dicat: malo auspicio.

Farcire qd significet

Fides qui

VGOLETVS ET GRAPA

EXenter: autẽ p enacuit positũ ẽ.

SARACENVS.

SI qd est homini. Mulier hæc est: ex qua i epidauro pipha nes filiã susceperat suã ingenit gnatã hostiũ potitã. ⁋ Credo ego illi hospi. usus iuenit corrigo: credo ego illę hospicii usum iuenit. ⁋ Quod credidisti reddo. s. pro salute salutem. ⁋ Tuæ memorię interpretari. i. in tuam reducere memoriã. ⁋ Gutula. Aliquo solamine. ⁋ Cantara. Ancillę nomen. ⁋ Remigrat. Rursus in se redit.

VALLA.

SI quid est homini miseriarum. quã olym periphães cõpresserat mulierẽ cõuẽit piphanem: multis ultro citroq; habitis uerbis: deniq; se cognoscunt. ⁋ Quod miserescat: miseria cõtabescat. ⁋ Territat mentẽ animi. pauefacit animi cogitationẽ. Mẽs dicta: qđ ea oia metiamur. uel qa mene a gręcis: a nostris luna dicit: ac sicut luna crescit: & decrescit: unde amẽtes: & demẽtes dicti: cũ m̃ aius in sua sede maneat. ⁋ Hospitiũ usus iuenit. Cõsuetudo fecit: ut sibi iuenerit hospitium. ⁋ Visitaui antidhac: pro ãte hac. i. antea. d. littera iterposita propter hiatus uocalium. ⁋ Pudicitias pepulit. me ex pudica fecit impudicã. ⁋ Incertat animum incertũ facit: qa iampridẽ factũ. ⁋ Orationis aciem: qnia in cõgressum tanq̃ cum hoste uenturus erat oratiõis aciem dixit. ⁋ Conferam: pro inferã. ⁋ Iniq; iniurius: nequiter mihi ingt facis iniuriam. ⁋ In epidauro: ac si dicat ubi in cõgressum ueni tuum. ⁋ Ah gutula pectus ardens mihi aspexisti. Cũ pectus inqnit meus exardesceret ušus es gutulam insparxisse. ⁋ Virgini paupercule: tibi iquit: quę uirgo: quę paupercula eras. ⁋ In mea erũna. qa eram paupercula. ⁋ Obscęuisti: itcruduisti. ⁋ Miseriarum cõpotem: quę sum in potestate miseriarũ sicut impos dicitur: q i potestate nõ est: uel in potestate nõ habet: & tã in bonã q̃ in malã partẽ: ut hic apparet accipitur. ⁋ Digitus te turbat tuus: qa contremiscit. ⁋ Filiã quã ex te suscepi. quid eã: Oia per elipsim dicta sunt: pnuntiatione distinguẽda: ut sit itegrũ quã ex te suscepi filiã: habes ne. ⁋ Quid eã: uis tibi facere. ⁋ Eductã pdidi: posteaq̃ educaui eã inqnit amisi siqdẽ capta est ab hostibus. ⁋ Vt alias res pro ad alias res. ⁋ Est ipense iprobus. i. plurimũ iprobus. Impense nãq; ualde significat: qa quod impenditur: magnus uř: & ẽ figura parahyponœ: quia dixerat sobrie & frugaliter accurauit. ⁋ Heo canthara. nomẽ ancillæ: quã ad se uocat. ⁋ Iube thelestidem: nomen est filiæ thelestise.

Impense quid significet

Atq; me minoris factum præ illo, qui omnium
Legum, atq; iurum fictor, conditor cluet.
Is etiam sese sapere memorat malleum.
Sapientior est, ut malo hærens manubrio mulier.

QARTVS ACTVS.

Mulier. periphanes.

SI quid hoi est miseriarũ, quo miserescat miser ex aiost
Id ego expior quoi multa in unũ cõfluũt locũ, meũq;
Pectus pulsant. simul, erumnam multiplex exercitam
Habet paupertas. territat pauor animi mentẽ. neq;
Vbi meas ego collocem spes, habeo usq̃ munitum locum.
Ita gnata mea hostiust potita, neq; ea nunc ubi sit, scio.
Pe. Quis illæc est mulier timido pectore pegre aduenies, q̃ ipsa
Se miserat: Mu. in his dictus locis ẽ habitare mihi piphães.
Pe. Me noiat hæc. credo illi ego hospitio usus ierit. Mu. pueli
Mercedẽ dare qui monstret nũc eũ mihi hoiem, aut ubi hitet.
Pe. Noscito ego hãc: nã uideor, nescio ubi, me uidisse prius. ẽ
An nõ, quã aius ret meus? Dii boni uisitaui antidhac. (ne ea?
Certe east, quã in epidauro paupculã memini me cõprimere
Mu. Plane hic ẽ q mihi in epidauro prius pudiciciã pepulit.
Pe. Quæ meo cõpssu pepit filiã, quã nẽ hẽo domi? (sin ẽ is hõ
Mu. Quid si adeã? pe. hau scio, an cõgrediar, si hæc east. Mu.
Sicut anni multi dubiã dant. pe. lõga dies aium icertat meũ.
Sin east, quã incerto aio, hanc cõgrediar astu. Mu. muliebris
Adhibenda mihi malitia nunc est. pe. compellabo.
Mu. Orationis aciem contra conferã. pe. heus tu, salua sis.
Mu. Salutẽ accipio mihi, & meis. pe. qd cæterũ? Mu. saluos sies
Quod credidisti, reddo. pe. haud accuso fidem. nouin ego te?
Mu. Si ego te noui, aium iducã, uti noueris. pe. ubi te uisitaui?
Mu. Iniq; iniurius es. pe. quid iã? Mu. quia tuæ memoriæ
Interpetari me æquom cẽses. pe. cõmode. Mu. mira memoras.
Pe. Hẽ istuc rectius meministin? mu. memini id. pe. i epidau-
ro. mu. ah guttula
Pectus mihi ardens aspersisti. pe. uirgini pauperculæ,
Tuæq; matri me leuare paupertatem. mu. tu ne is es.
Qui per uoluptatem in mea, erũna obscuisti grauiter?
Pe. ego sum, salue. Mu. salua sum, quia te esse saluom sentio.
Pe. Cedo manũ mihi. Mu. accipe. ærũnosã & miseriarũ cõpotẽ
Mulierẽ retines. pe. qd idest, quod digitos iterturbat tuos?
Tũ filiã, quam ex te suscepi, quid eam? Mu. eductam perdidi,
Atq; hostiũ ẽ potita. pe. habe aium lenẽ, & tranquillum face,
Domi meæ eccam saluã, & sanam. nã postq̃ audiui illico
Ex meo seruo, illã esse captã, cõtinuo argẽtũ dedi, ut emeret.
Ille eam rem adeo sobrie, & frugaliter accurauit, ut alias
Res, ẽ ipẽse iprobus. Mu. fac uideã, si ne. pe. eho cãthara, i sta.
Iube eropolistidem prodire filiam ante ædeis meam, (tim
Vt suã uideat matrẽ. Mu. remigrat aius nunc demum mihi.

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋ EXERcitus dicitur fatigatus ab exercitio: testis est Nonius Marcellus. Salustius in Iugurtino bello. Nabdasa exercito corpore. Plautus in bacchidibus: Quæ sodalem ac me exercitos habet.

Quid

SARACENVS.



Vid est pater. Hæc scæna omnem detegit epidici fallaciam: ea enim: quam periphanes autumabat natã nuenietur amica militis. ⁋ Austrum perculi. Ausim ego legendum esse plaustrum perculi: hoc est plaustrum euerti: idest opes meæ una conciderunt omnes: percellere enim euertere est authore Nonio: & fuit hoc prouerbii loco usurpatum: teste Donato in Terentium: bene plaustrum perculit: & ibi quoq; perculit interpræatur peruertit: in hanc ferme sententiam loquitur Plautus in persa: uehiculum argenti eieci miser. ⁋ Nunquid ego ibi? Scilicet ago? ⁋ Circen solis filiam. Veneficam: scilicet mulierem oetæ filii solis filiam: nam (ut legitur apud Diodorũ in quinto) solem ferunt duos procreasse pueros oetan & persen: oeta in colcho regnauit: in taurica perses crudeles ambo: efferiq;: e perse hecate orta est superans audacia: ac in manitate patrem: neq; cruciatu hominum læta: eos pro feris appetere sagittis consueuit: sed ad uenena mortifera conficienda sũmum studiũ operãq; impendens: prima aconitũ inuenit: uim naturãq; cuius ueneni in cibis: quos aduenis dabat experta: his rebus admodũ edocta: prio ueneno patrẽ sustulit: deinde regno assũpto tẽplum statuit dianæ: cui nauigãtes hospites sacrificabat: existimans ea crudelitate suum nomen clarius futurũ: post hæc nupsit oetæ: genuitq; liberos tres circẽ: medeã: & ægialeũ circe ad ois generis uenenorũ curam uersa: multarum herbarũ radicũq; uarias uires: mirabilesq; repperit: & q̃uis a matre hecate in plurimis instructa esset: tamẽ multis ab se de nuo adinuẽtis: oibus in re ea p̃stitit: hæc sarmatarũ regi: quos qdã scythas dicũt: cũ nupsisset primũ ueneno uirũ abstulit: deide regno capto multa ui: crudelitateq; subditos uexauit: qbus rebus regno pulsa quidam scriptores ad oceani quandam desertam insulam confugisse: qdam ad italiã uenisse tradũt: in eoq; promontorio: quod nunc quoq; abilla circæum uocant resedisse.

Nota fabulam

Fidicina. Periphanes. Mulier.



Vid est pr̃, qd̃ me exciuisti añ ædeis? pe. tuã ut matrẽ
Videas, adeas, uenienti des salutem, atq; osculum.
Fi. Quã meã matrẽ? pe. q̃ exaiata exeqtur aspectũ tuũ.
Mu. Quis istæc, quã tu osculũ mihi ferre iubes? pe. tua filia.
Mu. Hæccine? pe. Hæc. Mu. ego ne osculũ huic dem? pe. cur non,
quæ ex te nata st? Mu. tu homo
Insãis. pe. ego ne? Mu. tu. pe. cur? Mu. qa ego hãc, q̃ sit, neq; scio,
Neq; noui, neq; ego hanc oculis uidi ante hunc diem. pe. scio
Quid erres. quia uestitum, atq; ornatum immutabilem
Habet hæc. Mu. aliter catuli longe olent, aliter sues, nego
Eam nouisse. pe. proh deum, atq; hominum fidem. quid ego
Lenocinium facio, qui quidem habeam alienos domi,
Atq; argẽtũ exgurgitẽ domo prorsum? quid tu, quæ patrem
Vocas me, atq; osculare, quid stas stupida? quid taces?
Fi. Quid loquar uis? pe. hæc negat se tuã esse matrẽ. Fi. ne fuat,
Si non uolt, equidem hac tamen inuita ero matris filia.
Non me istanc cogere æquomst meã esse matrem, si non uolt.
Pe. Cur me igit̃ patrẽ uocabas? Fi. tua istæc culpa, non mea.
Non patrẽ ego nominẽ, ubi tu tuam me appellas filiam?
Hanc quoq; etiam, si me appellet filiam, matrem uocem.
Negat hæc me filiam suam esse. non ergo hæc mater meast.
Postremo hæc mea culpa non est. quæ didici, dixi omnia.
Epidicus mihi magister fuit. pe. perii. plaustrum perculi.
Fi. Nunqd ego tibi fortasse? pe. si hercle te unq̃ audiuero
Me patrem uocare, uitam tuã ego interimam. Fi. non uoco.
Vbi uoles pater esse, ibi esto. ubi noles, ne fueris pater.
Mu. Quid? ob eam rem hanc emisti, quia tuam gnatam ratus?
Quibus signis agnoscebas? pe. nullis. Mu. quare filiam
Credidisti nostram? Pe. seruos epidicus dixit mihi.
Mu. Quid si suo aliter uisum est, nõ poteras nouisse obsecro?
Pe. Quid ego, qui illã ut primum uidi, nunq̃ uidi postea?
Mu. perii misera. pe. ne fle mulier. itro abi. habeto aium bonũ.
Ego illam reperiam. Mu. hinc Athenis est ciuis atticus
Adolescentem equidem dicebant emisse. pe. inueniam, tace,
Abi modo intro, atq; ad seruã hanc circem solis filiam.
Ego relictis rebus epidicum operam quærendo dabo,
Si inueniam, exitiabilem ego illi faciam hunc ut sciat diem.

VALLA.



Vid est pr̃. Excita fidicina alias epidici detegit insidias: mẽtitãq; eẽ piphanis filiã: mulier quã compressit: in epidauro pate facit. ⁋ Quæ exaiata: terrore cõcussa. ⁋ Ornatũ: imutabilẽ. i. imutatũ: iõ hanc nõ nouisti inqt: qa uestimẽta imutauit. ⁋ Aliter catuli lõ. olẽt: aliter sues. Prouerbiũ in illos dictũ: q facile discerni possint. ⁋ Me: an ego nõ nouissem? ego inqt meã non nouerim filiã. ⁋ Argentũ egurgitẽ: tanq̃ de gurgite euomã: ac exhauriã. ⁋ Austrũ pculi: puerbiũ i illos dictũ: q aliquo affecti sunt incõmodo: austrũ pculi p eo: qd̃ ẽ ab austro pculsus sum: q græce notus ab humectatiõe dictus ẽ. Nã notis notitos dr̃ humectatio: latine ab austeritate auster: qa tabidus est uẽtus afferens nõ hoibus mõ pniciẽ: sed etiã pecoribus: atq; adeo: & arborib9. iõ ab austro se pculsum dicit. ⁋ Nũquid ego tibi. est ne inqt aliqd: quod ego tibi debeã: ubi opera egeas mea. ⁋ Circẽ solis filiã. i. ueneficã: & sagã mulierẽ: ut circe fuisse phibet. Homerus in odissea ait: circẽ. solis filiã fuisse & pses: q̃ filia fuit oceani: quæq; Oetæ soror fuit: & insulam æeã hitauit. Sunt: q dicãt circen aliã fuisse filiã Oetæ & hechates: q̃ filia fuit psei: queadmodũ Dionysius milesius in primo argonauticon. Medias autem sororem ab hac campus circeus dictus. ⁋ Exitiabilem. exitiis obnoxium.

Prouerbiũ antiquum

Circe quæ fuerit

VGCLF. TVS ET GRAPA.

⁋ QVIdam legunt: austrum perculi: hoc est operam lusi: quoniam aer uerberantis ictum eludit.



Q VINTVS ACTVS.

Stratiphocles. Epidicus. Danista. Virgo.

MAle moriger⁹ mihi ē danista,q̃ argētū de me ñ petit,
Neq; adducit illā q̃ ex p̃da,sed eccū icedit epidicus.
Q uid illud est,quod illi caperat frons seueritudine?
Ep.Si undecim Deos præter se secum adducat Iuppiter,
Ita non omnes poterunt excruciatu eximere epidicum.
Periphanem emere lora uidi.aderat ibi una Apoecides.
Nunc homines quæritare me credo. senserunt,sciunt
Sibi data esse uerba.St.qd agis mea cōmoditas?ep.qd miser.
St.quid est tibi?ep.quin tu mihi adornas ad fugam uiaticum
Prius,q̃ pereo?nam per urbem duo deflocçati senes
Q uæritant me.in manibus gestant copulas secum subueni
St.Habe aīum bonū.ep.qppe ego quoi libertas in mūdo sitast,
St.ego seruabo te.ep.ædepol me illi melius,si nacti fuant.
Sed quis est hæc muliercula,& ille rauistellus qui uenit?
St.Hic est danista.hæc illast aūt,quā emi ex p̃da.ep.hæccinest?
St.Hæc ē.ē ne,ut tibi dixi?aspecta.ep.hæc?St.cōtēpla epidice
Vsq; ab unguiculo ad capillū sūmū.ep.ē.St.ē?tu uise.est ne?
Conspice.nam signum pictum pulchre uideris.ep.ex tuis
Verbis meum futurum corium pulchrum prædicas,
Quem Apelles,Zeusisq; duo pingent pigmentis ulmeis.
St.Di imortales,soccos iussi adimere pedibus.pulmo enim
(Q uod perhibent)prius uenisset,q̃ tu aduenisti mihi.
Da.Hæc ædepol remoratast me.St.siquidem istius gratia id
Remoratus,q̃ ista uoluit,nimium aduenisti cito.
Da.Age age absolue,atq; argentū numera,ne comites morer.
St.Pernūeratust.ep.crumenā tene,huc īde. Da.sapiēter uēis.
St.Opperire,dū effero ad te argentū.Da.matura,St. domist.
Ep.Satin ego oculis utilitatem obtineo sincere,an parum?
E Philippa matre natan Thebis,epidauri satan?
Video ne ego te eropolistidem Periphani filiam?

SARA CENVS.

MAle morigerus.Longā mora frustrabatur stratiphocles expectando danistam: cui pecunia; dinumeraret: & ille puellam traderet. ⁋ Caperat. Rugatur.quod a crispis caprorū frōtibus tractum uidetur: ut docet Nonius.Festus quoq; caperatum rugosum dixit. ⁋ Vndecim deos. Antiq selectos deos duodeci nominauerūt: quorum sex mares:totidemq; fœminæ fuere:Iuppiter: iuno: neptunus: ceres: apollo: diana: Mars: Venus: Mercurius:Minerua: Vulcanus & uesta:de quibus Suetonius in augusto meminit: & si non expresse: cœnam illam augusti cōmemorans secretiorem:in qua deo℞: dearumq; ferunt discubuisse conuiuas. ⁋ Copulas.Nexus:& uicula. ⁋ Suauis.Suauiū da. ⁋ Nam per urbem.Scilicet me quæritant. ⁋ Cui libertas in mūdo sita est. Per quandam ironiam dicit sibi libertate; in promptu esse:quin potius cū homo seruus sit habere bonum aium non potest:in mūdo sita locutio ē frequentissima Plauto pro eo:qd est parata est:uel in prōptu est. ⁋ Aedepol illi melius.Scilicet me seruabunt: nā me conicient in uicula. ⁋ Grauastellus.Senior a grauitate dictus.Hic est danista.Hoc in loco sut plerisq; aliis uidentur dormitasse impressores: ne dicam correctores: qui omnē interlocuto℞ ordinē deprauarūt:uel depratatum reliquerunt: loqtur sine controuersia stratiphocles: hæccine est? loquitur epidicus:sic reliqua uruise. ⁋ Corium.Tergus:quod ita sanguine maculabitur: ut pictu; uideatur. ⁋ Apelles:& zeuxis.Permanet in metaphora:ambo hi fuere pictores magnis laudibus celebrati:de qbus pariter mētio habet̃ in pœnulo. ⁋ Di immortales.Danistæ tarditatē icrepat. ⁋ Socio.Mēda: est legēdum soccos: & sensus docet:est soccus calciamēti genus aptū comœdiæ:ut cothurnus tragœdiæ.quod autem dixit pulmones prius uenissent ex prouerbio uidetur dictum. ⁋ Satin.Non statim:nūc agnoscit epidicus puellam herilē eē filiam. ⁋ Satan. Abeo: quod est fero satan. ⁋ Liquido. Læto prospero. ⁋ Magnas res.s.audies: uel uidebis. ⁋ Facto.Pro facio:sumit sibi ex inuētu puellæ audaciam & confidentiā. ⁋ Pedibus prouocatum: Idest ppter fugam commotum:& iratum.

Selecti dii qui sint

Soccus qd sit

VALLA.

MAle morigerus:stratiphocles dum danistam præstolatur uidet tristem epidicum. interim epidicus uisa stratiphoclis amica eiusdem sororem esse cognoscit. ⁋ Caparat frons.Fest.caparatum:rugosum a cornuum capriuorum similitudine. ⁋ Seueritudine: idest seueritate. ⁋ Si undecim deos præter se secum adducat iuppiter.Memoratur apud Homerū in primo iliados secum in concilio undecim habere deos:ut sint tot mares:quot fœminę Iuppiter iuno.Neptunus ceres. Apollo diana:Mars

Vi. Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras, & meum?
Ep. Non nosti me? Vi. qđ qđem nunc ueniat in mentē mihi.
Ep. Leunulā, atq; anellū aureolū in digito? Vi. memini mi hō.
Ep. Non meministi me inaurē ad te afferre natali die?
Vi. Tune is es? ep. ego sum, istic frater tuust alia mře. uno pře.
Vi. Quid př meus, uiuost? ep. aio ligdo, & tranquillo es, tace.
Vi. Di me ex perdita seruatam uolunt, si uera autumas.
Ep. Nō habeo ullā occasionem, ut apud te falsa fabuler.
St. Accipe argētū hoc danista. hic sunt quadraginta minæ,
Si quid erit dubium, imutabo. Da. benefecisti, bene uale.
St. Nūc. n. tu mea es. Vi. soror quidē ædepol, ut tu æque scias,
Salue frater. St. sanan hæc est? ep. sana fratrē si appellat suum.
St. Quid ego mō huic frater factus, dum eo intro, atq; exeo?
Ep. Quod bonist, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.
St. Perdidisti, & repperisti me soror. ep. stultus tace.
Tibi quidem quod ames, domi præstost fidicina opera mea.
Et sororem in libertatem idem opera concilio mea.
St. epidice fateor. ep. abi intro. ac iube huic aquam calefieri.
Cætera ego posterius faxo scibis, quom erit ocium.
St. Sequere hac me soror. ep. ego ad uos Thesprionē iussero
Huc transire. sed memento, si quid sæuiunt senes,
Suppetias mihi cum sorore ferre. St. facile istuc erit.
Ep. Tesprio exi istac per hortū. affer domū auxilium mihi.
Magna res est. minoris multo facto, q̄ dudum, senes.
Remeabo intro, ut accurentur aduenientes hospites.
Eadem hæc intus edocebo, quæ ego scio Stratiphoclem.
Non fugio. domi adesse certust, neq; ille haud obiiciet mihi
Pedibus sese pronocatum, abeo intro. nimis longum loquor.

na: Mars: Venus: Mercurius: Minerua: Vulcanus uesta. ¶ Emere lora uidi. subaudi: quibus cedar. Loron græci: latini corium. ¶ Gestant copulas secum: idest uincula a copulando: idest nectendo. ¶ Subueni. succurre. ¶ Priusq̄ pereo. āteq̄ illi me perimāt. ¶ Deflocati senes. qui florem uirium deposuere. ¶ Libertas in mundo sita st. Cui libertas inquit ē reposita in nudo dorso: & ironicos dictum. ¶ Illi melius si nacti fuant. seruauerim tibi in uinculis si in eorum manus inciderim: quia non me sinent quoq̄ ire. ¶ Et ille grauastellus. Fest. Grauastellus senior. Plau. utputo grauastellus a grauitate dictus. ¶ Signum pictum pulchre uideris. Videre inquit poteris figuram a fabro depictam: ut uideatur pictor posse hinc sibi capere exemplum ad uenustam pingendam effigiem. ¶ Apelles atq; zeuxis: hi pictores fuerunt: sed pro his uirgatores intelligit. ¶ Pigmentis ulmeis: qui uirgis ulmeis loco colorum utantur ad corpus meum pingendum. ¶ Pedibus pulmones quod perhibent: qđ in prouerbio dicitur: prius uenisset q̄ pedibus pulmones habuisset alligatos: & est elipticos dictum. ¶ Huc, inde: huc impone. ¶ Matura: propera iquit. ¶ Satin ego oculis. Incipit epidicus filiam periphanis cognoscere. ¶ Vtilitatem obtineo: quæ mihi uentura est: si hæc periphanis filia. ¶ E philippa matre natan es thebis. An tu inquit nata es e matre philippa. ¶ Lunulam: atq; anulum. Lunula dicitur: quæ æqualem undiq; rotunditatem habet: quæ si eminentiam una in parte habeat signi: uel gemmæ anulus erit. ¶ Siquid erit dubium: ut si desit: uel si nummus aliquis minus placeat. ¶ Idem opera concilio mea. Mea inquit opera tibi concilio sororem in libertate. ¶ Iube isti huic: solent prisci ista frequenter connectere pro nomina. Virgilius. Hunc illum fatis externa sede profectum. Cicero in Publium Clodium ad pontifices nemo negat hunc istum ocii: & pacis hostem. ¶ Suppetias mihi cum sorore ferre. Dicimus fero & occurro suppetias: idest auxilior: ut apud Cæsarem in commentariis.

Copula unđ dicta

Prouerbiū pulchrum

Pronomis nō cōnexio

¶ CAPERE inquit Noni. Mar. citans hunc locum est rugis frontem contrahere: & asperare: tractum a capratum frontibus crispis. Varro in Eumenidibus: Quin mihi caperatam frontem tuam Strobile omittis. ¶ Copula: uinculum Ouidius. Copula detrahitur canibus. ¶ Raui coloris appellantur: qui inter flauos & cæsios: quos Plautus appellat rauistellos. Hæc Festus Pompeius citans hoc carmen. ¶ Di immortales. soccos iussi adimere pedibus: pulmo enim. Ita habet uera lectio: sic sententia & ratione carminis exigente: hoc sensu: soccos uobis demere debuistis: si uos impediebant: ne cito ueniretis: quippe usq; eo morati estis: ut potuerit pulmo citius properare: id quod in adagio erat: nec scribendum est: socio iussi adimere pedibus pulmones: ut scribit: & commentatur Pius inscite: & cōtra rationem carminis: contraq; rectam sententiam. multa perperam fabulatus. Venisset legendum est ratione sententiæ; & ex codicibus antiquis: & non uenisse: ut insulse corrigit Pius: nihil salis habens.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS.

SAtin ille hõ. In hoc actu: quæ restant de comœdia explicant: piphanes suam agnoscit filiã: epidicusq; libertatẽ nãciscit. ¶ Flegmina. Festo dicuntur cum ex uiæ labore sanguis dfluit circa talũ. ¶ Duodecim deis. De qbus in superiori scæna habita mentio est: uerba autem ab epidico tacite proferuntur omni lętitia gestiente ob agnitam & inuentam a se herilem filiã. ¶ Apolactizo. Calcitro. ¶ Vadimonium: sponsionem: quę proprie fit ad certum diem sistẽdi in iudicio. ¶ Ad nou lubet. Indicatur senis fatuitas: qui negat ea fieri: q prius uolebat. ¶ Tragulas. Aliquid machinamentum: naʒ dicitur teli genus. ¶ Adornat. Instruit: apparat. ¶ Nihil obnoxias. Ironicos: imo nocentissimas. ¶ Facto opere arbitra. i. postq̃ uinctus tibi astitero de me serto sententiã: ex confidentia sermo est. ¶ Bene hoc habet. Notanda locutio: uti Ciceronem quoq; locutum fuisse comperimus prater Iuue. Horatiũ & propertium. ¶ In meum nũmũ. Concisa oratio fit ex indignatione. ¶ Is: scilicet egomet. ¶ Tetigit ab ore te. Idest te mulctaui. ¶ Aduersa. Potius aduersa. i. custodi. ¶ Quid istic oratis ope tanto. Sermo est apocidis moram piphanis icrepantis. oratis pro agitis: inde oratores actores dicti. ¶ Meruisse itelligo sensus est. nũc deũ scio pro meruisse epidicum: ut sibi pro ipsi9 merito fiat satis. ¶ Cedo manus. Inuenta filia periphanes liberum facit epidicum. ¶ Pappet. Pappare minutũ dixit Persi9. Varro quoq; buas & pappas: & Iuuena. pręgustet pocula pappas.

Vadimõiũ quid sit

Pappeſ qd

VALLA. Tragulam

SAtin ne ille homo. Dũ periphanes quæritur ab epidico se falsum esse. occurrit spõte epidicus fiducia plenus. q filiã periphanis comperisset. ¶ Tace sis. Tace si uis. ¶ Ingenua flegmia: idest lassitudines itarut inflectantur: nec me queam sustinere a flectendo p hiteræ in litterã cõmutationẽ. ¶ Opes argentarias: quas habeam in argẽto diuitias. ¶ Apage illũ a me, arce: abige. ¶ Qua qua tãgit. a quacunq; parte attingit. ¶ Suppetię sunt domi. qa domi filia erat periphanis thelestis. a suppetendo. i. sũministrãdo suppetiæ dictæ. ¶ Apalactizo inimic. oĩs. paruifacio paruipẽdo illis recalcitro nam apalactizo calcibus iuado significat. ¶ Oculis cõcesi tuis. abste: tuoq; conspectu me amoui. ¶ Colliga. i unuʒ liga. ¶ Illicet: uultuose legendũ est: hoc affirmantis aduerbium cum ironia pronuntiandum. ¶ Vadimo-

Suppetiæ uñ dictæ



Periphanes. Apoecides. Epidicus. Mulier.

SAtine ille hõ ludibrio nos uetulos decrepitos duos
Hẽt? ap. imo ædpol tu qdẽ miseꝶ me hẽs miſis mõis.
Pe. Tacesis mõ. sine me hoiem apisci. Ap. dico ego tibi iam ut scias,
Alium tibi te comitem melius quærere, ita dum te sequor,
Præ lassitudine inuaserunt miserum in genua flegmina.
Pe. Quot illic hodie me exemplis est ludificatus, atq; te?
Vt illic autem exenterauit mihi opes argentarias?
Ap. Apage illum a me. nam ille quidẽ Volcani est irati filius.
Quaqua tangit, omne amburit. si propius astes, æstu calefacit.
Ep. Duodecim ego Deis plusq̃ placeo, deorum immortalium.
Mihi nunc auxilio adiutores sunt, & mecum militant.
Quicquid ego malefeci, auxilia mihi, & suppetiæ sunt domi.
Aπολακτίζω inimicos oĩs, Pe. ubi illũ quæram gentium?
Ap. Dũ sine me quæras, hunc mea caussa, uel in medio mari.
Ep. Quid me qris? qd laboras? ul quid hũc solicitas? ecce me.
Num te fugi? num absum ab domo? nũ ab oculis concessi tuis?
Nec tibi quidẽ supplico, uincire ius est, ostendo manus,
Tu lora habes. ego te emere uidi, qd nunc cessas? colliga.
Pe. Ilicet uc uadimoniũ mihi hic ultro facit. Ap. qd colligas?
Pe. Aedepol mancupium scelestũ. ep. te profecto Apoecides,
Nihil moror mihi. Pe. d̃ pfacili exoras epidice. ep. eho sud tuo
Quid agis? Pe. tuo ne arbitratu? ep. meo hercle uerbo, atq; ha
Colligandæ hæ sũt tibi hodie mãus. Pe. at nõ lubet, ñ colligo.
At mihi magis lubet solutum te rogitare. ep. at nihil scies.
Ap. Tragulam in te iniicere adornat, nescio quã fabricã facit.
Ep. Tibi morã facis, quom ego solutus asto, alliga inq̃, colliga.
Pe. At mihi magis lubet solutũ te rogitare. ep. at nihil scies.
Pe. Quid ego ago? Ap. quid agas? mos geratur. ep. frugi es homo tu apoecides.
Pe. Cedo manus igitur tu. ep. morãtur nihil, atq; arcte colliga.
Pe. Nihil eas uero obnoxias. ep. feõ ope i me arbitrare nunc.
Bene hoc habet, age nũc iã ex me exquire. rogita, si quid lubet.
Pe. Qua fiducia ausus primũ quæ emptast nudiustertius mihi,
Meam esse filiam dicere? ep. lubuit, ea fiducia.
Pe. Ain tu lubuit? ep. aio. uel da pignus, ni ea sit filia,

Pe. Quam

Pe.Quam negat nouisse mater.ep.non ergo matris ea filiast.
Pe.In meũ nũmũ,in tuum talentum pignus danistæ captiost.
Sed quis ea mulier est?ep.tui gnati amica,ut omnẽ rem scias.
Pe. Dein tibi minas triginta ob filiam?ep.fateor datas.
Et eo me argento illam fidicinam emisse amicam filii
Pro filia tua,te istam ob rem tetigi triginta minis.
Pe.Quo me modo ludos fecisti de illa conducticia
Fidicina?ep.factum id hercle uero,& recte factum iudico.
Pe.Quid de postremo argento factust,qđ dedi?ep.dicam tibi.
Neq; malo homini,neq; benigno tuo dedi Stratiphocli.
Pe.Cur ausus es dare?ep.quia mihi lubitust.pe.quæ hæc uerba
sunt,malum?
Ep.Etiam iclamitor,q̃si seruos.pe.tũ tu es igit liber?gaudeo.
Ep.Merui,ut fierẽ.pe.tu meruisti?ep.uise itro,ego faxo scies
Hoc ita esse.Pe.quid est negocii?ep.iã id ipsa res dicet tibi,
Abi mõ itro.pe.hei nõ illuc temerest,asserua istũ Apoecides.
Ap.Quid illuc epidice est negocii?ep.maxuma hercle iniuria.
Vinctus asto,quoius huic hodie opera est inuenta filia.
Ain tu te illius inuenisse filiã?ep.inueni,& domist.
Sed ut est acerbũ,pro bñfactis cum mali messem metas.
Ap.Quam ne hodie nos per urbẽ uterq; sumus defessi q̃rere?
Pe.Quid isti oratis opere tanto?meruisse illum intellego,
Vt liceat merito eius facere,cedo quoi resoluam iam manes.
Ep.Ne me attingas.Pe.oñde uero.ep.nolo.pe.nõ æquõ facis.
Ep.Nunq̃ hercle hodie nisi suppliciũ mihi das,resolui me sinã.
Pe.Quom optumum,atq; æqssumũ oras.soccos,tunicã,palliũ
Tibi dabo.ep.quid deinde porro?pe.libertatẽ.ep.at postea?
Nouo liberto opus est quod pappet.Pe.dabit.præbebo cibũ.
Ep.Nunq̃ hercle hodie,nisi tu me orassis,solues.Pe.oro te epi
Mihi ut ignoscas,si qđ iprudens culpa peccaui mea. (dice
At ob eam nunc rem liber esto.ep.inuitus do hanc ueniã tibi,
Nisi ego necessitate cogar.solue sane si lubet.

nium ultro mihi hic facis.firmitudinem:ne aliud mihi quærendũ uideatur obiicis ¶ Quin colligas.Cur non manus reuincis mihi.¶ De præfacili.De eo:quod facilitate præcellit impetras inquit ¶ Heo quid agis.Interiectio est heo:quid inquid agis:cur non uincis.¶ Tragulam in te iniicere adornat:idest parat se:ut tragula te sauciet.Est autem tragula iaculum a traiiciendo dictum.¶ Ha lege.ha interiectio:lege:idest uinci.¶ Arcte colliga.astringe firmiter.¶ Mihi uero obnoxias:subaudi manꝰ mihi debetes ¶ Facto opere.postq̃ quoduis confecisti.¶ Arbitra in me.fer pro arbitrio in me sententiam.¶ Bene hoc habet.ita dicendum non:ut nunc plerisq; mos est bene se habet:nam & ita græci locuntur.Ita Iuue.bene habet:nil plus interrogo:ita Propertius:ita Horatius:ita Cicero:ut pro milone:bene habet:iacta sunt fundamenta:ac prisus ueteres oẽs.¶ Velut pignus mea sit filia.Tanq̃ quæ mihi pignori data est mea sit filia.¶ Tum in talentum pignus danistæ:maxumũ talentum nonaginta librarum.Minimũ triginta:quod inter utrunq; medium.¶ Capciost.fallaciã aduersus me.¶ Is:subaudi ego.¶ Te ab ore.Illudens ait ab ore:ac si dicat:te spectãte me.¶ Tetigi:spoliaui.¶ Me ludos fecisti.facio te ludos:& facio tibi ludos:& illudo:tibi & illudo te dicius.¶ Hei nõ illuc temere est.Interiectio hei:uel sine aspiratione antiq; dictũ:ut sit una syllaba:coeatq; e cum i in diphthongon:sitq; imperatiuus modus a uerbo eo is it.Est ergo sensus.i.quoniam non illud sine causa dictus est.¶ Cum malis messem metas:idest ut pro bñfaciendo messem facias malorum.¶ Cedo cui resoluam manus.Lætꝰ periphanes uisa domi filia.Cedo inquit mihi manus:ut adimam uincula.¶ Socos:calceos:quos comici induebant.¶ Opus est.quod papet:idest comedat:quod a græco descẽdit papazo Homerus.ουδ'ἐτι μιν παῖδες ποτὶ γούνασι παππάζουσι.Inde pappare comesse,Persi,Et similis regũ pueris pappare minutum.Poscis.Inde pappa cibus.Cato de liberis educandis:cum cibum:ac potionẽ buas:ac pappas docent:& matrem mammam:& patrem tatam.& pappas pappantis:qui pueros custodit.Iu.Timidus prægustet pocula pappas.Me orassis.pro orreueris.

Tragula quid sit

Talenti põdus

¶ FLEGMIna dicuntur:cum ex labore uiæ:sanguis defluit circa talum.Hæc.F.Pompeius.¶ Apolactizo græcũ est uerbum:significat calcitro.¶ Nihil eas uero obnoxias.uerba sunt periphanis per ironiam respondentis epidico:qui arcte colligari manus sibi petierat:& dicentis:nihil eas uero obnoxias:hoc est per contrarium:& quæ quidem omne supplicii genus merentur.¶ Facto opere:in me arbitrare nunc:ita scribi debet totus uersus ratione metri exigente:& sententia:& non faxo operæ:uel facio:seu facto:quod præsens sit uerbi:a facio deflexum:ut dicatur facio operæ:scilicet prçcium:ut ariolatur Pius:sed facto opere:idest perfecto opere:hoc est:mihi ligatis manibus:iã nũc arbitrare in me:ut libet.¶ Vel da pignus:ratione metri:& sententia ita exposcente.& non ad pignus:nec id pignus:ut Pius fabulatur.¶ Acerbum est pro benefactis cum mali messem metas.

VGOLETVS ET GRAPA.

GREX.

Hic is homost qui libertatem malitia inuenit sua.
Plaudite.Valete.lumbos extollite,atq; exurgite.

Recitator hic is.Vt paulo ante memorauimus:duo pronomina cõnexuit prisco ritu:quẽ nobis quoq; sequi licet ubi significãtius qppiam uelimus explicatũ ita & hoc loco recitator hic is inquit homo:hoc est epidicus.¶ Malitia inuenit sua:qui inuenit ut uinceretur:quo reuinctus libertatẽ nancisceretur:ma.litia dolum dicit & astum & uersutiam.¶ Lumbos exurgite:quia qui sedent:inclinatos habent lumbos.

VALLA.

¶ Hæc una de duodecim comœdiis:postremo habitis:caret principio:& in plerisq; locis dimidiata est:ut reliquæ subsequentes:quæ hoc nostro pro suo contenta erit argumento.

SARASCEVS.

MNesilochus iussu patris iturus Ephesum:ab amico archidemide recepturus pecuniam: rogat sodalem pistoclerum sibi adinuētam procuret amicam bacchidem:is dum sodali suo morem gerit:irretitur alterius amore bacchidis:duę siquidem erant hę sorores cognomines:a quibus datum est nomen comœdię:rediens in patriam mnesilochus cum seruo chrysalo:simul constituunt partem exactæ tradere pecuniæ:reliquam in amorum usum consumere:& ut patrem nicobolū fallat:fingit per seruū a piratis agressos: apud sacerdotem theotimum ob metum id posuisse reliquum:sed forte monitus a lydo sodalis seruo:pistoclerum deperire bacchidem iratus eam amicam suam iratus sibi sublatam esse fidem:omnem patri reddidit pecuniam:deinde resciens ut sodalis alteram delegerat:alteraȝ compararat sibi:dolet:affligaturq; miris modis:cūq; sibi foret opus ducentis nūmis a milite cleomacho amicam:ut redimeret:rogat chrysalum rursum:ut patrem dolo aggrediatur:& pecunia mulctet:astu plenus chrysalus senem conuenit:amare dicit filium uxorem militis:qui aduenicns mnesilocho minatur interritum:ni uel mulier:uel illi reddantur ducenti nūmi:pater metuens:suum ne ulcisatur ille thorū:spōdet ultro militi nūmos:& rursum rogatu filii alios ducentos mittit:quos det mulieri pollicitos:ut iusiurandum soluat:quos nihilominus amator pergrecando consumpsit:at nichobolus a milite factus certior mulierem eam suam esse pellicem:non uxorem:excandescit mirum in modum:conuenit pistocleri patrem philoxenem:rem omneȝ aperit:ambo ut filiū scortentur unam:adeunt bacchides:illę senes conspicatę prius ludificant:postremo blandiuntur:tādem simul cum filiis illecti cum scortis accubant.

¶ Argumentum in Bacchides.

VALLA.

NIcobulus filium suum Mnesilochum cum seruo Chrysalo misit ephesum:ut mille & ducentos philippeos ab hospite acciperet archidemide; qui mnesilochus anteq̄ se itineri cōmitteret: mandauit sodali suo Pistoclero:ut e duabus bacchidibus unaȝ; quā ipse amabat:redimeret anteq̄ miles riualis præoccuperet. Pistoclerus cum lydo custode suo ad bacchides uenit; perfectum reddidit: quod Mnesilochus mandauerat:dum id facit alterius bacchidis amore capitur quod ægre ferens lydus Pistocleri patri significat filoxeno. Cum domum redisset Mnesilochus cum Chrysalo iam memoratam secum afferens pecuniam:prior Chrysalus Nicobulo fit obuius:ac ut Mnesilocho sit potestas ex ea pecunia sumendi quantum uelit confingit causam:q̄obrem non illā omnem tulerit Mnesilochus pecuniam:id fecit:quo facilius bacchis redimatur quā sciebat adamare Mnesilochus. Vt reliquam pecuniam opus esset nicobulo ephesum nauigando ab Archimenide reposcere. At Mnesilochus cū audiuisset a lydo Pistocleri custode Pistoclerum in amores bacchidis deuenisse:nesciens binas esse bacchides:censuit sibi ab illo suam amicam ereptam esse:indignatus patrem adit:ac totam restituit ab hospite acceptam pecuniā. Cūq; se porro nomine deceptum resciuisset bacchidis dolet:se omnem reddidisse pecuniam; quod Chrysalus accipiens alios adhuc Nicobulo dolos struit:ut ab eo aliquantam auferat pecuniam. Iubet ergo Mnesilochum cum Pistoclero meretricibus discumbere:mentiturq; maritum Cleomachuȝ esse illius bacchidis: quā Mnesilochus adamabat:periculoq; filio Mnesilocho mortis imminere:nisi propere succurrat pecunia:qua a cæde Cleomachi filium leuet:id uerum esse ratus Nicobulus:quā poscebat chrysalus tradit pecuniam. Factus postea certior nicobulus cleomachuȝ maritum non esse:sed riualem:necnon bacchidem meretricem:miris seexcruciat modis:& deniq; cum phyloxeno it ad filium:quem discumbentem cum meretricibus uidet:sicut & phyloxenus suum pistoclerum:qui dum filios ereptuȝ e manibus meretricum ierunt:suos ipsi a meretricibus blandiciis:illecebrisq; capiuntur:pariterq; epulantur.

¶ Nominum etymologiæ.

VALLA.

BAcchides:a baccho nomen habere quis nesciat:quod meretrices propemodum omnes:ut bacchātes sint mulieres. ¶ Nicobulus. Quia nico uinco significat:& bule consilium:quoniam contentio inter ipsum & phyloxenum postremo oritur:ut consilio prudentior inueniatur. ¶ Mnesilochus:quia mensis dicitur memoria:& lochos insidiæ:q memor sit insidiarum:quas a pistoclero fieri existimauit. ¶ Chrysalus: quia chrysos aurum:& haloo capto:& nicobulum auro captare uoluerit. ¶ Phyloxenus: quia phylo amo significat:& xenos hospes dicitur. ¶ Pistoclerus. q pistrix dicatur fides:& cleros sors:siquidem mnesilocho seruauit fidem. ¶ Lydus. a lydia. ¶ Cleomachus. quasi clarus in pugna:nam cleos gloria dicitur;& mache pugna.

M. ACCII PLAVTI BACHIDES Dimidiatę.

ARGVMENTVM SVBDITIVOM.

BAcchidis amore furit Mnesilochus:
Anq; ut redimat. Pręsumia ferẽ Ephesũ.
Cretam Bacchis nauigat:atq; alteram
Cõuenit bacchidem. Inde athenas redit.
Hinc dat mnesiloch⁹ ad pistoclerũ lfam:
Illam conquirat. Redit:turbas mouet:
Dum putat amari suam. ut mutent gemmas:
Ei dat aurum: pariter amant.
Senes dum gnatis student:scortantur:potitant.

Silenus. Prologus subditiuos.

MIrũ hodiest:ni spectatores in subselliis
Ridiculos strepũt: tussiũt:rõcos cient.
Cõsulcãt frontẽ: & ore concrepario
Frequẽter fremũt: atq; male mussitãt.
Vix in iuuenta locum obtineat
Aut glabri histriones. aut peruolsi ludii.
Quid ueternosus prodit internuntius
Senex: qui dorso fertur asinario:
Attendite quaeso: atq; animum aduortite:
Dum nomen huius eloquor statariæ.
Aequom est uos Deo facere silentium.
Officio oris non decet illos utier:
Qui non ut clament: sed ut spectent: ueniũt.
Aureis date ociosas. At non in manum:
Has uolo uolans uox uacuas feriat.
Quid ueremini: ictus an sint minus noxii?
Qui repetunt laxa: aut hiulca obstruunt:
Estis benigni: merito uos amant cælites.
Factust silentium: tacent pueri.
Nouam ad rem iam nouom spectate nuntiũ.
Qui sim: cur ad uos ueniam: paucis eloquar.
Simul huius nomen proferam comœdiæ.
Ecce fabor iam uobis: quod expetitis:
Proinde uos mihi facite audientiam.
NATVræ deus sum bromii altor maxumis
Fœmineo qui peperit rem exercitu:
Quicquid huinsce gentes ferunt inclitæ:
Non nihil nostro gesta sunt consilio.
Nunq̃ quod mihi placet: illi displicet.
Aequomst: si pater obsequitur patri.
Asibidam Ionii me uocitant greges:
Quod uecturio senex uehar asinario.
Qui sim: tenetis. si tenetis: finite
Vt nomen huius eloquar statarię.
Simul sciatis ad nos cur uenerim.
PHILEmon gręcam olim dedit fabulam,
Hanc qui gręcissant: EVANtides nũcupãt:
Plotus: qui latinissat: uocat. BACchides.
Quare non est mirum: si huc aduenerim.
Bacch⁹ bacchãteis bacchas mittit bacchides,
Ego ad uos porto. Quid dixi mendacium:
Non decet mentiri deum. At uera fabulor.
Non ego eas porto. Verum falsus asinus.
Via defessus tres: si rite memorem:
Fert. Vnum uidetis. ore quid feram: specite.
Duas sorores debacchanteis samias:
Meretrices lepidas: uno prognatas tempore
Iisdem parentibus fœtu gemellitico:
Non minus simileis: q̃ lacti lac: si conferas:
Aut aquam aquę: dimidiatas impntes:
Has si uideres: ita confundas oculos:
Vtra ut sit: non queas internoscere:
Quod restat expetitis. Iam date silentium.
Huius argumentum eloquar comœdiæ.
SAmos: quę terra sit: nota est omnibus.
Nam maria: terras: monteis: atq; insulas
Vostræ legiones reddidere peruias.
Hac pyrgoteli SOstrata pyrocle uiro
Vno edidit gnatas nisu geminas.
Placuitq; initiatis Trieteride
Quas ederent: Bacchi nocitare nomine.
Parentes: ut fit crebro: fata occupant.
Alteram miles secum in cretam uexerat:
Altera geminas aduatat cecropias.
Hanc: ut nicoboli inspicit MNEsilochus:
Amare occipit. itat ad eam frequentius.
Interea iuuenem pater mittit ephesum.
Vt inde referat aurum: quod posuerat
Ipse iampridem apud archidemidem:
Veterem amicum: senem phœnicarium.
Is quom biennio desideret ephesi:
Bacchidem abiisse: durum accepit nũcium.
Nam nautæ noti nauigasse nunciant:
Vt fugitiuam cura & corde quæreret.
Ad philoxenis PISTOclerum filium:
Sodalem unicum fulcat epistolium.
Dum pistoclerus amico impartit operam:
Athenas dudum quæ redierant geminæ:
Conquisitorem in amorem conciunt.
Altera pistoclerum ad sese allicit.
Altera uenienti desidet mnesilocho.
Geminæ bacchæ duos bacchanteis pullulos
Quid mirum si ad sese traxerint blandulæ:
Facete: pulchræ in curuos lubitinarios:
Veterrimos senes illorum traherent patres:
Sed eccum pistoclerum. Qui ad bacchides:
Nuper iuuentas redit: & secum insolens
Nouos amoris dispuit igniculos.
Nunc prodeo: audite.

ACTVS PRIMVS.

Pistocler⁹ adolescẽs. Lydus pędagog⁹. *Scena* itidem subditiua.

PLAV.

DIi imortales: ut sẽtio qd sẽtio. quid: nescio.
d Stans fugio. Nullus est ignis: & tot⁹ ardeo.
Quid id: nisi uanim: nonom pfecto malũ
Video: & sentio. potis ne ẽ terra ut erat hoies:
Atq; psternat: hodie nil pter terrã: & bacchã tetigi:
Si bacchast. hæc non nutrit bacca: uerum iugulat.
E terra quoq; obrepere olim dixerunt homines:
Qui dũ norãt: nõ norãt. quom esse cuperẽt: erãt nihil.
Quid mali st: an terra: an baccha: fecimus naufragiũ.
Ly. Amat hic quẽ uideo. Nimirũ si id est: qd emissici⁹
Fora: templa: theatra: porticus: omneis fornices:
Lustra: & lustraleis cellulas quæsierit sedulo.
Pi. Naufragus sũ fateor. bacch⁹: haud Neptun⁹ celocẽ
Hanc impellit: agit: quassat: immo frangit: distrahit.
Ly. bacchis hic pcellã cõcitat. actust pdidimus remi
Pi. referã me ad scopulũ: ut istic cũ ętate rẽ pduã. (giũ.
Instabilis est fors rerũ. pro lubidine fata agũt hoies.
Ego dum amico Mnesiloco operam impertio:
Illi amicam repperi. ubi pereat cum re assiduo.
Et mihi: meæq; ætati: reiq; meæ peperi infortuniũ.
Sic uolt Cupido: adolescẽs sũ. ætatis licet plusculum
Iacturæ facere: melius: ut id nunc fiat: q̃ senio.
Sapientũ pfectost illud dictũ: quod lydus increpat.
Si astartan on bromiũ: Deosq; uoluptarios
Contempsit iuuenis: is aut isanibit: aut amabit senex.
Referã me ad scopulũ ex naufragio: pfleget fragmia.
Seqre me lyde, uideo sorores gemias: bacchanal meũ.

SARACENVS.



Vid si hoc. Inducunt meretrices duę eiusdē nois bacchides: & una pistoclerus adolescens. q dō soda li mnesilocho amicā quærit bacchidē: cauere minus potuit: quin alterius illa quæretur bacchidis le nocinio: docemur ergo non esse cōtra venerē decertandum: sed si superare eius conamur illecebras illico esse terga dandū: ab eaq; tanq̄ a scæuo scopulo fugiendū id: qd elegāter expressit Plautus in tri nūmo: cū amorē: execratur: lysiteles adolescēs: amor ignorādust pcul adhibendus: atq; abstinēdust. ¶ Lusciniæ cātio. Luscinia a græcis dicta est Philomela: cuius notissima fabula est: quo pacto ultra

Luscinia auicula q̄ sit

fit cū progne terei stupri: qui illi non solū uim attulit: sed linguā amputa uit: & in auē conuersa q̄rulę uocis: lu gere enim dicitur: dū cātat: quod scite Martialis exp̄ssit flet Philomela nephas incesti tereos & quę muta puella fuit. garrula fertur auis: cui (ut de ea luculenter Plinius in decimo) cōti nuis: quindecim diebus ac noctibus est sine intermissione cātus: dicit ergo garrulā auē lusciniā potius in suo cātu deficere q̄ uerba deesse ligulaci mulieri: id qd loco p̄uerbii in loquacissimos oēs posset usurpari haud indecēter: in quos quodā in marullum disticho Martialis uidetur inuehi: quasi sub unius p̄sona cæteros cōsimiles lazerauerit: carpit eo disticho iocose marullū: qui cū alios loq nō sineret: sed semp loqueret: ferre eū dixit oleū in auriculā: uerso ueteri uerbo in eos dicto: qui cum nō ualerent: dicebant oleū ore gestare. ¶ Cognomies. Eiusdē nois: Vir. gaudet cognomine terra. i. sui nois similitudine. Serui⁹ ibi huius meminit loci. ¶ In concilio. In mutuo colloquio: dictū est aūt concilium a coactione: & cōuocādo: q̄ omnes in unū locū cōuocent iuxta Varronis sniam: nō aūt a cōsensu uel cōsilio. Haud meretricū est. Vt. s. bñ cōsulant. ¶ Istoc milite. Nā bacchidē alterā miles sibi pecubia cōparauerat: quęrebat ergo ab illo alterius pecūia liberari. ¶ Id huic caueas. i. hui⁹ gratia hoc primū agas: uel hoc sibi p̄stes osequiū. Ei dederit opas. Sibi se obsequētē fecerit. ¶ Faciat lubēs. Pro fecerit. ¶ Oppibē. Expectabis. ¶ Eadē bibes. s. p̄te: uł patera meretricis h̄ lenocinii ē: uł ut facili⁹ adolescētē illaqet: uel ut aduenietem militi incutiat cordolium.

Oleū in āuriculā ferre qd sit



Bacchides sorores & Pistoclerus.

Plauti Comici Poetæ Clarissimi Bacchides Dimiatæ.



Vid si hoc potiust, ut taceas, ego loquar: ba. lepide, licet.

Ba. Vbi me effugerit memoria, ibi tu facito, ut subuenias soror

Ba. Pol. magis metuo, in monēdo ne mihi defuat oratio.

Ba. Pol ego quoq; metuo, lusciniolæ ne defuat cantio.

Sequere hac. pi. qd agūt germanæ duæ meretrices cognomies.

Quid in concilio cōsuluistis? ba. bene pol pi. haud meretricū ē.

Ba. Miserius nihil, q̄ mulier. pi. quid esse dicis dignius?

Ba. Hæc ita me orat sibi, qui caueat aliquē ut reperiam hoiem,

Istoc milite ut ubi emeritum sibi sit, se reuehat domum.

Id amabo te huic caueas. pi. qd isti caueā? ba. ut reuehat domū.

Vbi ei dederit operas, ne hanc ille habeat pro ancilla sibi.

Nam si habeat aurum, quod illi renumeret, faciat lubens?

Pi. Vbi his homost? ba. iā hic credo aderit. sed hoc idem apud

Poteris agere. atq; is dū ueiat, sedēs ibi oppibef, (nos rectius

Eadem bibens. eadem dedero tibi, ut biberis, sauium.

VALLA.



Vid si hoc potius est. Pistocler⁹ cū lydo custode suo: cū ad bachides ueīsset: ut unā: quā adamabat mnesiloc⁹: mnesiloco cōciliaret absenti sodali suo illecebris p̄molit⁹ bacchidis alteri⁹ i amores eius p̄duct⁹ ē: lydo grauiter: ac moleste ferente. ¶ Subuenias soror. memoriæ meæ succurras. ¶ Pol ego quoq; metuo: ironicos legēdum est ac uultuose p̄nunciandū. ¶ Lusciniolæ ne defuerit cātio. q̄ nullo mō deesse pōt. Pli. in. x. naturalis historię. Lusciniis diebus: ac noctibus cōtinuis qndecim garrulus sine intermissu cātus dēsante se frōdiū germine nō i nouissimū digna miratu: aut primū tāta uox tā puo i corpusculo: tā p̄tinax sp̄us: deide i una p̄fecte musica scīa modulat⁹ edit̄ son⁹: & nūc cōnnuo sp̄ū trahit̄ i lōgū: nūc uariat̄ iflexu: nūc distiguit̄ cōciso: copulat̄ itorto. p̄mit̄: reuocat̄: ifuscat̄. ex iopinatu iterdū: & secū ip̄e murmurat: plen⁹: grauis: acut⁹: creber: extēt⁹: ubi usū ē uibrās: sūm⁹: medi⁹: imus: breuiter q; oia tā puulis i faucib⁹: q̄ tot exq̄sitis tibiarū tormētis: ars hoium excogitauit: ut nō sit dubiū hāc suauitatē p̄mōstratā efficaci auspicio: cū i ore sterfichori cecinit ifantis. ¶ Meretrices cognomines: ergo nō mō h̄ cognomē: s; ēt hic & hęc cognomē: & cognomies eiusdē nois. ¶ Quid i cōcilio ɔsuluistis. Quid ɔsuliastis iqt iter uos cōciliatę. ¶ Emeritū sibi sit. i. meritis militis satisfecerit nēpę datæ pecūiæ: tibūq; ip̄sonale ē. ¶ Hic oppibē expectes.

Lusciniæ cātio

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ HAEc ita me orat: sibi q caueat aliquē: ut repiā hoiem. ita scribēdus uersus ē: ex codicib⁹ antiqs: & sniæ cocinnitate ac metri rōne: nō mutilatę: ut Pius legit absq; illis dictionibus: q caueat aliquē ut. ¶ Vt ubi emeritū sibi sit: ita scribēdus & hic uersus est & nō absq; ubi: ut Pius corrigit contra snię cōcinnitatē: legē metri: & codicū oium lectionem.

¶ Vlscus

SARRACENVS.

Visčus. Dicitur & uiscū: quod ad aucupiū pertinet. Parua hirūdo. De seipso locutus. Illectū. Blandimentū: & illecebrā ab illiciēdo. Teren. in andria: adolescētulos imperitos rerū: eductos libere in fraudem illicis. Latebrosus. Secretus: absconditus: a latendo latebrae. q̄ hominū dicunt: ut latibula ferarū: quandoq; latebra pro excusatiōe dicta est Cicero uideant: ne quęrat latebra periurio. Dissimulāt. Quasi negāt: & infecta uolunt: nā dissimulamus ea nō esse: quae sunt. Malacisandus. Mollis reddendus: malacos enim mollis dr̄: unde malacia maris trāquillitas. Palestrā. Metaphoricos uenereū certamen. Disco. Perstat in metaphora: discus erat: ex lapide: uel metallo: quo ueteres ludebant iaculando: erat eni genus ludi apud graecos discus: & inter quinq; pcipuos noiatus: hic uidelicet iactus: pugillaria: cursus pedester: saltus: & palaestra: acron in Horatiū antiqui dixerunt certi ponderis discū: quo iuuenes in agone cōtēdebāt: ut esset ille fortior iudicādus: qui ultra spaciū designatū piecisset: discus tū forma uidet esse plana, q̄ sū spectantibus nobis solis: uel lunae uidetur. Turturē. Quae uis uenerea esse perhibet: nā cū sit de genere colūbaceo prius tū caeteris nolle incipiūt uenerē: argumēto q earum larga capia est: ut notat Aristoteles. Pro cęstu. Sunt caestus quarte inflexiōis arma pugilū: & cū diphthōgo scribuntur: nā cestus secūdę cingulū est ueneris: inde incestus: & incestari dicim⁹. Scaphiū. Vas dictum est ad uētris onus deponēdū: ut apud ulpianum: scaphia habita uentris causa. Iuue. quoq;: & ride positis scaphium cum sumitur armis: scaphiū tū pro potorio uase accipi pōt: ut testat Plautus in sticho: scaphio & cantharis barrochis bibūt nos samiolo poterio: in q̄ significatione schaphiū hoc loco accipi cōuenit. Pro insigni. Quod in praemiū uirtutis tribuit. Corolla. Diminutiuū a corona: hae in conuiuiis apponi solitae. Horatius displicent nexae philira coronae: & rursus cum quo morantem saepe diem mero: fregi coronatus uitentes malobathro syrio capillos: & item: est in horto phisli nectendis apium coronis: est hederae uis.

Discus qd sit

Pi. Viscus merus uestra est blāditia. ba. qd iā? pi. qa. n. itellego.
Duae unum expetitis palūbem. parua hirundo alas uerberat.
Nō ego istuc facin⁹ mihi mulier cōducibile eē arbitror. (tuū.
Ba. Qui amabo? pi. quia Bacchis bacchas metuo, & bacchanal
Ba. Quid est quid id metuis? ne tibi lectus malitiam apud me suadeat?
Pi. Magis illectū tuū, q̄ lectum metuo. mala es bestia.
Nam huic aetati non conducit mulier latebrosus locus.
Ego ne apud me quid stulte facere cupias, prohibeam?
Ba. Sed ego apud me te esse ob eam rē, miles cū ueniat uolo.
Quia quom tu aderis huic, mihiq;, haud faciet qsq̄ iniuriam.
Tu prohibebis. & eadem opera tuo sodali operam dabis.
Et ille adueniens tuam me esse amicam suspicabitur.
Quid amabo obticuisti? pi. quia istaec lepida sunt memoratu.
Eadem in usu, atq; ubi periculū facias, aculeata sunt,
Animum fodicant. bona distimulāt facta, & famā sauciant,
Apage a me, apage. ba. ah nimium ferus es. Pi. mihi sum. ba. malacissandus es.
Quid ab hac metuis? pi. quid ego metuā rogitas? homo adolescens
Penetrem huiusmodi in palestrā, ubi damnis desudascitur,
Vbi pro disco dānum capiam, pro cursura dedecus?
Ba. Lepide memoras. pi. ubi ego capiā pro machaera turturem,
Vbiq; imponat in manu, alius mihi pro cestu, cantharum.
Pro galea, scaphium, pro insigni, sit corolia pectilis.

VALLA.

VEstra est blanditia. ergo singulariter haec blanditia: sicut in plurali hae blanditiae. Expetitis palūbē: militem subaudi. Parua hirundo: subaudi ego. Alas uerberat. cōcutit frustra: ut euolet. Et bacchanal tuum. Tuas furias. Magis illectū. i. attractū per blāda uerba. Latebrosus locus. ubi latere uideamur. Aderis huic. opem tuleris bacchidi sorori meae. Tuo sodali. Mnesilocho. Aculeata sunt. Aculeis: & stimulis referta. Animū fodicāt: percellūt: pforāt. Bona distimulant facta. q̄ bñ feceris stimulis agitant. Malacisandus es molificādus. graece malachos mollis dr̄ uñ malagizo mollifico. quod nos malagisso. solent enim ut Priscianus inquit: latini z in geminū ss couertere. Inde malacia maris pacatio: Caesar in. ii. cōmētario de rebus gestis in gallia. Tanta subito malaci: ac trāquillitas extitit: ut se ex loco cōmouere nō possent. In palaestram. per translationē lusum uocat foemineū: ubi corpora ad uenerem exercentur: sicut in palaestra ad corporis firmitudinem. Dānis desudascit: cū pecuniaq; ablatione corporis robur ammittit. Pro disco dānum capiam. Disco in palaestra ludebatur. metallica erat figura discum ut nobis solis corpus apparet: ideo etiam graeci solare corpus discum uocitant. hoc ergo pondus in sublime iactabatur. Pro cursura: cursus exercitatione. Pro machaera: loco ensis. Pro caestu cantharum. Cestus cum graecum uocabulum est: caret diphthōgo: & ueneris significat cigulum: quod legitimis tātū nuptiis adhibebat: uñ incestus quibus nō adhibet: & incestare uerbū. Caestus uero cum diphthongo quartę declinationis: & latinum pugilum arma significat. Cantharus: a sonitu infusi humoris nomen habet: ut docuit Alexāder. Pro galea scaphium: uas ad urinam excipiēdam. Iu. Et ride positis scaphium cum sumitur armis: ab alta fossura dictum: siquidem scaptin fodere significat: unde & scapha dicta est: & poculi genus: ut ab atheneo. Pro insigni: insigne uocat: quod militari uerbo diuisam dicimus. Corolla plectilis. i. corona multis implexa floribus.

Cestus qd sit

VGOLETVS ET GRAPA; Scaphiū.

SCAphium uas a scaphae similitudine: in quo mingere solebant: ut uidetur ex Iuuena. qui satyra. vi. sic scribit. Et ride positis scaphium cum summitur armis. Plectis a πλέκω plico. Mala cum pallium mollem & effoeminatum intellige. Malaxare pro eo quod est mollem reddere posuere ueteres: & item malacissare a graeco. μαλακίζειν: ut potare ποτίζειν: domare δαμάζειν. Mulgere α μέλγειν: & multa alia: ut scribit. M. Varro. in libris de lingua latina.

SARACENVS.

¶ MAlacum. Mollem delicatū. ¶ Hoc agere melius. Vt.s. serio ames: nō ioco. ¶ Nullus. Pro non. ¶ Sum nihili. paulatim adolescens in amores irrepit: Iccirco (ut monuimus) non morandū: sed mox fugiendum est ne. tanq̄ magnes ferrū forte nos rapiat: insidiosus amor. ¶ Ingenio. Naturæ. ¶ Moderari. Nam animum uincere: sibiq; imperare hoc ꝓprium uirtutis est: id quod in uita difficilius est adolescēti præsertim: nam (ut inquit Seneca) facilius est gentes barbaras uincereq̄ animum suū continere. ¶ E mancupo. In seruitutem trado. ¶ Viaticam cœnam. Quia uel erat inter factura: uel ex itinere defessa: ut mox ostendit cum dicat: ut sedes lassitudinem. ¶ Nam id flagitium meū: Nunc magis adolescentem prouocat ad liberalitatem: cum simulet: nolle de suo: ut sumptum faciat. ¶ Bene me accipis. Nunc ambo locūtur bacchides: ita ut nullus locus detur pistoclero: ut prīdabant maculati codices.

Nota pulchrū dictū

VALLA.

¶ PRO lorica: indumento militari a loris dicto. ¶ Malachum capiā pallium. Molliculū indumentū: qd malachon græci molle uocēt. ¶ Preciosa es operaria. operarius: qui operā suā locat alicui. ¶ Iocon. ioco ne ꝓ q̄ aduerbio ponit ioco: cuius cōtrariū serio: q̄q̄ seriç uasa dicūtur uinaria. Teren. relеui dolia: serias oēs. Persi. Seriolæ ueteris metuens deradere limum. ¶ Istis fieri conciliabulis: ubi mentes inter se conciliantur. ¶ Quāuis subito. Quantumcunq; propere. ¶ Me emancupo: mācipium me tibi dedo. ¶ Cęnam hodie dari uolo uiaticam. i. postq̄ uiæ se cōmittet: ut sit adiectiuū uiaticus uiatica uiaticum: & uiaticum impensa itineris. ¶ Obsonatum. i. instructum. ¶ Opulentū obsonium: abundans cōuiuium: est tamen proprie obsonium eduliū diminutiuū ab ea: qd græci dicunt opson faciunt obsonium quā litterā duplicem modo in ps uertimus: ut ethiops: modo i bs: ut arabs ita obsoniū. Rarissime aūt in ph: ut cinips: unde Virgili. Ciniphei tondent hirci setasq; comantes. ¶ Credo timida es: hunc locum hæc uerba consequi debent esse nasciternam cum aqua foras. Fulgentius nasiternā dicit aquę urnam. idest urceum: unde & in forē si cōcordia ait: ubi nasiterna ē aquā petas. Festus autem nassiterna est genus uasis aquarii ansati: & patentis: quale est: quo equi perfundi solent. Plautus in bacchidibus. Hæc qui se uocat: cum nassiternam cum aqua sine suffragio. Et cato in ea oratione: quam composuit in quā Sulpitium quotiens uidit: riuulos nassiternas perfusos a qualis matellassine ansis. ¶ Sedes lassitudinem. Tranquilliorem te a lassitudine facias.

Operarius qui dicat

Obsonium quid sit

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ DE subito a ueteribus dictū ostēdit: Nonius: Marcellus. Titinius: in prælio sed amabo: qui de subito ad me uenisti. Ennius in pacratiaste. Cum de subito me mulier lacrimās ad genua decidit Multos præter hos citat auctores. ¶ Tu facito opulentum obsonium: ita scribi debet uersus metri ratiōe: illud autem. sic nobis obsonatum: uel sit nobis. ut corrigit Pius: superfluit. ¶ Meo animo: ex codicibus antiqs: & sentētiæ cōcinnitate: nō meus: & absq; illa dictione animo: ut Pius legit: & corrigit inscite: nulla uersus & sententiæ habita ratione.

Conciliabulis

Pro hasta; talus. pro lorica, malacum capiam pallium.
Vbi mihi pro equo, lectus detur. scortum, pro scuto accubet.
Apage a me, apage. Ba. ah nimium ferus es: Pi: mihi sum? Ba.
malacissandus es.
Equidem tibi dabo hāc operā. pi. at nimiū ꝑciosa operaria es.
Ba. simulato me amas. pi. utrū ego ioco assimulē istuc, an serio?
Ba. eia hoc agere meliust, miles cum huc adueniat, te uolo
Me amplexari. pi. quid eo opust? ba. ut ille te uideat uolo.
Scio quid ago. pi. & pol ego scio quid metuo. sed quid ais? ba.
quid est?
Pi. Quid? si apud te ueniat de subito prandium, aut potatio
Forte, aut cœna, ut solet in istis fieri conciliabulis,
Vbi ego tum accūbam? ba. apud me mi anime, ut lepidus cum
lepida accubet.
Locus, hic nos apud, q̄uis subito uenias, semper liber est.
Vbi lepide esse uoles tibi mea rosa, mihi dicito.
Dato qui bene sit, ego ubi bene sit tibi, locum lepidum dabō.
Pi. Rapidus fluuius est hic. non hac temere transiri potest.
Ba. Atq; ecastor apud hunc fluuium aliquid perdūdust tibi.
Manum da, & cōsequere. pi. aha minime. ba. quid ita obsecro?
Pi. Quia istoc illecebrosius fieri nihil potest,
Nox. mulier. uinū homini adolescentulo? ba. age igitur equidē
Pol nihil facio nisi caussa tua, ille quidem abducet hanc,
Tu nullus affueris, si non lubet. pi. sum ne ego nihili,
Qui nequeā ingenio meo moderari: ba. qd est, qđ tu metuas?
Pi. Nihil est. nūc mulier tibi me emācupo, tuꝰ sū, tibi do operā.
Ba. Lepidus. nūc ego te facere hoc uolo. ego sorori meæ cœnā
Hodie dare uolo uiaticā. ego tibi argentum iubeo
Iam intus efferri foras, tu facito opulentum obsonium,
Ego obsonabo. nam id flagitium meum sit, mea gratia
Te operam dare mihi, & ad eam operā facere sumptū de tuo.
Pi. At ego nolo dare te quicq̄, sine. ba. sino quidem, si lubet.
Propera amabo. pi. prius hic adero, q̄ te amare desinam.
Ba. bene me accipis aduenientē mea soror. ba. qd ita obsecro?
Ba. Quia piscatus meo animo hic tibi hodie euenit bonus.
Ba. Meus ille quidem est. tibi nunc operam dabo. de Mnesilo-
cho soror,
Vt hic accipias potius aurū, q̄ eas hinc cū milite.
Ba. Cupio. ba. dabit opera. aqua calet. eamus intro, ut laues,
Nam ut e naui uecta es, credo timida es aliquantum soror.
Simul hic nescio quid turbest, quin hinc decedimus.
Sequere hac igitur me intro in lectū, ut sedes lassitudinem.

Iamdudū.



Lydus pædagogus. Pistoclerus adolescens.



Andudum pisto. lere tacitus te sequor,
Spectans quas tu res hoc ornatu geras, nanq;
Ita me Di ament, Lycurgus, ut mihi quidem
Videtur, posset hic ad nequitiam adducier.
Quo nunc capessis tu te hinc aduorsa uia
Cum tanta pompa? pi. huc. Ly. quid tibi huc? quis istic habet?
Pi. Amor, uoluptas, uenus, uenustas, gaudium,
Iocus, ludus, sermo, suauis sauiatio.
Ly. Quid tibi commercist cum Dis damnosissumis?
Pi. Mali sunt homines, qui bonis dicunt male.
Tu Dis nec dicis recte, nec æquom facis.
Ly. An Deus est ullus suauis sauiatio?
Pi. An non putasti esse unquã? o Lyde es barbarus,
Quem ego sapere nimio censui plus, q̃ Thalem,
Sed is stultior es barbaro poticio,
Qui tantus natu deorum nescis nomina
Ly. Non hic placet mihi ornatus. pi. nemo ergo tibi
Hoc apparauit, mihi paratust, quoi placet.
Ly. Etiam me aduorsus exordire argutias?
Qui si decem habeas linguas, mutum esse addecet.
Pi. Non omnis ætas Lyde ludo conuenit.
Magis unum in mentest mihi nunc, satis ut commode
Pro dignitate obsonii hæc concuret coquus.
Ly. Iam perdidisti te, atq; me, atq; operam meam,
Qui tibi nequicq̃ sæpe monstraui bene.
Pi. Ibidem meam operam perdidi, ubi tu tuam.
Tua disciplina nec mihi prodest, nec tibi.
Ly. O perligatum pectus. pi. odiosus mihi es
Tace, atq; sequere Lyde me. Ly. illuc sis uide.
Non pædagogum iam me, sed Lydum uocat.
Pi. Non par uidetur, neq; fit consentaneum,
Cum hic herus intus sit, & cum amica is accubet,
Quomq; osculetur, & conuiuæ ali accubent,
Præsentibus illis pædagogus una ut siet.



Amdudũ. Miratr lyd⁹ pæ dagogus: qd pistocler⁹ rerũ agat: uiderat. n. illum nom to prioribus moribus imutatũ: neq; satis sibi cõstare: nihil qppe est: qd æque cito mẽtes hoiũ mobalienet q̃ lasciuus amor: & uoluptas. ¶ Vt lycurg⁹. Plures licet dei sint lycurgi: hoc loco eũ itelligimus: q sparthanis leges dedit: q̃ ne uiolarent iureiurãdo lacedæmonas ad eas seruãdas coercuit: quo ad tãdẽ rediret: q pfectus in cretã insulam: & ibi uita functus: iussit in mari suos cineres spargi: ne unq̃ sparthãi a iureiurãdo soluerent: intellectus ergo uerbo℞ pt dupliciter hẽri: uel q lycurgus: q fuit seuer⁹ legũ lator istis posset illecebris: si adesset capi: uel q in adolescentẽ amore peuntẽ lycurgi legib⁹ opus eẽt: qbus ille iuuenũ maxime lasciuiã cõpescuit. ¶ Ad nequitiã. Ad luxuriã bts Augusti. contra inuerecũdos lasciuiẽtes: saltẽ inqt habe rẽt aliqd pudoris: nõ in publicum exultãte neqtia. ¶ Põpa. Obsoniorũ apparatu. ¶ Habet. p hitat. ¶ Thalẽ: Milesiũ. s. ex septẽ græciæ sapiẽtibus unũq eodẽ tpe uixerunt: de quo mẽtio hita est i captiuis. ¶ Barbaro potio. Mẽda ẽ in uerbo potio legẽdũ ẽ: putito. i. stulto isano exposuit hũc locũ Festus: ita ubi legebat apparuit: emẽdauimus: apparauit. ¶ Num ois ætas: Seneca in tragœdiis ppria describit deus: officia & æuũ p suos ducit gradus. ¶ Ludo. Esse. s. sub præceptoribus. ¶ Cũ. Hic seipm ostendit. ¶ Itur⁹ sum domũ. Vt oia reuelẽ patri. ¶ Barathrũ. Locus ubi pcipites noxii agebant: & ppea locus qsq; pfundissimus. ¶ Vixisse. i. occũbere: & mori. ¶ Plenos sanguinis. Libidine æstuãtes. ¶ Calẽs. Furẽs. ¶ Linus. Qui fuit herculis pceptor: is cum uoluisset iã grandiusculũ herculẽ uerberare: ab eo pugnis cæsus est. ¶ Phœnix. Achillis magister fuit: pfectusq; cũ achille est ad bellũ troianũ: cũq; ille p dolũ in tẽplo thymbrei apollinis cõficeret: mortẽ phœnix achillis patri peleo nũciauit: sciẽter igit missum est a lydo: optare potius pistoclerum mori q̃ ab illo uerberatũ iri. ¶ Optabile. eligibile: inde optio electio.

SARRACENVS.

Lycurgi uaframẽtũ

Barathrũ quid sit



Amdudũ pistoclere. lyd⁹ cũ uidet suũ imutatis moribus⁹ eẽ discipulũ pistoclerũ fert ægerrime: eũq; grauit icrepat. ¶ Vt lycurg⁹: q seuerissimas leges lacedmõiis ddit. Adducat ad tuã cõprimẽdã neqtiã. ¶ Cũ tãta põpa. Instructũ siqdẽ secũ hẽbat obsoniũ. ¶ Istic hẽt. i. hitat. ¶ Es barbarus. es rusticus: qui nõ putasti suauẽ

VALLA.

Ly. An hoc adeas res obsonatust obsecro?
Pi. Sperat quidẽ aius, quo eueniat Diis in manu est.
Ly. Tu amicam habebis? pi. cum uidebis, tum scies,
Ly. immo neq; habebis, nec sinam. iturus sum domum.
Pi. Omitte Lyde, ac caue malo. Ly. quid caue malo?
Pi. iam excessit mihi ætas ex magisterio tuo.
Ly. O baratrum, ubi nunc es, ut ego te usurpem lubens.
Video nimio iam multo plus, q̃ uolueram.
Vixisse, nimio satius est, q̃ uiuere.
Magistron quenq̃ discipulum minitarier?
Nil moror discipulos mihi esse tam plenos sanguinis.
Valens afflictat me nunc uacuum uirium.
Pi. Eia nunc esse ego opinor Hercules, tu autem Linus.
Ly. pol. metuo magis ne phoenix tuis factis fiam.
Teq; ad patrem esse mortuum renuntiem.
Pi. Satis historiarum est? Ly. hic uereri perdidit
Compendium. ædepol haud ætati optabile
Fecisti, quom istanc nactus es impudentiam.
Occisus hic homost. ecquid in mentem est tibi,
Patrem tibi esse? pi. tibi ego, an tu mihi seruos es?
Ly. peior magister te istæc docuit, non ego
Nimio es tu ad istas res discipulus docilior,
Quam ad illa, quæ te docui, ubi operam perdidi.
Pi. isthactenus tibi Lyde libertas datast.
Orationis, satis est. sequere me, ac tace,
Ly. Aedepol fecisti furtum ætati malum.
Quom istæc flagitia me celauisti, & patrem.

suauitati oẽm numẽ esse. ¶ Plusq̃ thalẽ: & thalẽ thaletẽ dicimus milesium e septẽ sapientibus: unũ de quo supra abũde facta mẽtio. ¶ Stultior es barbaro potitio. Potitiũ inqt Festus pro stulto: dixit Plau. Quod huic loco cõgruit: idẽ tñ ait potitius: & pinarius. Hercules cũ ad arã. quæ hodie maxima appellatur decimam boum: quos a geryone abductos abigebat agros in primam prophanas: sed genus sacrificii edocuit: quæ familia & posteri eius nõ defuere decumantibus usq; ad Apium. Cl. censorem: qui. l. milia æris grauis his deditus seruos publicos edocerent ritum sacrificãdi: quo facto potitii eẽnt ex familia numero. xii. omnes interea intra diem. xxx. pinarius: q non adfuit sacrificio cautũ est: ne quis pinario ex eo sacrificio postea uesceretur. ¶ Exordire argutias. incipis stridere aduersum me: nã argutum quandoq; stridulũ significat. Virg. Arguto coniunx percurrit pectine telas. Et argutum breue idẽ de forma equi. Argutũq; caput breuis aluus obæsaq; terga. Argutũ etiã ostensum dicimus. qa arguere ostendere: Iuue. Arguit ipsorũ quos lra: gẽmaq; princeps. ¶ Illnc sis. p eo: q est illud si uis. ¶ Non pædagogũ. i. custodẽ & magistrũ. græci pædagogũ uocãt. nẽpe q agat puerũ: nam pæs pedos puer dr: & ago duco. ¶ Omitte lyde: subaudi hoc facere: quod minitaris. ¶ Caue malo: ne malum incurras. ¶ Ex magistratu tuo: ne mihi sis magister a magistro magistratum inflexit. ¶ O baratrum: quorsum ego inquit lydus: quam malim te adire: quã hunc instruere discipulum. ¶ Magistro quenq̃ discipulum minitarier: interrogatiue: ac uultuose legendum est: quo congrua loco exprimatur indignatio. ¶ Plenos sanguinis. Qui minitentur magistris interitum. ¶ Vacuũ uirium: ob senectutem exhaustum uiribus. ¶ Esse ego opinor hercules: tu autẽ lynus: Opinor passiue dixit. sane hercules lynũ musicum: ac poetã habuit præceptorem: quem ut Theon Alexandrinus tradit in musicis cogere uolentem discipulum: discipulus hercules inq̃ occidit. ¶ Ne Phoenix tuis factis fiam. Pelleus achilli filio ad troianam expeditionem eũti comitẽ: ac magistrum phoenicem amyntoris filium dedit: quẽadmodũ Homerus tradit: ut ipsum moribus instrueret: & dicendi doceret peritiam his uerbis τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα, μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων. Vt etiam Cice. in oratore. Nam uetus quidem illa doctrina eadem uidetur: & recte faciendi: & benedicendi magistra: neq; disiuncti doctores: sed iidem erant uiuendi præceptores: atq; dicendi: ut ille apud Homerum. phoenix: qui se a pelleo patri achilli iuueni comitem esse datum dicit ad bellum: ut illum efficeret oratorem uerborũ: actoremq; rerum. Cuius emulatione Quintilianus inquit. Sit ergo tam eloquentia q̃ moribus præstantissimus: qui ad phoenicis homerici exemplum dicere: ac facere doceat. ¶ Teq; ad patrem esse mortuum renunciem. Quia rediens domum phoenix pelleo achillis mortem apud troiam nunciauit. ¶ Veri perdidit compendium: idest boni commodum amisit. nam uerum dicebant rectum ueteres. Cice. in oratore. quem locum Quinti. etiam citat inquiens: sed quem potius ego q̃. M. Tullium sequar: qui in oratore. Non reprehendo inquit scripsere: scripserunt esse uerius sentio. ¶ Optabile. elegibile.

¶ LYDVS uidens Pistoclerum discipulum suum mores mutasse: illum increpat. ¶ Meretricia consuetudine posset lycurgus ad nequitiam adduci. Fuit autem lycurgus homo prudens: & seuerus Lacedæmoniorum rex: qui illis sanctissimis leges dedit: ut in eius uita scribit Plutarchus chertonẽsis. ¶ Putitum: Plautus dixit pro stulto inquit. F. Pom. ubi quidam emendant potitium. ¶ Poticio: ex codicibus antiquis sententia: & ratione uersus: & non barbaro porro: ut barbare prorsus. & contra legem carminis corrigit Pius: omnium ignarissimus. ¶ Tu autem Lynus. Minatur Pistoclerus lydo pedagogo exẽplo Herculis: qui ut tradit Diodorus Siculus libro. iiii. bibliotheces: citharã discens: cũ esset ingenio tardo: ob eamq; rem uapularet ita motus Linũ cithara peremit. Lydus uero respõdet exẽplo phoenicis adducto. Phoenix ab Amyntore patre execratur tali de causa. Amyntor cum perdite Clytiã pellicem amaret ac Hippodamiã uxorẽ: ex qua Phoenicẽ genuerat sperneret: phoenix m̃ris ipulsu: cũ Clytia patris pellice cõcubuit. Quod cũ pater resciuisset: diras iprecatus est filio: ut orbus esset filiis. Quare phoenix patrẽ formidans; ac illius maledictiões: fugit ad Pelea: a quo benigne susceptus propter cognationẽ accepit dolopia regionem dono. achillem quoq; tum paruulum existentem erudire iussus est: ut scribit Homerus. ix. rhapsodia iliados.

Potitiũ qd
Argutum quid sit
Verum qd sit
VGOLETVS ET GRAPA.
Potitius

SECVNDVS ACTVS.

Chryſalus Seruos.


Erilis patria ſalue, quam ego biennio,
Poſtq̃ hinc in epheſum abii, nunc conſpicio lubens.
Saluto te uicine apollo, qui ædibus
Propinquos noſtris accolis, ueneror q̃ te
Ne nicobolum ſinas noſtrũ ſenem prius
Me conuenire, q̃ ſodalem uiderim
Mneſilochi piſtocleron. ad quem epiſtolam
Mneſilochus miſit ſuper amica Bacchide.

Piſtoclerus, Chryſalus.


Iruſt me ut redeã te opere tanto quærere,
Q ui abire hinc nullo pacto poſſim, ſi uelim.
Ita me uadatũ amore, uinctũq̃ attines?
Ch. proh Dii immortales piſtoclerum conſpicor
O piſtoclere ſalue. pi. ſalue chryſale.
Ch. compendio uerba multa iam faciã tibi.
Venire tu me gaudes, ego credo tibi,
Hoſpitium, & cœnam pollicere, ut conuenit,
Peregre aduenienti, ego autẽ uenturum adnuo.
Salutem tibi ab ſodali ſolidam nuncio.
Rogabis me, ubi ſit, uiuit. pi. nempe recte ualet?
Ch. iſtuc uolebam ego ex te percontarier.
Pi. Q ui ſcire poſſum? ch. nullus plus. pi. quẽ nã admodum.
Ch. Quia ſi illa inuentaſt, quã amat, uiuit. recte ualet.
Si non inuentaſt, minus ualet, moribundus q̃ eſt.
Anima eſt amica amanti. ſi ea abeſt, nullus eſt.
Si adeſt, res nullaſt. ipſus eſt neq̃, & miſer.
Sed tu quid factitaſti, mandatis ſuper?
Pi. Egon? ut quod attuliſſet ab illo nuncius
Non impetratum, id aduenienti redderem?
Regiones colere mauellem ego acheronticas.
Ch. Eho an inueniſti Bacchidem? pi. ſamiã quidem.
Ch. uide quæſo ne quis tractet illam indiligens.
Scis tu ut confringi uas cito ſamium ſolet?
Pi. iam ne ut ſoles? ch. dic ubi ea nunc eſt obſecro?
Pi. Hic, exeuntem me unde aſpexiſti modo.
Ch. ut iſtuc eſt lepidum, proxume uiciniæ
Habitat. ecquidnam memini Mneſilochi? Pi. rogas?
Immo unice unum plurimi pendit. ch. papæ?
Pi. immo ut eum credis miſera amans deſiderat.
Ch. Dictum iſtuc? pi. immo chryſale hem non tantulum
Vnq̃ intermittit tempus, quin eum nominet.
Ch. Tanto hercle melior Bacchis. pi. immo. ch. immo abiero
Potius. pi. num inuitus rem bene geſtam audis heri?
Ch. non herus, ſed actor mihi cor odio ſauciat.
Etiam epidicum, quam ego fabulam æque, ac me ipſum amo,
Nullam æque inuitus ſpecto, ſi eam agit pelio,
Sed Bacchis etiam fortis tibi uiſa eſt? pi. rogas?
Ni nactus uenerem eſſem, hanc iunonem dicerem.

SARRACENVS.


Erilis p̃ria: ex epheſo adoleſcẽs mneſilocus & chryſalus ſeruus: q priuſq̃ domũ adeãt ad piſtoclerũ ſodal: diuertũt: primus ergo chryſalus urbẽ igreſſus patriã de more ſalutat.

VALLA.


Erilis patria. Chryſalus adueniens patriã ſalutat: p̃caẽ apollinẽ: ut prius nicobulũ uideat q̃ piſtoclerũ. ¶ Veneror q̃ te. Cur aũt mox oſtẽdit. ¶ Quẽ ad. anaſtrophe: p ad quẽ.

SARRACENVS.


Iruum eſt. Exeuntem piſtoclerũ e bacchidarũ domo chryſalus adorit. ¶ Vadatum. Diſtrictum: obnoxium: feneſtella penes quem uadatus amicitia: non dolo tenebaẽ. ¶ Tu me gaudes. ſ. aduenifſe. ¶ Anima amica amanti: iuxta illud platonicũ: amans mortuus in ſe ipſo: uiuit in alieno: iõ dixi: ſi abeſt: uel ſi adeſt: nullus eſt: p pterea q amantis animus non in proprio degat corpe: ſed totus ſit cũ amato: qn immo amatus ſit amãtis aĩus: nec mirũ: ſi uſq̃ adeo hærẽt infixi pectore uultus: extãt ipſius platonis uerſiculi apud macrobiũ & Gelliũ: quos admodũ iuuenis luſit: dũ ſemihulco ſauio puellũ meũ ſauior: dulcẽq̃ florẽ ſpiritꝰ duco ex aperto tramite: aia ægra: & ſaucia curcurrit ad labia mihi: & infra: tũ ſi moræ qd fuiſſet pluſculæ: in cœtu oſculi amoris igne pcita tranſiſſet: & me linq̃ret: & mira prſus res fieret: ut ad me fierẽ mortuus: ad puerũ intus uiuerẽ. ¶ Vas ſamiũ. Samia. n. uaſa fictilia laudabanẽ: ſamos inſula eſt in ionio pelago: alia eſt prope thraciam in ægeo: quæ ſamothrace dicta ẽ: ſamos a Straböe ſummitas: & altitudo dr̃: ſenſus ſatis perſpicuus eſt: & iocoſitate refertus. ¶ Iã ne ut ſoles. ſ. iocaris. ¶ Rogas. Pro interrogas. ¶ Dictum iſtuc. Quaſi non exhibeat fidem dictis ita ſuſpẽdit ſermonẽ. ¶ Immo abiero. Quaſi tedio affectus: & faſtiditus uerbo illo: imo. ¶ Actor. Impulſor ut illud: & tempeſtatibus actus. ¶ Si agit pelio. Vellẽ legi: ſi agitur pello: uel agit pro agiẽ ſicuti meret pro meretur: cũctat pro cũctatur: luctat pro luctaẽ: moderat pro moderaẽ: & fruſtrat p fruſtraẽ: & pleraq̃ huius cõtraria genera uerborũ ab antiqs uſurpata ſunt: & atteſtaẽ marcellus: ſedit ad ſenſum redeã: denotat q̃ impaciẽter ferat hercle imperiũ: uſq̃: ut qetus ne ſit: ita huc mõ illuc impelliẽ uerſaturq̃ ab mneſilocho: nã & fabulã epidicũ cũ libentiſſime ſpectet: tñ ad eã inuitus accedit: qa dũ agiẽ a ſpectatoribꝰ pellitur. ¶ Sed bacchis fortis tibi uiſa ẽ? Fortis. i. formoſa teſte marcello: q ẽt uiiẽ teſtimo

Samos ubi
loco q̃ ſita

Fortis ſignificatũ

nio plautino: alias fortis pro diuite: & opulēto capit: Plau. alibi: cũ sorore desponďisset in tã fortẽ familiam: qñq; p celeri. Virg. si fœmina fortis: fides equo. ⁋ Venerẽ. Alteram dicit bacchidẽ suã amasiã. ⁋ Mnesiloche. Apostrophat ad absentem. ⁋ Philippeo. Quod cæteris aliis diximus purius esse & excellentius.

VALLA.

MIrum est me: ut redeã te opere tanto q̃rere. Alloq̃tur pistoclerus meretricẽ quã docet: nõ q̃rendũ: an sit rediturus: cũ eius illigatum pectus eẽt meretricib⁹: reliquũ cũ chrysalo sermonẽ hẽt. ⁋ Vadatũ amore. Tãq̃ uade occupatũ. ⁋ Nimis ualet: q̃a ualere mediũ uerbũ est: sicut ualetudo. ⁋ Regiones colere mauellẽ acheruntĩ eas. Malim inq̃t potius mori: q̃ datã fidem amico deserere. ⁋ Vt cõstringi uas cito samiũ solet. q̃a uasa samia fictilia sunt: & bacchidem samiã dixit per iocũ: chrysalus ait p̃spiciẽdum: quõ tractet. Vasa siq̃dem fictilia: si e manibus exciderint: facile cõfringũtur. ⁋ Iam ne ut soles? interrogatiue legẽdum est: tamen apud se rem non habeat ambiguam. ut sit sensus es ne derisor: ut soles. ⁋ Nõ herus: s; actor mihi. Nõ inq̃t herus meus: sed agitator: & quasi causarũ tractator. ⁋ Nullam æq; inuitus specto: q̃a sæpi⁹ oculis obiectat̃ meis. ⁋ Fortis tibi uisa ẽ: fortẽ antiq omni uirtute ornatũ dixerunt: nõ tm̃ corpore ualidũ: & aio tolerantẽ: sicut & iustũ: ita & temperantem. quẽ frugalem dixisse ueteres: auathor est Cicero ut in quo frugalitas sit: ibi uirtutes oẽs ita iustitia: ita fortitudo: q̃ reliquarum uirtutũ sunt genera. Nam prudẽtia de parte rõnali manans recte. ut Aristoteles ait: non his ammiscet̃. ⁋ Machinabor machinã: figura uetus: ut seruio seruitutẽ.

Valere me diũ uerbũ

Ch. Aedepol Mnesiloche. ut rẽ hanc natã esse intelligo,
Quod ames paratust, quod des inuentost opus.
Nam istic fortasse auro opust. Pi. philippeo quidem.
Ch. atq; eo fortasse iam opus est. pi. imo etiam prius.
Nam iam huc adueniet miles, & miles quidem,
Qui de admittenda Bacchide aurũ hic exigit.
Ch. Veniat quando uolt. atq; ita ne sibi sit moræ,
Domist. non metuo, nec quoiq̃ supplico,
Dum quidẽ hoc ualebit pectus perfidia meum,
Abi intro. ego hic curabo. tu intus dicito
Mnesilochũ adesse Bacchidi. pi. faciam, ut iubes,
Ch. negociũ hoc ad me nunc attinet aurarium.
Mille, & ducentos philippos attulimus aureos
Epheso, quos hospes debuit nostro seni.
Inde ego hodie aliquã machinabor machinam,
Vnde aurum efficiã amanti herili filio.
Sed foris concrepuit nostra. qui nam exit foras?

Nicobolus Senex. Chrysalus seruos.

IBo in pyreæũ. uisam ecquæ aduenerit
In portum ex Epheso nauis mercatoria.
Nam meus formidat animus, nostrũ tam diu
Ibi desidere, neq; redire filium.
Ch. Extexam ego illũ pulchre iam si Di uolunt.
Haud dormitandust. opus est chryso chrysale.
Adhibo hunc, quem quidẽ ego hodie hic faciam arietẽ
Phryxi. itaq; tondebo auro usq; ad uiuã cutem.
Seruos salutat nicobolum te chrysalus.
Ni. proh Di immortales, chrysale ubi mihist filius?
Ch. Quin tu primũ salutem reddis, quam dedi?
Ni. Salue. sed ubi nam est Mnesilochus? ch. uiuit, ualet.
Ni. Venit ne? Ch. uenit. ni. euax, aspersisti aquam,
Bene ne usq; ualuit? ch. pancratice, atq; athletice.
Ni. Quid hoc, qua ego caussa illum in ephesum miseram,
Accipit ne aurum ab hospite Archidemide?

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋ QVEMadmodũ iterrogatiue. Quẽ nã: ex codi. antiq̃s & rõne uersus. ⁋ Res nulla est ex codicib⁹ antiq̃s: & rõne uersus: & nõ reapse: ut ait Pius. ⁋ Sami fiebãt uasa figulina fragilia: uñ iocose samiũ uas bacchidẽ dicit: ut q̃ erat samia. ⁋ Pape. græce βαβαι. ⁋ Fortis pro pulchra positum est a Plauto: si Seruio credimus: & in milite glorioso. Nonius tamen Marcellus ibi fortem pro famoso exponit.

Samiũ uas

SARRACENVS.

IBo in pyræũ. Solicitus nicobolus de aduẽtu filii: dũ it ad portũ: incidit in chrysalũ: q oĩsariam dolo munitus aderat: ut senẽ falleret: pyræeus port⁹ ẽ atheniẽsiũ ab urbe athenaꝶ distans ad. xl. stadia: ut notauit Strabo: & dictus est pyræeus q̃si serues pp multitudinẽ in portũ ipm aduentantiũ: athenis aũt agi fabula nõ Romæ uidebat̃. ⁋ Desidẽ. Nimiũ moratẽ. ⁋ Extexã. Distrahã. ⁋ Chryso. auro: a quo nomẽ hẽt chrysalus: nã sua malitia aurũ adinuenit. ⁋ Arietẽ phryxi. De quo alibi mẽtio facta est: cuius erat aureũ uelus: qd se admutilare: & adrõdẽ dicit ad cutẽ usq;: hoc ẽ senẽ ipm multa pecũia d̃radẽ. ⁋ Aspxisti aq̃. Nã ea i faciẽ iacta sopiti spũs reuiuiscũt. ⁋ Pãcratice atq; athletice. Fortit̃ & ualẽter: ut athletæ: & pãcraiastæ q plurimis polẽt uirib⁹.

Pyreneus qd & unde

VALLA.

IBo i pyreũ. Nicobul⁹ ad portũ cõtẽdit: ut de filio suo Mnesilocho aliq̃d mõ audiat. Offendit itaq; Chrysalũ: a quo q̃ fuerat secũ Chrysalus cõmẽt⁹ audit. ⁋ In pyreũ portũ atheniẽsiũ. ⁋ Extexã ego illũ: hoc est educã extra cogitatũ tanq̃ extra cursurã. ⁋ Opus ẽ chryso. i. auro. ⁋ Faciã hic arietẽ phryxũ: q̃dã aiũt filiũ athamãtis cũ hele sorore sup ariete uelleris aurei in põtũ trãsuectũ fuisse: helẽ in mare excidisse: inde mare dictũ helespõtũ. Mortuo ariete pellis Marti cõsecrata: quã Tauri flãmigeri: & puigil draco custodiebãt. De quo uellere aureo iuxta historiã locutus tradit alia Strabo. ⁋ Aspersisti aquã: recreasti me: perinde atq; si aq̃ aspersisses. ⁋ Pãcratice: atq; athletice. Pãcratistæ a Pãcratio dicti: nõ ab herba: quæ dr̃ pancratiũ: sed a lusu dicto: quod Pan omne significet: & cratos robur: in quo robur: & totius corporis firmitudo præcipua ostendebatur.

Pancratiste uñ dicti

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋ DEsidere: non desidem: ex codicibus antiquis: & uersus necessitate.

⁋ LVna

SARACENVS.

HEV cor meum. Nunc incipit struere fallaciam. Symbolum. Debiti confessionem. Adulterinum. Fictum: non uerum: non proprium ab adultero: quod significat corrumpo. Recuperatores. Qui cognoscerent de symbolo: dabantur enim a praetore: teste Gelio: iniuriis extimandis: & per eos ius suum quisq; recuperare poterat. Trinae haec nunc erit. Rectius forte legatur trinae hae nunc erunt. Autolico. Qui fur maximus fuisse perhibetur: meminit Seruius in secundo ęneidos: qui habuit filium sisiphum: de quo natus sinon est: cuius astu equus cum armato milite in troiam receptus est; & ferro: & igne consumpta ciuitas. Strabo quoq; in nono ponit autolicum incolam parnasi fuisse furto uicinorum bona surripiētem. Domum cupientes: scilicet redire. Stega. Puto stegam in naui locum eminentiorem: quem nautae nostris temporibus uulgari uocabulo stagiam dicunt: inuenio pręterea in sacris litteris tristega locum dici trium aedicularum. Lembus. Est lembus naniculae genus uelocissimum; uel ut placet Nonio nauicula breuis piscatoria. Fungum. Veluti sine sensu. Archidemidis. Qđ nomen compositum ab archos & demo quasi primus raptor: uel raptorum princeps.

Autolicus qui fuerit.

Ch. Heu cor meum, & cerebrum Nicobole finditur,
Istius hominis ubi fit quaq; mentio.
Tum hospiten illum nominas, hostem tuum?
Ni. Quid ita hercle obsecro? Ch. quia aedepol certo scio,
Volcanus, Sol, Dies, Luna, Dei quatuor
Scelestiorem nullum illuxere alterum.
Ni. Quem ne archidemidem? quem inquam archidemidē?
Quid fecit? Ch. quid non fecit? quin tu id me rogas?
primum dum inficias ire coepit filio,
Negare sese debere tibi triobolum,
Continuo antiquom ibi hospitem nostrum sibi
Mnesilochus aduocauit pelagonem senem.
Eo praesente homini extemplo ostendit symbolum,
Quem tute dederas ad eum, ut ferret filio.
Ni. Quid ubi ei ostendit symbolum? Ch. infit dicere
Adulterinum, & nō eum esse symbolum.
Quotq; innocenti ei dixit contumelias,
Adulterare eum aiebat rebus caeteris.
Ni. Habet ne aurum? id mihi primum dici uolo.
Ch. postquā quidem praetor recuperatores dedit,
Damnatus demum, ui coactus reddidit
Ducentos, & mille philippum. Ni tantum debuit?
Ch. porro etiam ausculta pugnam, quam uoluit dare.
Ni. etiam ne est quid porro? Ch. hem accipe, trina haec nūc
erit.
Ni. Deceptus sum. aurilego hospiti aurum credidi.
Ch. Quin tu audi. Ni. immo ingenium auidi haud pernoram hospitis.
Ch. postq̄ aurum abstulimus, in nauim conscendimus
Dum cupientes. forte ut adsedi in stega,
Dum circumspecto, atq; ego tum lembum conspicor.
Longum est rigorem maleficum exornarier.
Ni. perii hercle, lembus ille mihi laedit latus.
Ch. Is erat communis cum hospite & praedonibus.
Ni. Adeon me fuisse fungum, ut qui illi crederem,
Quom mihi ipsum nomen eius archidemidis
Clamaret dempturum esse, si quod crederem.

VALLA.

LVNA dis. Ditem inferni deum plutonem dicit: qui ab opibus nomen habet: quae oēs in terris esse itelliguntur: nā sicut diuitiae ab hoc dite dicta sunt: ita graece plutos opulentia: unde pluto dict⁹. Nullum illuxere alterum: transitiue nunc illuceo quod absolutū solet usurpari. Ostēdit symbolum. scriptum: quo ille fatebatur se ad eam accepisse pecuniam. Infit dicere adulterinum. infit incipit sicut desit deest dicimus. Virgili. Nec frigore desit. Adulterare eum aiebat rebus exteris: idest fraudem inicere rebus alienis. Postquā prętor recuperatores dedit. recuperatores iudices: unde nos recuperauimus: quod debebatur. Quintilianus. Etenim recuperatoris non ea sola uis est: quae ad corpus nostrum: uitamq; peruenit: sed etiam multo maior ea quę periculo mortis iniecto formidine animum pręteritum loco: spe: & statu certo dimouet. Nam & recuperatio est ut ait Gallus ęli⁹: cum inter populum: & regem: natiōesq; & ciuitates peregrinas lex conuenit: quo modo per recuperatores reddantur res: recuperenturq;: quas priuatas inter se persequātur. Ducentos & mille philippum. philippum pro philipporū: de qua syncopa citato Ciceronis testimonio supra abunde dictum est: & mille singularis numeri est: cuius pluralis numerus milia: neutriq; generis. Nam Adiectiuū hi & hę & haec mille dicimus. Aurilegio: aurum legenti: ac suffurenti. Ad sedi in gesta. Locus in naui contectus stega nominatur. Nam & stega tugurium est. Rigorem maleficum: hoc est malum facinus: unde rigor: horrorq; maleficus oboriatur. Me fuisse fungum: idest nullius momenti: ac prudentiae hominem: ut fungi corporibus humanis: nil nisi malum gignunt.

Recuperator q dicat

Stega qd sit

VGOLETVS ET GRAPA.

QVAM ne archidemidem. Quam inquam archidemidem ita scribendus totus uersus est ex codicibus antiquis: & recta sentētia: & delendum est: quem inquam ne: uti scitissime corrigit Pius. Triobolum ex codicibus antiquis: & uersus necessitate: non: obolum: ut contra metri legem scribit Pius. Aurilego: alii legunt: autolyco. Stega graecum est uerbum στεγη est nauis pro scaenium: idest tabulatum: super quod nautae ambulant: teste Fulgentio citante hunc uersum Plautinum; Vtitur & in fabula Sticho plautus hoc uocabulo. inde tristega in genesi.

Stega

SARACENVS

Remulcus quid sit.

REMulco sequi. Prosequebatur & dicitur remulcus quod hodie quoq; uulgo dicitur cum scapha uel remo nauis maior trahitur: unde factum est uerbum remulcare: idest remigãdo trahere. Neq; aues uenti citius: scilicet fuissent nos assecuti. Statuimus. Firmauius. Dianę ephesiæ. Cuius illud fuerat nobilissimum templum annumeratum inter maxima mundi spectacula: ducentis & uiginti annis structum a tota asia in loco palustri: ne terræ motibus quateretur: ut refert Plini. de quo Martialis. Nec triuiæ templo molles laudentur honores. Qui auro habeat soccis subpactum solum. Sic Plutar. in uita alexãdri: agon teius inquit suffixas clauis argẽteis crepidas ferebat. Fastidit: spernit: & p nihilo pendit. Qui præsente. Pro quo presente. Ille est honeratus. Pondere præsus: hoc est dolis undiq; circũuentus: & ita loquitur: ut non audiatur a sene. Plus iusto. Plus: scilicet q̃ ferre fas sit. Copę. Copiosum: & opulentum. In malacum modu;. Idest molliter: & lasciue. Excurrisse. Celerit iuisse.

Vel ab abuti in qui differat

Abusos. Inter abuti & uti Cicero in topicis hanc facit differentiã: ut uti dicamur rebus: ut uestimentis: quæ etiam seruantur post usum: abuti uero: quorum non seruetur usus: & nota testimonium plautinum aurum abusos: nam cum ablatiuo frequentius. Crucisalum. Crucisalientem; iocatur quasi sit nomen pristinũ demissurus: & nouum adepturus: hoc est ab hero suo omni affici cruciatu. Si ille ẽstituerit sibi data fuisse uerba. Macto. Pro mactabo afficiam.

VALLA.

NOMEn eius archidemides clamaret adempturum esse. Ab etymologia uocabuli sumit argumentum: quod nomen inditum uideatur: quia archos princeps a græcis: & a nostris demo aufero. Fiunt enim uocabula aliquando nobis ex latino: & peregrino: ueluti etiam memorat Quintilianus: sicut est biclinium. Remulco: remis retrorsum nauim attrahendo. Nauem extemplo statuimus: ab eo quod est sisto statui præteritum protulit. Ratem turbare in portum: Nauigium trudere: ac reducere in portum: cum appellatione ratis trabes compactæ nominentur. Eo exanimatus sui, ob id animo perturbatus. Id factum sciscerent: cognoscerent: intelligerent. Alioqui sciscere leges populus dicit Cicero quod est sanire: unde & plebescita.

Sciscere quid sit

Capitibus q̃ssantibus: minitabũdis. Nos apud theotimum. Nomen inditu; uidetur: q theos deus dicatur: & timo honoro. Megalobuli filius: nomẽ hoc a megalo: idest magno: & bule cõsilio fictum est. Auro tãto circũduxerit: fefellerit: deceperit. Publicitus. aduerbiu;. idest publice. Socis subiectu; solu;: qui sub calceis auru; gestat. Quãuis subito: quãticũq; repente.

Ch. Is nostræ naui lembus insidias dabat.
Occœpi ego obseruare eos quam rem gerant.
Interea e portu nostra nauis soluitur.
Vbi portu eximus, homines remigio sequi,
Neq; aues, neq; uenti citius, quoniam sentio
Quæ res gereretur, nauim extemplo statuimus.
Quoniam uident nos stare, occœperunt ratem
Turbare in portu. Ni. ædepol mortaleis malos.
Quid deniq; agitis? Ch. rursum in portum recipimus.
Ni. Sapienter factum a uobis. quid illi postea?
Ch. Reuorsionem ad terram faciunt uesperi.
Ni. Aurum hercle auferre uoluere. ei rei operam dabant.
Ch. Non me fefellit. sensi. eo exanimatus fui.
Quom id uidimus, capimus consilium continuo
Postridie auferimus aurum omne iis præsentibus,
Palam atq; aperte, ut illi id factum sciscerent.
Ni. Scite hercle, cedo quid illi? Ch. tristes illico
Quom extemplo a portu abire nos cum auro uident,
Subducunt lembum capitibus quassantibus.
Nos ibi apud Theotimum omne aurum deposuimus,
Qui illic sacerdos est in dianæ ephesiæ.
Ni. Qui istic Theotimus est? Ch. Megabyzi filius,
Qui nunc in Epheso est ephesiis carissimus.
Ni. Næ ille hercle mihi sit multo tanto carior,
Si me illoc auro tanto circunduxerit.
Ch. Quin ipsa in æde Dianæ conditust. ibi
Demum publicitus seruant. Ni. occidistis me,
Nimio hic priuatim seruaretur rectius.
Sed uos nihil ne attulistis inde auri domum?
Ch. Immo etiam. uerum quantum attulerit nescio.
Ni. Quid nescis? Ch. quia Mnesilochus noctu clanculum
Deuenit ad theotimum, nec mihi credere?
Nec quoiq; in naui uoluit. eo ego nescio
Quantillum attulerit, uerum haud permultum attulit.
Ni. Etiam dimidium censes? Ch. non ædepol scio.
Verum haud opinor. Ni. fert ne partem tertiam?
Ch. Non hercle opinor. uerum uerum nescio.
Profecto de auro nihil scio. nisi nescio.
Næ tibi met illuc naui capiundust iter,
Vt illud reportes aurum ab Theotimo domum.
Atq; heus tu? Ni. quid uis? Ch. anulum gnati tui
Facito, ut memineris ferre. Ni. quid opus est anulo?
Ch. Quia id signum est cum Theotimo, qui eum illi affert,
Ei aurum ut reddat. Ni. meminero, & recte mones.
Sed diues ne est istic Theotimus? Ch. etiam rogas?
Qui soccis habeat auro suppactum solũ.
Ni. Cur ita fastidit? Ch. tantas diuitias habet,
Nescit quid faciat auro. Ni. mihi dederit uelim.
Sed qui præsente id aurum Theotimo datum est?
Ch. Populo præsente. nullus est Ephesi, quin sciat.

Tandem

Ni. Istuc sapienter saltem fecit filius
Quom diuiti homini id aurum seruandum dedit,
Ab eo licebit, quãuis subito, sumere.
Ch. Immo hem tantisper nunq̃ te morabitur,
Quin habeas illud, quo die illuc ueneris.
Ni. Censebam me effugisse a uita marituma,
Ne nauigarem tandem hoc ætatis senex.
Id mihi haud utrum uelim licere intellego.
Ita bellus hospes fecit archidemides.
Vbi nunc est ergo meus Mnesilochus filius?
Ch. Deos, atq; amicos iit salutatum ad forum.
Ni. At ego hinc ad illum, ut conueniam, quantum potest.
Ch. Ille est oneratus recte, & plus iusto secum uehit.
Exorsa hæc tela non male est omnino mihi.
Vt amantem herilem compotem facerem filium,
Ita feci, ut aurum quantum uellet, sumeret.
Quantum autem lubeat reddere, ut reddat patri.
Senex in ephesum ibit sibi aurum arcessere.
Hic nostra agetur ætas in malacum modum,
Siquidem hic relinquet, nec secum abducet senex
Me, nec Mnesilochum, quas ego hic turbas dabo.
Sed quid futurust, quom hoc senex resciuerit?
Quom se excecurrisse illuc frustra sciuerit?
Nosq; aurum abusos? quid mihi fiet postea?
Credo hercle adueniens nomen mutabit mihi.
Facietq; ex templo Crucisalum me ex Chrysalo.
Aufugero hercle, si magis usus uenerit.
Si ero reprænsus, macto ego illum infortunio.
Si illi sunt uirgæ ruri. at mihi tergum domist.
Nunc ibo, herili filio hanc fabricam dabo
Super auro, amicaq; eius inuenta bacchide.

¶ Tandẽ hoc æta. p i hac ætate: subaudi senili. ¶ Hic ad illum: subaudi ibo. Est. n. elipticos dictũ. ¶ Quãtũ põt. q̃ repente a me fieri potuerit. ¶ Copẽ filiũ. Copiosum faciã. No. copi inquit pro copioso. Plau. i pseudolo: atq; ego nũc me gloriosũ faciã e copi pectore. Tur. in epiclero. Te quidẽ oium iã p̃ copem causa rem facit. Pacu. in perhiboea: o multimodis uarie: dubiũ: & p̃spnis copẽ diẽ. ¶ In malachũ modũ. i. moliter: de quo uerbo supra abũde. ¶ Aurũ abusos: qa ut utor hãc rẽ: & hac re: ita & abutor dixerũt ueteres. ¶ Crucisalũ me ex chrysalo. i. in crucẽ salientem. Vsus uenerit: opus fuerit.

Vtor quomodo construatur

¶ FVIsse fungũ: hoc est credulũ & stupidũ: sumptũ a fungi natura: q̃ fragilis: & cito prorũpit: putrescitq;: Plau. in hac fabula sic ait. Tãti ẽ: q̃ti est fungus putridꝰ. Archidemides si ex græco & latino cõponere uolumus significat pricipẽ demẽdi. Cõponitur aũt uocabula ex peregrio & nostro: ut biclinidũ: epitogiũ auctore Quĩ. li. i. ¶ Auro insidias filius: glosa erat: & expositio: potiusq̃ textus: quod indicat sententia: & ratio uersus. ¶ In tẽplo Ephesiæ Dianæ deposita seruabant. Strabo libro. xiiii. Dianæ tẽplũ primꝰ Archiphrõ mire fabricatus ẽ postea aliud fecit maiꝰ illo. Sed quũ herostratus qdã id incendio cõsumpsisset: aliud p̃stantius cõstruxerũt mulierũ ornamentis: & multis opibus ad id collatis: refectisq; prioribus colũnis: q̃rum regæ testimonio sunt decreta tũc fcã: Artemidorus dicit Timæũ Taurominitaniũ ignorare: & inidũ esse: & calũniatorem: unde & carptorẽ fuisse uocitatus: q̃ ex Persaræ depositis: tẽpli structurã finxerit: cũ nulla tunc deposita eẽnt. & si erant: cũ tẽplo cõbusta sunt. Nã cũ post icẽdium tectũ deletũ eẽt: qs uoluisset in tẽplo detecto depositũ tenet. Idẽ testat Laertius diogenes: apud quẽ sic legit Xenophon inq̃t: quo tpe laconius icas ptes tueri uideret: exilio danãtus ab atheniẽsibꝰ ẽ: p fectꝰ deide Ephesũ dimidiũ auri qd secũ tulerat Megabizo dianæ sacerdoti seruãdũ tradit: quo ad reuerteret: Apparet ex li. Strabo. citato: Megabyzũ dici sacerdotẽ dianæ: q̃q̃ in Guarini ueroneñ. ac Grego. tifernatis traductiõe: utrobi legat: Megalobyzus: nõ megabyzus: de quo diligẽtius alio loco scribemus. ¶ Quo die: ex codi. antiqs: & uersus necessitate. ¶ Cõpotẽ ex antiqs codi. & rõne metri. ¶ Nec: metri necessite: & sniæ concinnitate.

VGOLETVS ET GRAPA.

Ephesia diana.

Megabyzꝰ

TERTIVS ACTVS.

Lydus pædagogus.

PAndite, atq; aperite, ppere ianuã hãc horci obsecro,
Nam equidem haud aliter esse duco. Quippe quoi nemo aduenit,
Nisi quẽ spes reliquere oẽs, ex se ut frui possiet.
Bacchides, non bacchides, sed bacchæ sunt acerrumæ.
Apage istas a me sorores, quæ hominum sorbent sanguinẽ.
Omniũ ad perniciẽ instructa domus opime, atq; opipare.
Quæ ut aspexi, me continuo cõtuli protinam in pedes.
Ego ne ut hæc clusa gestem clanculum? ut celem patrem
Pistoclere tua flagitia, aut damna, aut despoliabula,

PAndite: Lydus frugi. Seruus pati nõ poterat: pistoclerum amoribꝰ iri pditũ: uitãq; degere apud bacchides: pperat igit ut hero nũciet lasciuire filiũ. sed prius atrociter in bacchides iuehitur. ¶ Ianuã horchi: q̃ rectissime domũ meretriciã horchũ appellat: nam horchus a sepiendo dictus est: uallant enim meretrices: & sepiũt miserrimos amantes suis illecebris: & lẽociniis. ¶ Sed bacche. Idest sæuiẽtes: & furẽtes. Opipare. Opulẽter: & largiter: opiparum dicimus magnorũ opum apparatũ: protinã pro ptinus. ¶ Clusa. Pro clausa: & occulta. s. & secreta: cludo enim pro claudo dixer ueteres: uel si leges uila: quæ ipsemet uidi factitari. ¶ Flagitia. Quæ proprie digna sunt flagris. ¶ Affectas. p

SARACENVS.

Opiparus quid

afficis: sic exponit No. hūc locū: uel affe ctas in ꝓpria sͣgnatione: cupis deside ras. ⁋ Gerulifigulos flag. In hāc ferme sniam: & iisdē fere uerbis loquit̄ in cal ce sequētis scænæ. Qui dedecorat te: & me: atqꝫ alios suis flagitiis: q̄si dixisset ifacies oēs: & ueluti suis oneratos flagiti is reddidisse: a gerēdo gerul⁹: q merce dis grā onera ferre cōsueuit.

VALLA. Paudite. lydus cū fui discipu li pistocleri uidit icōtinen tiā se ad philoxenū recipit

Orcū qd sit — detestatus pistocleri mores. ⁋ Iannā hāc orchi: fores meretricū occlusas iferni ianuā uocat. Fes. orchū: quē dicius. ait Verius ab antiqs dcm̄ urgū: ꝙ & u lr̄æ sonū per o efferebāt: & p c lr̄æ formā nihilomius g usurpabāt: sed nihil affert exēploꝝ: ut ita eē credamus: nisi ꝙ his dictis maxie nos urgeat. ⁋ Vt frui pos. Vt possit fructū capere. ⁋ Apage: abi ge. ⁋ Cōtuli pd. i pe. ꝓtinus in fugā dedi. ⁋ Ego ne ut uisa. i. q̄ uidi. ⁋ Gestē clā. tegā apud me. ⁋ Dispoliabula: dirre ptiōes pris. ⁋ Amicosqꝫ oēs af. tuos. i. afficis. Nonii iterꝑtatiōe hūc citādo locū. ⁋ Ad ꝓb. dedec⁹. ⁋ Dānū: dispēdiū.

Figuli qui sunt — ⁋ Flagitiū: facinus. ⁋ Appellere: detrudere. ⁋ Puditū ē: sicut licet: licuit: & licitū ē. ita pudet: puduit: & puditum est. ⁋ Gerulifigulos fla. gerulifigulos uerbū unū ē: quos tu iqt fecisti flagitii tui gestatores a te cōfictos: figuli sunt: q fictilia uasa confingūt. ⁋ Malū istoc adis: idest anteq̄ adeas hoc flagitium mulierum. ⁋ Culpam hanc demo. Eximo inquit hoc a me crimen. ⁋ Ex luculento cœno: idest inquinatore corporum tuo crimine.

Quis patrem, & me, teqꝫ, amicosqꝫ omneis affectas tuos
Ad probrum, damnū, flagitiū appellare una, & perdere?
Neqꝫ mei, neqꝫ te tui intus puditust factis, quæ facis.
Quis tuum patrem, meqꝫ una, amicos, affines tuos
Tua infamia fecisti gerulifigulos flagitii.
Nunc prius, q̄ malum istoc addis, certust iam dicam patri.
De me culpam hanc demolibor iam, & seni faciam palam,
Vt eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat foras.

SARA CENVS — Mvltis mōis. Fecerat certio rē Mnesilochū chrysalus: pistoclerū sodalē optimā si bi operā nauasse sup iuēta amica bacchide: magni fa cit ergo sodalis amicitiā: q̄ nihil censet hoi dignius adeē posse. ⁋ Vti no. pos. Idest ut ita re iuuet: & sicuti: uerbo ope amicus fiat. ⁋ Prçstare. Antecellere: & añire. ⁋ Technā. Astutiā: dolū: artē: nā techni dr̄ ars. ⁋ Impēsius. Graui⁹: itollerabilius: eos iprobat: q ꝓ acceptis bñficiis nullā uł referūt: uł habēt grās. ⁋ Malefactorē. a. Quasi ꝙ uideat̄ dā dū eē dedecori iniuriā nō ulcisci: extat apd Macro. publii snīa: q fert ueterē in iuriā iuitat nouā: id qd plutarchus de sylla ꝑtulit: q tumulo suo iscribi uoluit Nēo me amicus bñficiētia: nemo inimi cus i iferēda iniuria supauit. At aliud uidictę genus maximū Sene. nobis ꝓ ponit. Cū inimicū ingens i ptāte tua ui deris. uidictā indicabis ei potuisse no cere: ad qd nos quoqꝫ ipellit christiana religio: ut bñficiamus potius inimicis q̄ obeē uelius: quodqꝫ luculētissime testi

Dictum Demosthenis. — git Dēosthe. ad Alexād. ingēs: at aium uicere: iracūdiā cohibere. sibimet ipe rare: uictis idulgere supplicātibus: qui hæc fecerit: nō solū sūmis uiris æquan dus: s deo simillius iudicādus: clemen tia. n. ē: q̄ diis nos reddit æq̄les. ⁋ Qua me cā. Quasi se ipm carpit: ꝙ plura in detestāda ingratitudine uerba fecisset q̄ fuerit opus. Iō dicit uelle se poti⁹ osten dere hoiem gratū futuꝝ: q̄ rādiu igra titudies cspatuꝝ: hoc ē re magis q̄ uer bo ipius gratitudis curā hiturū: & ꝓp ea sbnectit nūc specimē specit̄: nūc cer tamē cernit̄: ac dixisset nūc uidebit̄: nūc apparebit: q̄les te exhibiturus sis erga amicū bñficū: ordo aūt uerboꝝ sic h: q̄ cā magis ē, opus me eū. i. me ipm cu rā eē ea ꝓ ea curare: q̄. s. uera de grati



Mnesilochus adolescens.

Mvltis meditat⁹ mōis egomet mecū sū, & ita eē ar bitror
Hoi amico q̄ ē amic⁹, ita uti nom̄ possidet,
Nisi deos nihil ꝑstare. id opa exptus sum eē ita.
Nā ut in Ephesum hic abii, hoc factust ferme abhinc biēniū,
Ex Epheso huc ad Pistoclerum sodalem meum litteras
Misi. amicā ut mihi iueniret Bacchidē. illum intellego
Nimio illæc. Irat⁹ exit domo Nicobolus: q chrysalus sibi falsa omnia de exacta pecunia rettulisset. ¶ Diuidiæ. Tedio. ¶ Quā mox nauigo. Cum ironia legēdū: & ad id refertur: quod suaserat chrysalus seni nauigandum esse in ephesum; ut ibi depositam reposceret pecuniam. ¶ Nunc ab trasenna. Ita loquitur: ut non audiat senex in legendis litteris occupatus: & sensus uerborum est: nunc senex cōmode dolis capitur ueluti turdus rete: uel laqueo: dum quæritat cibum: dicitur trasenna extentus funis authore Seruio: qui exponens illud Virgilii in quinto æneid. Traiecto in fune columbam: inquit Traiecto extento: unde Trasenna dicitur extensus funis non me præterit. quid de trasenna Nonius. Sz seruiana expositio magis facit ad sensum. ¶ Lumbricum. Quē uermen diximus in rimis terræ uersantem. ¶ Tenum. Perticam: laqueum: a tendendo dictum ut placet No. aliter tenus pars arcus extrema: unde fit hactenus: tenus quandoq́ p̄positio est: & significat usq́ ad: & iungitur cum ablatiuo ut quatenus: eatenus: in plurali cum genitiuo: ut crurum tenus. ¶ Bene nauis agitat. Trāslatio est: & perinde est ac dixisset res nostra succedit ex uoto: prosperoq́ successu uehit.

Traiectus qd sit.

VALLA.


Nimio illæc res: a mnesilocho chrysalus litteras perfert ad nicobulum: ut uiciatur: unde & chrysalus alias in nicobulū struit sycophātias. ¶ Diuidiæ mihi subtefugisse. No. Mar. diuidia ē tediū. Acti⁹ in armorum iudicio. Hui⁹ me diuidia cogit plus q̄ ē p loq. Turpi i epideto spabā cōsilia nostra diuidiæ tibi cunctas accesset non fore. ¶ Ego sum sacer. i. execrabilis. ¶ Nūc ab trasenna. Trasenna inquit No. non ut quidam putant transitus

Trasenna quid sit.

transitus est: sed fenestra. Ci. de oratore lib. iii. Nunc pete a crasso: ut illã copiã ornamẽtorũ suorũ: quã cõstructã uno in loco: quasi per trãsennã prætereuntes stricti aspeximus. Sal. historiarũ li. ii. Trãsennã dimissum uictoriæ simulachrũ cum machinato strepitu coronã capiti iponebat. ¶ Lũbricũ petit. Lũbricis. n. turdi pascuntur. ¶ Pendebit hodie. Reti implicabitur pedibus. ¶ Ita intendi tenũ. No. de indagine doctorum uirorum. Tenus est laqueus dictus a tendicula. Plau: in bacchidibus. Nunc ab transenna &c. Nam & tenus præpositio cum nominibus in singulari ablatiuo connectitur: ut hactenus. eatenus. Faece tenus dixit Hora. In plurali cum genitiuo. Virgil. Crurum tenus a mento palearia pendent. Catullus. Nutricum tenus extantes e gurgite cano. Et labrorum tenus dixit Lucretius: q̃q̃ grãmatici nonnulli ueteres aiunt cũ genitiuo aduerbium esse: cum ablatiuo autẽ præpositionem tum a significatiõe omnis pars denominetur orationis: ut misꝗ fit eadem manente significatione: aduerbium dici uoluisse.

¶ MAGnæ ex condici. antiqs: & sententiç concinnitate: & non mane: ut legit Pius.

VGOLETVS ET GRAP. SARACENVS.

Nicobolus. Chrysallus.

Constringe tu illi Artamo actutum manus.
Ch. Quid fecit ni. impinge pugnũ. si mutiuerit.
Quid hæ loquontur litteræ? Ch. quid me rogas?
Vt ab illo accæpi, ad te obsignatas adtuli.
Ni. Ebo tu loquitatus ne es gnato meo male
Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit?
Et te dixisti id aurum ablaturum tamen
Per sycophantiam? Ch. ego ne istuc dixi unq̃? ni. ita.
Ch. quis homost qui dicat me dixisse istuc? ni. tace,
Nullus humo dicit. hæ tabellæ te arguũt,
Quas tu attulisti. hæ te uinciri iubent. Ch. aha
Bellerophontem iam tuus me fecit filius.
Egomet tabellas detuli. ut uincirer? sine.
ni. Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo,
Vt per græcetur tecum ter ueneficę.
Ch. O stulte stulte, nescis nunc uenire te,
Atq; in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat
ni. Responde quis me uendit? Ch. quem di diligunt,
Adolescens moritur, dum ualet, sentit, sapit.
Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem,
Plus iam uiginti mortuum esse oportuit.
Terræ odium inambulat. Et iam nihil sapit,
Nec sentit. tanti est, quanti est fungus putidus.
ni. Tun terræ me odium esse autumas? abducite
Nunc intro. atq; adstrigite ad colũnam fortiter.
Nunq̃ auferes hinc aurum. Ch. atqui ultro iam dabis.
ni. Dabo? Ch. atq; orabis me quidem ultro, ut auferam,
Quom illum rescisces criminatorem meum
Quanto in periculo, & quanta in pernicie siet.
Tum libertatem Chrysalo largibere,
Ego adeo nunq̃ accipiam. ni. dic scelerum caput,
Dic quo in periclo est meus Mnesilochus filius.
Ch. Sequære hac me. ni. quo gentium? Ch. treunos passus ni. uel decere.
Ch. agedum tu Artame hanc forem pauxillulum
Aperi placide, ne crepet, faxo iam scies.
Sat est. accede huc tu. uidem conuiuium?
ni. Video. ex aduorsum Pistoclerum, & Bacchidem.
Ch. Qui sunt in lecto illo altero? ni. interii miser.
Ch. Nouisti ne homiem? ni. noui. Ch. dic sodes mihi,
Bellam uidetur specie mulier? ni. admodum.


Onstringe. Lectis tabellis Nicobolus famulos accersit: iubetq; uinciri chrysalũ. ¶ Arthamo. Propium serui nomen. ¶ Impinge. s. in os ipsius. ¶ Mutiuerit. Verbũ fecerit: ut illud palam mutire plebeio piaculum est. ¶ Bellerophontem. Qui nescius lras attulit: qbus mandabatur iterfici: dictus ẽ bellerophon: & bellerophõtes: qa belleꝝ interemerat. Hoc. n. iterfecto pña exul ad pretũ ↄfugerat pto uxor erat Sthenobea: ut eripidi: siue ut Homero placet: antia: siue anthea q; bellorophõtis amore capta: eũ cõpellauerat stupri. S; ille uerit⁹ hospitalis iouis irã: lasciuam fœminã repullit. At indignata mulier stupri insontẽ accusauit: ꝑtus iura hospitii uiolare nephariũ existimans: domi iterficere nõ sustinuit. Sed datis litteris ad iobatã soceꝝ illũ in lyciã misit: lectis codicillis: qbus mandabatur: hoiem interimi iobatas pariter iure hospitii motus: hominem delegauit ad chimeraꝫ: & solymos populos domandos: ut sub prætextu memorabilis pugnç interiret. S; cũ uictor reddiisset: maximãq; ex inde laudẽ rettulisset: iobatas ratus diuinitus hominem seruatũ: litteras patefecit bellorophonti: qui falso insimulatã infamiã expurgauit. ¶ Pergrçcet. Lasciuiat: tractũ a grçcis: qui in oẽm lasciuiunt lasciuiaꝫ. ¶ Ipso adstas lapide. Quasi uendaris. ¶ Prçdicat. Manifestat: & ostendit res uenales. ¶ Si ullus deus amaret. Subaudi te. ¶ Atq; atq;. Aut supest: aut p indignationẽ reiteratur. ¶ Treunos passus: idest tres tm̃ modo passus. ¶ Ne crepa. ne fores: scilicet crepitũ: & sonitum reddant.

Mutire qd sit.

Pregrecari quid sit.


Constringe tu illi arthamo. Nicobolus: ut mnesilochus per litteras mandauerat secũ seruos adducit: qui chrysalum reuinciant: sed chrysalus cum Nicobulo aperit: quo in loco sit mnesilochus: & q̃ magno in periculo mentiatur: se e uinculis eximit. ¶ Constringe tu illi arthamo: serui nomen ab arthandis membris. ¶ Impinge pugnum: pugno percute: & impelle: est enim impingo: impello: ac incurro. Vlpianus de lege aquilia. Si nauis tua impacta in meam scapham damnum mihi dederit: quçsitum est: quæ actio mihi competeret: & ait Proclus: si in potestate nautarum fuit: ne id accideret: & culpa eorum factum sit: lege aqui-

VALLA.

lia cum eis agendum. Heo tu loquitatus ne is. Nugas protulisti. Aha bellorophontem iam tuus me fecit filius. Tam bellorophon: quam bellorophontes theotritea: homericaq; dicitur lectione ab occiso belloro ita nominatus: is

Ch. Quid illam meretricem ne esse censes? Ni. quippe ni
Ch. Frustra es. Ni. quis igitur obsecro st? Ch. inueneris,
Ex me quidem hodie nunquam fies certior.

Belloro phontis fabula. igitur ob cædem domo fugiens proeti hospicio exceptus: cuius uxor cum de stupro bellorophontem compellasset: talemque concubitum reiecisset bellorophontes. ad maritum proetum uerso crimine bellorophontem accusauit an tia: ut Homerus. ut uero euripides sthenoboea: quod ægre ferens proetus: nefas ratus hospitem necare misit bellorophontem in lyciam ad socerum suum iobatas: deditq; bellorophonti litteras: quibus perderetur. Iobatas aliquot dies apud se habuit: dum nouendiale sacrum perageret: litteras non perlegit: nefas ergo ratus ipse quoq; necare hospitem contra solimos misit populos: a quibus occisum iri existimauit: a quibus cum praeter spem redisset incolumis: contra chimeram misit: a qua afflictum iri ratus est. fuit autem chimera monstrum: quod tam hesiodus in theogonia quã Homerus in sexto iliados uersu uno describit: quem Lucretius ad uerbum transferens inquit. Prima leo postrema draco: medio ipsa chimera: redeuntem uictoriæ compotem bellorophontem iobatas a quinquaginta hominib? in insidiis collocatis excipi iussit: quos omnes bellorophontes occidit. Iobatas admiratus uirtutem uiri: existimãs diuinum esse hominem: quas tulerat litteras ostendit. At bellorophontes omnem rem aperuit: qua cognita e filiab? unã suis ei cassandram locauit. Pergræcetur tecum: græcorum ritu: ac luxu tecu; uiuat. Vbi præco pdicat: idest te ue

Frusto & frustor. nalem esse pronuntiat. Tres unos passus. Cum tres dixisset: adhuc breuius iter uoluit indicare: & unos inqt. Frustra es: & frustro: & frustror in eadem significatione. Inueneris. Comperies subaudi ex aliis.

VGOLETVS ET GRAPA. CILIVS artame: ita scribendum censemus metri necessitate: & sententiæ concinnitate: ut sit sensus. O artame: constringe illius epidici actutum manus: & uerba sunt ab irato sene prolata. Est autẽ artamus nomen serui euocati a Nicobolo una cum aliis seruis ad uinciendum epidicum: qui artamus: & seruus: & coquus erat: peritiam fortassis meliorẽ hñs uinciendi q̃ ceteri serui. Siquidẽ ἀρταμος apud græcos signãt coquũ: ut in eo uersu tibicõ κυαρ ΒεβαικΕ χειρας αρταμων φυγων. de quo ẽ etymologic? magn? mẽtionẽ facit. Venit ex codicib? ãtiq: & necẽitate uersus.

SARACENVS. Eam ne hic. Opportune miles inducitur: qui suam reposcat bacchidem: quam non meretricem: sed uxorem militis chrysalus confingit: ut facilius emungat pecunia senem interitum filii metuẽtem. Vt retineat mulierem: Scilicet patiar: ex indignatione non absoluit sermonem: figura aposiopesis: quam reticentiam diximus appellari: & interceptum silentium. Ambo. Pro ambos. Vulgo. Passim. Exorbabo: priuabo. Roga tu. Fiebat eni in stipulationibus: ut supra dictu; est: interrogatio: & immediata responsio: ut stipulatio rata fieret.

VALLA. Eam ne hic mnesiloch? Perspecto cum muliere mnesilocho chrysalus cleomachum militem eius maritum eẽ mẽtitur nicobulo: qui uehementer expauescit minitantem militem: ut non difficulter ad liberandum filium: quod postulet: aurum promat. Quæ hæc factio

Factio qd sit. est. Factionem nunc factum dicitur supra ostendimus a Cice. positum uerbu; pro factura. Mars craeduat: pro credat. Exanimalem faxo: anima priuabo. Niue exhæredem fecero uitæ suæ. Amplificatio per congeriem: hoc est hæreditate uitæ priuauero. Ambo ut necem. ut mnesilochum: & mulierem occidam. Ambo tã de masculino q̃ de neutro casu accusandi dixerunt ueteres sicut & ambos: ita etiam duo & duos. Virgil. si duo pterea tales idæa tulisset: terra uiros. Animam amborum exorbabo: orbus corpus anima fecero. Vt ne clamorem hic facias. ne negandi aduerbiu;: nõ prohibendi. facio clamorem: & facio cõuitiu;: idẽ est: quod iclamo: & cõuicior.

Cleomachus. Nicobolus. Chrysalus.

Eam ne hic Mnesilochus Nicoboli filius
Per uim ut retineat mulierem? quæ hæc factio st?
Ni. Quis illic ẽ? Ch. per tempus hic uenit miles.
Cle. Non me arbitratur militem, sed mulierem,
Qui me, meosq; non queam defendere.
Nam neq; Bellona mihi unq̃, neq; Mars creduat,
Ni illum exanimalem faxo, si conuenero.
Ni ne exhæredem fecero uitæ suæ.
Ni. Chrysale quis illest qui minatur filio?
Ch. Vir hic est illius mulieris, qua cum accubat.
Ni. Quid uir? Ch. uir inq̃. Ni. nupta ne est illa, obsecro?
Ch. Scies haud multo post. Ni. oppido interii miser.
Ch. Quid, nunc scelestus tibi uidetur, chrysalus?
Age nunc, uincito me, auscultato filio.
Dixin tibi illum inuenturum te, qualis siet?
Ni. Quid nunc ego faciam? Ch. iube sis me exolui cito.
Nam ni exoluor ego, iam manufesto hominem opprimet.
Cle. Nihil est lucri, quod me hodie facere mauelim,
Quam illum cubãtem cum illa opprimere, ambo ut necem.
Ch. Audin quæ loquitur, quin tu me exolui iubes?
Ni. Exoluite istum. perii, pertimui miser.
Cle. Tum illam, quæ corpus publicat uolgo suum
Faxo, se haud dicat nactam, quem derideat.
Ch. Pacisci cum illo paulula pecunia
Potes. Ni. pacíscere ergo obsecro quid tibi lubet,
Dum ne manufesto hominem opprimat, ne ne enicet.
Cle. Nunc nisi ducenti philippi reddantur mihi,
Iam illorum ego animam amborum exorbabo oppido.

Mactamus

Ch.Hem illoc paciscere si potes perge obsecro,
Paciscere quiduis.Ch.ibo,& faciam sedulo.
Quid clamas?Cle.ubi herus tuus est?Ch.nusq̄, nescio,
Vis tibi ducentos nummos iam promittier,
Vt ne clamorem hic facias,nec conuicium?
Cle.Nihil est,quod malim.Ch.atq; ut tibi mala multa īgerā?
Cle.Tuo arbitratu.Ni.ut subblanditur carnufex.
Ch.Pater hic Mnesilochist.sequere,is promittet tibi,
Tu aurum rogato.cæterum uerbum sat est.
Ni.Quid fit?Ch.ducentis philippeis rem pepigi.Ni.uah.
Salus mea seruasti me.quāmox dico,dabo.
Ch.Roga hunc tu.tu promitte huic.Ni.promitto.Ch.roga.
Cle.Ducentos nummos aureos philippos probos
Dabin?Ch.dabuntur inque,responde.Ni.dabo.
Ch.Quid nunc impure,nunquid debetur tibi?
Quid illi molestus,quid illum morte territas?
Et ego te,& ille mactamus infortunio,
Si tibist machæra,& nobis ueruinast domi
Qua quidem te faciam,si tu me irritaueris
Confessiorem soricina nænia.
Iamdudum hercle equidem sentio,suspicio quæ
Te solicitet,cum esse cum illa muliere.
Cle.Immo est quoq;.Ch.ita me Iuppiter,Iuno,Ceres,
Minerua,Latona,Spes,Ops,Virtus,Venus,
Castor,Polluces,Mars,Mercurius,Hercules,
Sumanus,Sol,Saturnus,Diq; omnes ament,
Vt ille cum illa neq; cubat,neq; ambulat,
Neq; osculatur,neq; illud,quod dici solet.
Ni.Vt iurat.seruat me ille suis periuriis.
Cle.Vbi nunc Mnesilochus ergo?Ch.rus misit pater,
Illa autem in arcem abiuit ædem uisere
Mineruæ.nunc apertast uise,est ne ibi.
Cle.Abeo ad forum igitur.Ch.uel hercle in malā crucem.
Cle.Hodie exigam aurum hoc?Ch.exige,ac suspende te,
Ne supplicare censeas homo nihili.
Illest amotus,sine me,per te here obsecro
Deos immortaleis,ire huc intro ad filium.
Ni.Quid eo introibis?Ch.ut eum dictis plurimis
Castigem,cum hæc facta sic adhunc faciat modum.
Ni.Immo oro Chrysale ut facias,& te obsecro,
Caue parsis in eum dicere.Ch.etiam me mones?
Satin est,si plura ex me audiet hodie mala,
Quam audiuit unq̄ Clinia ex Demetrio?
Ni.Lippi illi oculi.seruos est simillumus,
Si non est,nolis esse,neq; desideres,
Si est,abstinere,quin attingas non queas.
Nam ni illic hodie forte fortuna hic foret,
Miles Mnesilochum cum uxore opprimeret sua,

MActamus.Malo afficim⁹. Verbina.ita habent codices.Inuenies fulgentium legere ueruinam esse dicētē genus iaculi:quod uerutum uocant. Confessiorem.Humiliorē:submissiorem. Soricina nenia. Pro soricū lamentatione:quæ exilis ad modum est:& humilis nenia carmen dicit lugubre.Horatius absint inani fuere neniæ. Ops.Quæ item rhea dicta ē. Sumanus.Pluto. Neq; qđ dici solet.Scilicet egit. Sine me per te habere.Ordo uerborum est:ut tamē nō habere:sed here legas:o here te obsecro per deos imortales sine me huc ire intro ad filium. Parsis.Pro peperceris. Clinia ex demetrio.Hi ambo ciues athenarum:& ex triginta tyrānis qui patriam libertatem occuparunt: qui cum essent in ciuitate factiosi: & inter se inimicitia flagrarent in cliniam demetrius acerbissime inuectus est:& conuiciis.& maledictis hominem obruit. Lippi illi oculi.Cōparat seruum oculo morboso:& lippitudine affecto: quā lippitudinem qsq; dum sanus est:recte cauet: cum autē adest:abstinere non potest:quin oculos sæpius attingat. Quæ sit lippitudo iam dictum est alibi.

Margin: SARACENVS. Veruina quid sit

REM pepigi. Litē & cām pactus sum:nā tā rē: q̄ litē dixerūt iurisconsulti.Cice.p murena:rē:siue litē dicere op;.nō solū paciscor:uñ pactus sū: sed ēt pago:ut putat Quin.uñ pepigi necnō pāgo:uñ pāxi ueluti Prisci.pāgo tñ ēt fingo signat:& cōpono:uñ & pāga istꝫ rusticanū:qđ humi isigat:& supra ipinge pugnū: si mutiuerit:& pāgi carmē dr̄. Et no.uer.est do. fulgētius ueruina est genus iaculi longi:qđ aliqñ uerutū uocāt: sicut Caius bassus i satiris ait:ueruinę cōfodiēdo non te nauci facio:nauci enim pro nihilo dici uoluerunt.& hūc locū plautinū citat. Si me irritaueris:si commoueris. Cōfessiorē:humiliorem. Soricina nenia:quā phensus sorex ueniā poscere uidet.Do pprīū inquit soricū est uel stridere clarius q̄ mures: uel strepere magis.cū obrodunt friuola:ad quam uocem multi se intendentes quāuis per tenebras noctis transfigunt eos:& hūc citat locum. Polluces.qa grꝗce polideuces:qui a nostris pollux. Sumanus.Plutoneꝫ. Plini. sumanum dici autumat. Quā audiuit unq̄ clinia ex demetrio. Vterq; ciuis atheniensis:sed demetrius atrocissime in cliniā inuectus. Mœchum manifestariū. Adulterū oib⁹ cognitū.

Margin: VALLA. — Pāgo quō pteritum formet — Parsis

FVLgentius.Placidiades cēset legendum:ueruinā:eū aliqui codices habeant urbina:Veruina iquiens est genus iaculi longum:quod aliquanti uerutū uocant Sicuti Galbius Bassus ait in satyris. Veruina confodiendæ non te naucifacio. Et Plautus in bacchi. Si tibi: &c.

Margin: VGOLETVS ET GRAPA.

SARASCEVS. Pergama q̄ dicantur



Tridæ duo fratres. In hac scæna perpetuo chrysalus perstat in methaphora comparat suū: quod gesserat facinus aduersus nicobolum græcorum gestis rebus contra Troianos atridæ Agamēnon & Menelaus: quorum ductu capta Troia est. ¶ Pergamum: Troia: nam pergama alta dicuntur ædificia: ut troiana fuerunt. ¶ Mœnitum. Mœnibus constructum: & omnino mœnitum legas non mœnius. ¶ Diuina manu. Neptuno: scilicet & apolline adiuuantibus: quos laomedunta ferunt mercede cōduxisse ad extruzda mœnia: neq; tamen illis precium exoluisse. ¶ Mille nauium: Homerus in iliade scribit ad troianum bellū accessisse triginta & tres duces cum nauibus mille centum octuaginta sex. Dyctis cretensis enumerat adfuisse. M. cclxxxix. Dares uero phrygius nūerum recensuit nauium. Mcxl. cū ducibus. lxviii. lugens Hecuba apud Senecam excidium troiæ. prædam mille non capiunt rates: & rursus Agamēnon. Nec mille forsan nauibus: aut annis decem. ¶ O priame. Exclamat aduersus senem dolis deuictum: & pecunia mulctatū: & dictus est Priamus a pothu priastæ: idest a redimendo. Nam ab hercule: & sociis capta troia, auro redemptus est: & patriç restitutus: ut apud Valerium flaccū. ¶ Quadringentis. Nam ducentos pro missat ultro se daturum militi: ducētos alios filio daturus erat suasu chrysali. ¶ Equus. Qui ab Homero durateus dictus: de quo Lucretius: Nec tam durateus troianis pergama partu: Inflāmasset equus: nocturno grauigēarum. Nam hic receptus a Troianis in Troiam est cū armato milite: ut tradunt poetæ: licet alii aliter: iter quos Seruius referant: machinamentū. s. fuisse bellicum: per quod expugnata ciuitas est: uel ut alii tradidere portā: quam aperuit Antenor: equum pictū siue sculptum habuisse: uel quod equestri prçlio capta sit Troia. ¶ Epeius. Hic fuit equi fabricator. Virgilius in secundo: & ipse doli fabricator Epeius: & idem affirmat dyctis cretensis: Festus quoq; epeū dicit fabrum: qui equum fecit duratum. ¶ Abeo hæc sumpta. Scilicet epistola: quam mnesilochus conscripserat apud pistoclerum. ¶ Sinon. Qui latuit in ulua: uel in sepulchro achillis: ultro hic se obtulit: ut a Troianis caperetur: cuius suasu equus receptus in Troiam est: huius cum meminit Seruius inqt autolicus: quidam fur fuit: qui se uarias fingebat in species habuit filium Sisyphum unū natus est Sinon. ¶ Ille ignē habuit: nam equo intra mœnia recepto dicit igne sublato signū græcis dedisse: & armatos tūc hoies equo pdiisse. Qd meminit Vir. Laxat claustra & nō illos patefact9: ad auras reddit equ9.

Priam9 unū dictus sit

Epeius qui fuerit

Atq; obtruncaret mœchum manufestarium.
Nunc quasi ducentis philippis emi filium,
Quos dare promisi militi, quos non dabo
Temere prius, q̄ filium conuenero.
Nunq̄ ædepol quicq̄ temere credam Chrysalo.
Verum lubet etiam has perlegere denuo.
Aequomst tabellis consignatis credere.



Chrysalus. Nicobolus.



Tridæ duo fratres dicuntur fecisse facinus maximum,
Quom Priami patriā Pergamū diuina mœnitū manu
Armis, equis, exercitu, atq; eximiis bellatoribus
Cum mille numero nauium decumo anno post subegerunt.
Non Pelides tormento fuit. prout ego herum expugnabo meū
Sine classe. sineq; exercitu, & tanto numero militum.
Cœpi, expugnaui amanti herili filio aurum ab suo patre.
Nunc prius, huc q̄ senex uenit, lubet lamentari, dum exeat.
O Troia, o patria, o pergamū, o Priame. nūc piisti senex.
Qui misere male mulctabere quadringentis philippis aureis.
Nam ego has tabellas obsignatas, cōsignatas, quas fero,
Non sunt tabellæ, sed æquos, quem misere achiui ligneum.
Epeius est Pistoclerus. ab eo hæc sumpta, Mnesilochus Sinonst
Relictus. ille non in busto Achilli. sed lecto accubat.

VALLA



Tridæ duo fratres. promiserat nicobulus se militi daturum pecuniam: ut metu filium liberaret: perspectis tamen filii litteris cauebat ne quid faceret: temere cauit sibi. chrysalus alias ad nicobulum a filio litteras pfert: quo id cōsequatur facilius. Exclamat ergo: ac triūphat chrysalus tanq̄ regna adeptus fuisset potentissima troiā inq̄ expugnasset. ¶ Atridæ. Agamēnō & Menelausq filii plistenis dicti sunt atrei. ¶ Pergamum. Troiam dicit ob ædificiorum altitudinem: nam iones alta quæcunq; ædificia: uocant pergama. ¶ Diuina menitum manu. Quod nūc munitum ueteres menitum hinc mœnia dicta. ¶ Armis: equis: exercituatq; eximiis bellatoribus mile cum numero nauium. Magna inter scriptores huius historiæ diuersitas. Ditem cretensem: daretē phrygium: & homerum: quæ res tamen hoc tempore nihil ad nos homeri sententia: duces fuere. xxxiii. naues mille centum & octuaginta sex: sed poetæ solent fere mille dicere. ¶ Non pelides tormento fuit. pelei filius achilles: non tā

Duces græcoꝝ ad troiā quot fuere & quot naues

mœnia

mœnia expugnauit troiana q̃ ego inquit chrysalus:& quoniam tormentis urbes expugnantur:tormenti usus est uocabulo. Achilles enim hectora expugnando: ac occidendo uisus est tormenti uel maximi locum obtinuisse. ¶ Male mulctabere:ualde puniere. Nam ut bene ualde:ita & male significat. ¶ Obsignatas:signo impressas:cōsignatas. Testimonio mnesilochi comprobatas. ¶ Equus:quem misere alchini ligneum:quasi e quercu confectū. Homerus. αλλάγε δὴ μετάβηθι καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησε σὺν Ἀθήνῃ. & paulo post. δουράτεον μέγαν ἵππον ὅθ᾽ ἥατο πάντες ἄριστοι. quem secutus Lucretius inquit. Nec tam durateus troianis pgama partu. Inflāmasset equus nocturno grauigenarum. ¶ Epeius est pistoclerus. Varro Plaut. epeum fumificus:qui legioni nostræ habet coctum cibum:epeum fumicum cocum ab epeo illo:qui dicitur ad troiam fecisse equum troianum argiuis cibum curasse. ¶ Si non est: hoc notum apud Virgi. ¶ Non in busto achilli:bustum dicit ob achillis cineres. & achilli pro achillis. nam si græce declinet achilleus achillei erit genitiuus quibus: uocalibus in diphthongon coeuntibus:dicetur achilli.

Bachidē hēt secū. ille olim ut habuit ignē, qui signū daret,
Hunc ipsum exurit. ego sum Vlysses, quoius cōsilio hæc gerūt.
Tum quæ sunt hic scriptæ litteræ, hoc in equo insunt milites
Armati, atq; animati. probe ita res successit, meliusq; adhuc.
Atq; hic equos non in arcē, uerū in arcam faciet impetum.
Excidium, exitium ex latebra fiet, hic equos hodie auro senis.
Nostro seni huic stolido, ei profecto nomen facio ego ilio,
Miles Menelaus. ego Agamēnon, idem Vlysses laertius,
Mnesilochus Alexander, qui erit exitium rei patriæ suæ.
Is Helenam abduxit, quoius caussa nunc facio obsidium ilio.
Nā illic audiui Vlyssem, ut ego sum, fuisse, & audacē, & malū.
Dolis ego depræusus sum, ille mēdicans pene inuentus interiit,
Dum sibi exquirit fata illorum. adsimiliter mihi hodie obtigit,
Vinctus sum, sed dolis me exemi. item se ille seruauit dolis.
Ilio tria audiui fuisse fata, quæ illi exitio forent.
Ex arce signum si perisset. alterum etiam est mors Troili.
Tertium, quom portæ scææ limen superum scinderetur.
Patria item tria tribus eis sunt nunc fata nostra huic ilio.
Nam dudum primo ut dixeram nostro seni mendacium
Et de hospite, & de auro, & de lebo, ibi signū ex arce iā abstuli.
Iam duo restabant fata, tum nec magis id cœperam oppidum.
Post ubi tabellas ad senem detuli, ibi occidi Troilum.
Quom censuit Mnesilochum cū uxore esse dudum militis,
Ibi me inuinxit solui. atq; id piclū assimulo. Vlyssem ut pdicant
Cognitū ab Helena eē, pditū Hecubæ. sed ut & olim ille se ab ea
Blandiciis exemit, & ei persuasit, ut se amitteret,
Item ego dolis me illo expuli e periculo, & decæpi senem.
Post hæc cū magnifico milite, q uerbis urbes inermis capit.
Conflixi. atq; hoiem reppuli, dein pugnam conserui seni,
Eum ego adeo mendacio uno deuici, uno ictu extemplo
Cæpi spolia. is ducentos nunc nūmos philippos militi
Quos dare se pmisit, dabit. nūc alteris etiam ducētis usus est,
Qui dispensentur ilio capto, ut triumphent milites.
Sed Priamus hic multo illi præstat, non quinquaginta modo,
Quadringentos filios habet, atq; equidē ois lectos sine pbro.
Eos ego hodie omneis contruncabo duobus solis ictibus.
Nunc Priamo nostro, si quis est emptor, comicialem senem
Vēdā ego uenalē, quē hēo, extēplo, ubi oppidū expugnauero.
Sed Priamū astantē eccū ante portā uideo. adibo, atq; alloqr.
Ni. Quoia nam uox ppe me sonat? Ch. o nicobole. Ni. qd fit
Chrysale?

¶ EGO sum Vlysses. Cuius cōsilio: & astu res troiana periit. ¶ Tum quę hic sunt scriptæ litteræ. Comparat missas tabellas equo in Troiam recepto: in quibus quod fuere litteræ cōscriptę: tot inquit fuisse milites: qui senem expugnauerint. Senem autem ipsum ilion uocat ciuitatis arcem: ut si sequimur Seruium: ciuitatē ipsam. Strabo tamen: ac Ptolemæus Troiā ciuitatem dixerunt: Ilion uero arcem. ¶ Miles menelaus est. Nam ut Menelaus Helenam sic miles bacchidem reposcebat. ¶ Ille mendicans. s. Vlysses qui explorandi gratia sub mēdici habitu urbem Troiam introiuit: cognitusq; ab Helena: quæ hominem indicauit: uix euasit troianas manus. ¶ Ilio tria fata. Videlicet: uita Troili: Palladii conseruatio. Laomedontis sepulchrum integrum: quod in porta scęa fuit: ut cōmeminit Ser. adducens hunc locum. ¶ Signū Palladiū: quod in arce troia fuit palladis deæ antiquum e ligno compactum quod noctu raptum est a Diomede: & Vlysse trucidatis arcis custodibus. ¶ Cum magnifico milite: Ironicos dictum cū cleomacho. ¶ Sed priamus hic. s. senex noster: qui nō quinquaginta: ut ille habuit filios. sed quadringentos habet: hoc est nūmos philippeos: quibus semel: & iterum plectetur. ¶ Comitialem. Quasi sine sensu: morbus nanq; comitialis sine prorsus ullo sensu homines reddit caput: & superiores cerebri partes pituita inuadente. ita ut homo concidat necesse sit: hoc morbo Herculem laborasse tradunt: ideo sacer dictus. ¶ Cogistin: p coegisti ne: ut scilicet filius resipiscat. ¶ Asta bellas. Alteras cōfinxerat litteras: ut ducentis aliis nūmis senē admutilaret. Nunc superum limen. Alludit ad id: quod paulo ante dixerat tertium fatum Troię fuisse cum portæ scææ superum limen scinderetur: quod factum est equo in urbem recepto: de porta scæa meminit Strabo. l. xiii. Dares quoq; phrigius per portam scęam dixit gręcos ab Antenore in urbem inductos. ¶ O pater. Incipit epistola. ¶ Alium gerulum. Qui ei pecuniam afferat a gerendo gerul

SARACENVS.

Ilion quid fuerit

Morbus comitialis qui fit

lus. ꝑ Pol haud derides. Verba sunt nicoboli: non epistolæ. ꝑ Stulte fecisse fateor. Prosequitur dictatum epistolę. ꝑ Prius te cauisse. Loquitur ipse nicobolus. ꝑ Abest. Lege: abs te. ꝑ Si plus perdundum sit: periisse suauius est: Probe monemur hoc dicto: pluris facere nos debere honoris iacturã q̃ pecuniarum. ꝑ Dispalescere. Palas fieri. ꝑ Fit uasta troia. Rursus redit i metaphora. ꝑ Esse te senem miserrimum: Dictum hoc est: non audiente sene. ꝑ Ad quęstorem. Per translationem dictum est: nam pręda de captis urbibus ad q̃storem deferri solebat.

Pręda ad quos deferrã solebat

VALLA

❡ EX latebra fiet: quia & in equo: quoq; ligneo idem gręci factitarunt. Nomen facio illum senem inquit ilii uoco. ꝑ Vlysses laertius laertæ filius. ꝑ Est alexãder: qui & paris nominatur. ꝑ Nũc face obsedi ilion igne. iliõ nempe senem inuasi. ꝑ Eidem: subaudi ilio. ꝑ Tria fuisse audiui fata. imminentes necessitates. ꝑ Signum ex arce. palladium dicit: nam palladis statuam Vlysses & Diomedes ex arce sustulisse perhibentur. ꝑ Portę scææ: Quę troiana fuit. ꝑ Limen superum. Quia & inferum est dictum: quod ingredientibus se in transuersum offerat: limis si quidẽ est qui obtortis spectat oculis. ꝑ Pugnam conserui seni: hoc est pugnaui cum sene: ac in eius congressum ueni. ꝑ Qui dispensetur: ut dispensatio fiat: est enim impersonale dispẽsetur. ꝑ Sine probro: absq; libidinis flagicio. ꝑ Comicialem senem. Aut quia in comitiis populi suffragiis magistratus uendebant. Aut commicialem quia ipsum supra stolidũ nominauit: & comicialis abactus sensibus stolidus uideatur & notandũ cum morbum dicamus comicialem senem dixisse comicialem: ita actiue & passiue nomina fere antiqui: ita irrigua prata. ita fontem irriguum. ita nequicq̃ populo bibulas donaueris aures. Persius & bibulam lauare fauillam. Virgili. Et potores bibuli media de nocte falerni. Oderunt porrecta negantem pocula: passiue dixit Horati. ꝑ Quid quo te misi. quid inquit fecisti de eo: quo te misi. ꝑ Ecqd cogistin. nunquid compulasti inquit ꝑ Quiui commisci. quantum animo potui compræhendere: unde & commentum: quod græci uocant enthimema. ꝑ Turbat equus lapides pro deturbat. ac deiicit. aut uitalem tibi: idest si me modo uis uiuere. ꝑ Alium gerulum querat. Baiulum dicit: qui perferat. ꝑ Volgo dispalescere: idest passim omnibus innotescere. ꝑ Onustus incederem. oneratus dicitur: ut baiulus: & magnorum onerum gerulus.

Limis qui dicatur

Pulchrum notabile

Quid qđ te misi, ecquid nam egisti? Ch. rogas? gradere nunc.
Ni. gradior.
Ch. Optum' sum orator, ad lachrumas coegi hoiem castigãdo,
Maleq; dictis, q̃ qdẽ qui cõmisisci. Ni. qd ille ait? Ch. uerbum
Nullum fecit lachrumãs, tacitus auscultabat, quæ ego loqbar.
Tacitus conscripsit tabellas, obsignatas mihi has dedit tibi me
iussit dare.
Sed metuo ne idẽ cantent quod priores. nosce signum eius.
Ni Noui, iubet pellegeř has. Ch. pellege. nũc supũ limẽ scidit,
Nunc exitium adest ilio. turbat equos lepide ligneus.
Ni. Chrysale ades, dum has ego pellego. ch. quid me tibi ades
se opus est? Ni. uolo.
Vt qđ iubeo, facias, ut scias q̃ hic scripta fiet. Ch. nihil moror.
Neq; scire uolo. ni. tñ ædes. ch. qd op' ẽ? ni. taceas, id qđ iubeo,
Facias. Ch. adero. Ni. heu lr̃as minutas. Ch. q qdẽ uideat parꝫ,
Veꝝ q satis uideat, grãdes satis sunt. Ni. aium aduortito igit.
Ch. Nolo inq̃. Ni. at nolo inq̃? Ch. quid opus est? Ni. at enim
id quod te iubeo facias.
Ch. Iustum est, tuus tibi seruos tuo arbitratu seruiat.
Ni. Hoc age sis iã nũc. ch. ubi lubet, recita, auriũ opã tibi dabo.
Ni. ceræ qdẽ haud parsit, neq; stilo. sed qcqd ẽ pellegere st certũ
O pater, ducentos philippos quæso Chrysalo
Da, si esse saluom uis me, aut uitalem tibi.
Ch. Malum qdem hercle magnum tibi dico. ni. quid est?
Ch. non prius salutem scripsit. ni. nusq̃ sentio.
Ch. non dabis, si sapies. uerum si das, maxume.
Næ ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi.
Nam ego non laturus sum, si iubeas maxume.
Sat sic suspectus sum, cum careo noxia.
Ni. Ausculta porro, dum hoc quod scriptust, pellego,
Ch. Inde a principio iam impudens epistola est.
Ni. Pudet prodire me ad te in conspectum pater,
Tantum flagitium te scire audiui meum,
Quod cum peregrini cubui uxore militis.
Pol haud derides. nam ducentis aureis
Philippis redemi uitam ex flagitio tuam.
Ch. nihil est illorum, quin ego illi dixerim.
Ni. Stulte fecisse fateor, sed quæso pater,
Ne me in stulticia, si deliqui, deseras.
Ego animo cupido, atq; oculis indomitis fui.
Persuasum est facere, quoius nunc me facti pudet.
Te prius cauisse ergo, q̃ pudere æquom fuit.
Ch. Eadem istæc uerba dudum illi dixi omnia.
Ni. Quæso, ut sat habeas id pater, quod Chrysalus
Obiurgauit me plurimis uerbis malis,
Et me meliorem fecit præceptis suis,
Vt ei te habere gratiam, æquom sit, bonam.
Ch. Est ne istuc istic scriptũ? ni. hem specta, tum scies,
Ch. Vt qui deliquit, supplex est ultro omnibus.
Ni. nunc si me fas est obsecrare abste pater,

Da mihi ducentos nũmos philippos te obsecro.
Ch. ne unum quidem hercle si sapis. ni. sine pellegam.
Ego iusiurandum uerbis conceptis dedi,
Daturum id me hodie mulieri ante uesperum
Prius, q̃ a me abiret. nunc ne periurem pater
Cura, atq; abduce me hinc ab hac quantum potes,
Quam propter tantum damni feci, & flagitii.
Caue tibi ducenti nummi diuitiæ fuant,
Sexcenta tanta reddam, si uiuo, tibi.
Vale, atq; hæc cura. quid nunc censes Chrysale?
Ch. Nihil ego tibi consilii hodie quicq̃ dabo,
Neq; ego haud cõmittam, ut si quid peccatum fiet,
Fecisse dicas de mea sententia.
Verum, ut ego opinor, si ego in istoc fiem loco,
Dem potius aurum, q̃ illum corrumpi sinam.
Duæ conditiones sunt, utram tu accipias, uide.
Vel ut aurum perdas, uel ut amator periuret.
Ego neq; te iubeo, neq; ueto, neq; suadeo.
Ni. Miseret me illius. Ch. tuus est, non mirum facis.
Si plus perdendum sit, perisse satius est,
Quam illud flagitium uolgo dispalescere.
Ni. Næ ille ædepol Ephesi multo mauellem foret,
Dum saluos esset, q̃ reuenisset domum.
Quid ego istic, quod perdundust, properem perdere?
Binos ducentos philippos iam intus efferam,
Et militi quos dudum promisi miser,
Et istos. mane istic, iam exeo ad te Chrysale.
Ch. Fit uasta Troia, scindunt proceres Pergamum
Sciui ego iamdudum, fore me exitium Pergamo.
Aedepol qui me esse dicat cruciatu malo
Dignum, næ ego cum illo pignus haud ausim dare.
Tantas turbellas facio. sed crepuit foris.
Effertur præda ex Troia, taceam nunciam.
Ni. Cape hoc tibi aurum Chrysale. i fer filio,
Ego ad forum autem hinc ibo, ut soluam militem.
Ch. non equidem accipiam, pro in tu quæras, qui ferat.
Nolo ego mihi credi, ni. caue uero, odiose facis.
Ch. non equidem capiam. ni. at quæso. Ch. dico, ut res se hẽt.
Ni. Morare? Ch. nolo inq̃ aurum concredi mihi.
Ni. Obe odiose facis. Ch. cedo, si necesse est.
Ni. Cura hoc, ad uos iam ego a foro reuenero.
Ch. Curatust te esse senem omnium miserrumum
Hoc est incœpta efficere pulchre, ueluti mihi
Euenit, ut ouans præda onustus incederem.
Salute nostra, atq; urbe capta per dolum
Domum reduco integrum omnem exercitum.
Sed spectatores, uos nunc ne miremini,
Quod non triumpho. peruolgatust, nihil moror.
Verum tamen accipientur mulso milites.
Nunc hanc prædam omnem ad quæstorem deferam.

lus. onustus autẽ: ubi oneri est onus. quæ totum dtoribus onusta baccis ambulet. ¶ Peruulgatum est: res ni- mia trita triumphus: ego autem sele- cta ab aliis mihi uolo. ¶ Ad quæsto- rem deferam. Quæstorum bini magi- stratus erant: unus eorum: qui præe- rat carceri a quærendis criminibus dictus. Alter qui præerat reditibus a quærendis nominatus pecuniis: in qua nunc ponitur significatione.

Quęstores quot

¶ SEXcenta tanta reddaʒ: ita scribi debet ex codicibus antiquis: & recta grãmaticæ lege: non sexcenta tantuʒ: ut Pius iterpres mucidus legit: & huic simile est illud in pseudolo: quasi mu- hi non sexcenta tanta soleant credier.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS.

Quam magis. Phyloxenes pistocleri pater a lydo pædagogo commonefactus filium amoribus irretitum: quod ille multum amando feruet modum quærit. In pectore foueo. Voluo teneo considero: est fouere nutrire: & calidum tenere: unde focus. Turbat turbet. Archaismos: ut feruo uitem feruit. Placitat. Pro placeat: metalassis figura deriuatum pro primitiuo. Dare do sumere. Concedentis do & permittendo ut sumat. Sed nimis nolo. Attendendus est sensus: non quod uelit filio nimium indulgere: sed dum obsequitur patri: filius nimis licentiosus est. Viso. Pro uidere: nam supra phyloxenes mnesilochum rogauerat filium: ut commonefaceret pistoclerum sodalem suum nimium lasciuientem. Eo est ingenio natus. Idest talibus moribus & uita institutus.

VALLA

Quam magis. Phyloxenus secum dolet: pistoclerum filium esse corruptum illecebris meretricum. Turbas turbet. Antiqua figura est. Turba multitudo dicitur. Turbæ tumultus. Præcipitem inscitus capessat: sine consilio rerum imperitus ad amores declinet. Sed more modesto: id est: quod Horatius in arte poetica inquit dum senum describit mores. Laudator temporis acti: se puero censor: castigatorque minorum. Desidiæ: inertiæ: unde & desides dicuntur: qui se se perinde accessioni plurimum dedãt. Eo est igenio natus. ad id maxie natura suapte inclinatus: ut uirtutẽ foueat.

Turba qd sit & qd tumultus

SARACENVS.

Vicunque. Nicobolus dum militi pecunias exoluisset resciuit meretricari filium: a seruoque chrysalo fuisse pecunia ludificatum: pro dit ergo ira succensus: simulque senex aliter phyloxenes ambo filiorum perniciem conquerentes. Stulti. Imprudẽtes: & insani: est illud Ciceronis Paradoxũ: omnes stultus insanire: hoc est: qui duce ratione: non mouetur: mentis sanitate carere. Stolidi. Non tam excordes dicuntur q̃ molesti: & illepidi. Fatui. A fando insulsi licet differant teste Donato: nam dicto fatuus: insulsus corde. Fungi. Quod corporis est retulit ad animum: fungi enim facile putrescunt: nec soliditatem ullã habent. Bardi. Vi & ingenio tardi. Blenni. Stulti dicuntur Fest. Bucones. Qui buccas ingentes habent: ut labeones a labiis: nam ii a physiognomis habentur leues: & futiles. Ludõ his factũ. Pro ab his ludificari. Adtondit. Ad cutem usque. Peracescit. Acore: & molestia quadam acuitur. Auro emunctum. Velut exhaustum: & pecunia denudatum emunctos tamen docente Donato: quandoque dicimus elegantes: & facetos. Nauci facere: ut paruifacere:

Fatui unde dicti

Phyloxenes.

Quã magis in pectore meo foueo, q̃s meus filius turbas
Turbet, quã se ad uitã, & quos ad mores p̃cipitẽ isciẽtis
Capessat, magis curæ ẽ. magisque ad formido, ne is peat
Neu corrumpatur. scio, fui ego illa ætate, & feci illa omnia,
Sed more modesto neque placitant mores, quibus uideo uolgo
Gnatis esse parentes, dati, habui scortum, potaui, dedi,
Donaui. & enim id raro. ego dare me ludum meo gnato
Institui, ut obsequium animo sumere possit, æquom puto.
Sed nimiũ nolo desidiæ ei dare ludum. nunc Mnesilochum,
Quod mandaui, uiso ecquid eũ ad uirtutẽ, aut ad frugẽ opa, sua
Compulerit, sicut eum conuenit, scio fecisse, eo ingenio st.

QVINTVS ACTVS.

Nicobolus. Phyloxenes.

Vicunque ubiubi sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac,
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, buccones, blẽni, ego
Lõge anteeo stultitia, & morib' indoctis, perii. pudet
Hoccine ætatis ludũ bis factũ esse indigne. q̃ magis id repeto,
Tam magis uror, meus quem filius turbauit: perditus,
Atque etiã eradicatus sum. omnibus exemplis crucior, omnia
Me mala consectantur, omnibus exitiis interii, Chrysalus
Me hodie lacerauit. Chrysalus me miserũ spoliauit, is me scel'
Auro usque attondit doctis indoctum dolis, ut lubitust;
Ita miles memorat meretricẽ eẽ, quã ille uxorẽ esse aiebat,
Omniaque, ut quodque acciderat, memorauit, eã sibi hunc annum totum
Conductã. reliquom auri id factũ, qd ego ei stultissimus hõ
Permisissem. hoc hoc est, qd peracescit. hoc demust qd p crucior,
Me hoc ætatis ludificari. imo ædepol sic ludos factum
Cano capite, atque alba barba, sic miserum me auro esse emunctũ.
Perii. hoc seruõ meũ nõ nauci facere esse ausũ; atque ego si alibi
Plus pdideri, minus ægre habeã, minusque id mihi dãno ducã.
Ph. Certo hic ppe me mihi nescio qs loq uisus ẽ. sed quẽ uido,
Hic qdẽ pr Mnesilochi st. Ni. euge, sociũ ærũnæ, & mei mali
Video. salue Phyloxene. Ph. & tu. unde agis? Ni. unde homo
miser, atque infortunatus. Ph. at
Pol ego ubi sum, eẽ ibi miserum hoiem decet, at infortunatũ.
Ni. Igit' pari fortuna, ætate ut sumus, utimur. Ph. sic est. sed tu,
Quid tibist? Ni. pol mihi par idem, quod est tibi. Ph. nunqd.
nam ad filium
Hæc ægritudo attinet? Ni. admodum. Ph. idem mihi morbus
in pectore st. Ni. at mihi (qd tibi
Chrysalus optumus hõ pdidit filiũ, me, atque rẽ oẽm meã. Ph.
Ex filio nam obsecro ægrest? Ni. scies. is periit cum tuo,
Atque ambo una, nam amicas æque habent. Ph. qui scis? Ni. uidi.
Ph. hei mihi,
Disperii. Ni. qd dubitãus pultare atque hoc euocare ãbas foras?
Ph. Haud moror. Ni. heus bacchis, iube sis actutum aperiri
Nisi mauoltis fores, & postes comminui securibus.

paruifacere: nauci enim pro nugis aliter pro oleæ: aut nucis nucleo: ut est apud Festum uidere.

QVicunq; ubi sunt. Nicobulus fert ęgerrime q̄ resciuit sibi data uerba: meretricéq; esse non militis uxorē: ob quā tantam profunderat pecuniā: obuius phyloxeno pariter cū illo stomachatˀ aduersus chrysalū: ac filiū ut phyloxenus aduersus suū pistoclerū. ⁋ Stulti. stultus dicitˀ sine prudētia affectibus obnoxius: unđ & Cice. paradoxon oēs stultos insanire: & Hora. de auaro locutus inqt: stultus & insanus. ⁋ Stolidi. sensibus imperfecti. ⁋ Fatui: qui sale carent. ⁋ Fungi. Nullius utilitatis. ⁋ Bardi: quos græce ita dictos: a latinis tardos nominari supra diximus: ut tamen gręcū nobis iam receptū sit nomen. ⁋ Blemii. blemios inquit Fest. Plau. indicat: uel a græco βλιμαι νω το οργιζομαι. quod ut inquit Horatius: ira furor breuis sit: uel ab eo: quod græci dicūt. βλιξαι τοβαστάξαι. quod sacrinaꝝ baiuli in contemptu sint. ⁋ Bucones: quod qui amplā buccam habeāt: crassaq; labia a physiologis nota stultitiæ dicantur insignes unde & labiones fatui. ⁋ Eradicatus sum: ab radicibus conuulsus: a stirpibus sumpta translatione: quæ conuulsæ exarescūt. ⁋ Hoc est quod paracescit: idest mihi in animo acidum efficitur. ⁋ Non naucifacere. pro paruifacere. Fest. Naucus pro nugis ponitur alias pro oleæ: aut nucis nucleo. Alii oium reꝝ putamen ita appellari uolunt: quidā ex græco νεκυς leuem hoiem significari uolētes: quidam sic uolunt appellari membranulam: quæ in nucis: uel glandis est medio. ⁋ Chrysalus optimus homo. ironicos: & perinde pronunciatione adiuuandum est. ⁋ Fores & postes: fores quia foris postes quia post fores: atq; ambulacrum. Cice. tamen in clodiū ad pontifices. Postē inquit teneri in dedicatione oportere uideor audisse tēpli: ibi enim postis est: ubi aditus tēpli est: ualuæ ambulationis. hinc postica dicta: ē ēt postica postrema spacii pars: qđ augures in aere metiūtur: sicut antica añrior. hic ēt posticū gūe neutro ostiū: qđ i postrēa domꝰ pte. Hora. Atria suātē postico fallę cliētē.

VALLA.

Blemii qui dicantur

Naucus q dicatur

Postica qđ sit

SARACENVS





QVis sonitu. Hæc scæna finem facit comœdiæ: deluduntur primum ambo senes a meretricibus: postrēo earum blanditiis illecti ultro cum filiis accubant. ⁋ Ouis. Senes dicit canos: & albicantes. ⁋ Pastor earū Perstat in metaphora: quasi a reliquo grege aberrauerint: ideo a pecu dixi idest a grege. ⁋ Balitantes. Balatum ædentes: balare siquidem ouium est. ⁋ Altera bis detonsa. De nicobolo loquitur: a quo bis chrysalus pecuniā detraxerat. ⁋ Thimianæ. Forte thimo pastę: thimus herba gratissima & apibus & pecudibus: hac herba lapideos cāpos narbonensis prouinciæ refertos fuisse constat: hoc pene solo redditu e longinquis regionibus pecudū millibus eo conuenientibus: ut thimo uescerentur: ut Author Plini. est. ⁋ Limulis oculis. Obtortis & in obliquum spectantibus.

Bacchis. Nicobolus. Bacchis. Phyloxenes.

QVis sonitu ac tumltu tāto noīat me, atq; pultat fores?
Ni. Ego, atq; hic. Ba. quid hoc est negocii. nam amabo quis has huc oueis
Adegit? Ni. oueis nos uocāt pessumæ. Ba. pastor harū dormit,
Sic a pecu balitātes. Ba. & pol nitēt. haud sordidæ (cū hæ cunt
Videtur ambæ. Ba. at tonsæ hæ quidē ambæ a nobis usq; sunt.
Ni. Vt uidentur deridere nos? Ph. sine usq; arbitratu suo.
Ba. Rerin ter in anno tu has tonsitari? Ba. pol hodie altera
Iam bis detonsa certost. Ba. uetulæ sunt, thymianæ. at bonas
Fuisse credo. uiden limulis ut, obsecro, ituent? Ba. ecastor sine
Omni arbitror malitia esse. Ph. merito hoc nobis fit, q quidem
Huc uenerimꝰ. Ba. cogātur itro qdē, Ba. haud scio qd eo opꝰ sit,



QVis sonitu tumultuanti. Bacchides fores aperientes: uisis senibus ludos eis faciunt: quoad tādē illecebris eos in suā perducunt sententiam. ⁋ A pecu balitantes pecus pecudis: & pecus pecoris: & pecu pecu. & pecuarˀ pecuaris dicimus Persius. sindor: ut archadiæ pecuaria rudere dicas: est etiam adiectiuum. unde & res pecuaria. balito iteratiuū uerbū est: nā balare dicitur oues ut hinnire equi barrire elephātes. Mugire boues: rudere asini ita alia suas edere uoces aialia. ⁋ Rerin: an reris. ⁋ Tōsitari: a tondeo iteratiuuꝫ uerbū. ⁋ Tinæminæ: minæ glabrę oues dicuntur. Varro in rebus rusticis: ubi de ouibus. Extra luscam surdam minam: idest uentre glabro. At a tineis lanę abroduntur. ergo tineaminę oues glabræ: nō attonsę: ut prius dictum: sed obuetustatem: nā uetulæ dixit: obtinere as lanas amiserūt: & urbanissime dictum quasi eorum filii: a quibus spoliati pecuniis: tanq̄ lana sint tinæ: metaphoricos enim dicta sunt omnia. ⁋ Limulis oculis obtortis. ⁋ Cogantur quidem intro: idest colligantur: in unumque agantur. Virgilius. tytire coge pecus. Cicero pro cecinna coacti sunt ii: qui ab aliquo unum in locum congregati: si non modo conuocati non sunt: sed ne conuenerunt qdem: sed modo fuerunt: qui etiam annea non uis: ut fieret: uerum colendi: aut pascendi causa esse in agro consuerant defendes homines coactos non fuisse: & quia plærunq; ubi multitudine opus est: homines cogi solent. ideo de coactis compositum interdictum est: ab eo etiam compositū nomen sub coacta: utpote mollior pellis pellibus aliis subiuncta.

⁋ DEbent: ex codi. antiquis: falæ & uersus necessitate: & non ut plus ait dent. ⁋ Putide, ex codi. antiquis.

VALLA.

Minæ quę dicantur

Cogere qđ sit

VGOLETVS ET GRAPA.

Q uæ nec lacte,nec lanam ullã habent.sic sines astét.exoluere
Quanti fuere,omnis fructus iam illis decidit.an non uides
Vt solæ libere crassentur.quin ætate eas iam
Credo esse mutas.ne balant quidem quom a cætero pecu
Absunt.Ph.stultæ atq; malæ uidentur. (sunt.
Ba.Reuertãur itro soror.Ba.ambæ.Ni.mãete.hæ oues uos uo
Ba.Prodigiũ hoc qdé est.humana nos uoce appellant oues.
Ph.Hæ oues uobis malã ré,magnam quom debent,dabunt.
Ba.Si quam debes,te condono,tibi habe.nunq̃ abs te petam.
Sed quid est,qua propter nobis uos malum minitamini?
Ph.Quia nostros agnos conclusos istic esse aiunt duos.
Ni.Et præter eos agnos,meus est istic clam mordax canis.
Qui nisi nobis producuntur,iamq; emittuntur foras,
Arietes truces erimus,iamq; in uos incursabimus.
Ba.Soror é,qđ te uolo secreto.Ba.eho amabo.Ni.quo illæ abe
Ba.Senem illum ego tibi dedo ueteriorem soror, (unt?
Lepide ut lenitum reddas,ego hunc iratum aggrediar.
Ba.Possumus nos hos intro illicere huc?Ba.ego pensum meũ
Lepide accurabo,q̃q̃ odiosum est mortem amplexarier.
Ba.Facito ut facias.Ba.taceas.tu tuum facito,ego quod dixi,
Haud mutabo.Ni.quid illæc illic in consilio duæ
Secretæ cõsulũtãt?Ph.qd ais tu hõ?Ni.qd me uis?Ph.pudet
Me dicere qddã.Ni.qd est,qđ pudeat?Ph.sed amico hoi tibi
Q đ uolo credere,certust.nihili sum.Ni.istuc iampridem scio.
Sed qd nihili sis memora.Ph.tactus sum uehementer uisco.
Cor stimulo fodit.Ni.pol tibi multo æquius est coxendicem.
Sed quid istuc est?& si iam ego ipse quid fiet,prope
Scire puto.me uerũ audire ét ex te studeo.ph.uiden hanc?
Ni.uideo.p.hæđ malast mlier.ni.pol uero ista mala,& tu nihili
Ph.Quid multa?ego amo.ni.an amas?ph.necas.ni.tun hõ pu
Amator istac fieri ætate audes?ph.qui non?ni.quia (tide.
Flagitium est.ph.quid opus uerbis est?ego meo filio
Non sum iratus.neq; te tuo est æquom esse iratum,si amant,
Sapienter faciunt,sequere,hac eunt.ni.eccas tandé,probri
Perlecebre,& persuastrices,quid nunc etiam redditis
Nobis & filios,& seruom?an ego experior tecum
Vi maiore?ph.abin hinc,non hõ tu qdem es. qui isthoc pacto
Tã lepidã illepide appelles.Ba.senex optũe q̃tũ in terra est,
Sine hoc exorare me obsecro abs te,ut istuc delictum
Desistas tantopere ire oppugnatum.ni.nisi hinc abeas,
Q uanq̃ tu bella es,malũ tibi magnũ dabo iam,Ba.patiar,
Non metuo,ne qd doleat,quod ferias.Ni.ut blandiloquast?
Hei mihi metuo.Ba.hic magis trãq̃llust.i hac mecum itro,atq;
Si quid uis,filium concastigato.ni.ab in a me scelus? (ibi,
Ba.Sine mea pietas,exorem.ni.exores tu me?Ba.ego quidem
Ab hoc certe exorabo.ph.imo ego te oro,ut me itro abducas.
Ba.Lepidũ te.ph.at scin quo pacto me intro abducas?Ba.me
cum ut sis.
Ph.Omnia quæ cupio,cõmemoras.ni.uidi ego hoiem neq̃,
Veq; te neminé deteriorẽ.ph.ita sum.Ba.i hac mecum intro.

Vbi tibi

SARACENVS.

¶ Lactem. Nam lactis ueteres: nos lac. ¶ Exoluere. Excreuere ad summũ usq;: uel excrescere desierũt. ¶ Grassentur: gradiãtur: neuius apud Noniũ: nũc me res ipsa reprimit: sæpe hæc eadẽ grassatus uia. Affranius quoq; cõsilii grassatus uia dixit Salust. in iugurta: dux atq; impator mortaliũ aius est: q ubi ad gliã uirtutis uia grassat: abũde polens: potẽsq;: ac clarus ẽ: aliter grassari supra modũ scæuire: idẽ grassatores: q hostiliter gradiunt. ¶ A cætero pecu. Dr hoc pecu. & pecus oris: pecꝰ est oẽ aial gregatim pascẽs: sub hoc nomine dr: & qñq; pro piscibus acceptũ est. Luci. multæq; natãtes squamigere pecudes. ¶ Mordax canis. Chrysalũ intelligit. ¶ Veteriorẽ. Phyloxenẽ. s. nunc qrũt blãdimentis suis senes ad se pellicere. ¶ Possumus nos. Emaculatꝰ est a nobis iterloquẽtiũ ibi ordo loqũtur bacchides: nõ senes. ¶ Meũ pẽsum accurabo. Metaphoricos: faciã offm meũ: sublandibor seni. pensum pprie manipulũ lunę dicimus. qđ pendeat e colo: & trahatur fuso. ¶ Quid ais tu. ¶ Iã cœperat libidine cõmoneri. ¶ Nisi habeas. Iam adierat senem bacchis. ¶ Ne qd mihi dolent: q̃ lepide: & uenuste: honestaq; locutione pfert turpe dictũ: & simul ironicũ: nã ictus uenerei in sene debiliores sunt. ¶ Vidi ego neq̃ hoiem. ¶ Sermonem hũc potius credimus nicobolo in phyloxenẽ q̃ bacchidi in nicobolũ. ¶ Tristes: uel mœsti: uel irati. ¶ Amissis. Pro amiseris. ¶ Lepidũ te. Verba sunt alterius bacchidis. ¶ Terebrat. Est terebrare terere: & pforare: hic per translationẽ: ut ẽt Persius: uarre regusta tum digito terebrare salinũ cõtemptus pages. ¶ Addictos. Tanq̃ morti destinatos: & obnoxios.

Grassari qd sit

Pẽsũ qd sit

Terrebrare quid sit

VALLA

Lac qũo flectatur

tis:ideo ad ipsam conuersus Tranio inquit:Omnium primũ philematium intro abi:& tu delphium:ubi philematium litteris clarissimis legitur in codi.antiquis:nec aliter uersus consisteret. ¶ Ita ille faxit iuppiter:ut.s. morigeræ sitis:& pareatis mihi. ¶ Primũ dum:dum abundac uenustati tantũ stili seruiens. ¶ Tanq̃ si intus: loqtur tranio. ¶ Responset:pro respondeat a uerbo rñso:as:& non respondet:ut legit plodius. ¶ In tuã custodiam me & meas spes:ita legendum est:& non meq;: & meas:ut legit plodius contra uersus ratione. ¶ Pluma haud interest:hinc iam uersus est trimeter:sex tantum pedibus constans:usq; in finẽ scenę.Nihil inqt differt:utrũ quis dominus sit:an seruus quũ nihil animi habet:nullaq; est audacia fultus: hoc aũt dicit tranio sibi applaudens:q, maiori audacia polleat q̃ herus philolachis:qui quidẽ ob aduentũ patris pertimescat: ipse uero sibi cõstet:& audeat herũ deludere: legendus est autem. patronus an cliens siat metri necessitate:& sententiæ cõgruitate:non proprior fiet:ut plodius legit nullo cum sensu. ¶ Nam cuiuis homini.Catholica sententia:nullus est:cui facile non sit malefacere etiã de improuiso:siue ille sit nobilis:siue ignobilis:optimũ & pessimum:pro nobili: & ignobili posuit:perstans in cõparatione sui ad philolachem: nam non conueniret:q, quis optimus esset:-si nequiter faceret. ¶ Ne qd patiantur:ita scribendum est:ex uetustis codicib⁹: & sententiæ congruitate:quæ est ut dicat:quapropter uidendũ mihi est:ut quæ designaui:& feci hucusq; nequiciat idest cum nequicia:cum dolis:& cũ malicia:ne pro non patiantur quid:quãobrẽ:idest propter quod pigeat uiuere: si uidelicet detegerent̃ doli : & fraudes meę.& non ne quid ponat:ut ferme habent codices impressi:neq; peccetur: ut corrigit plodius interpres absq; ullo uerboꝶ recto sensu.Et sunt omnia uerba perpetua:& continuata Tranionis: incipiendo ibi:pluma haud interest. ¶ Tranqlle cuncta:& ut proueniant sine malo:ita legendus:& scribendus est uersus ex codi. antiquis:& sententiæ congruitate. ¶ Vt liqueant:ut liquida sint:& tuta. ¶ Sed quid tu egrederis ? dum hęc secum loqueretur Tranio:reuersa est foras philematiũ missa a philolachete magno timore affecto ob patris aduentum:quæ tranionem oraret:ut uideret curare:& efficere omnino:ne pater domum ingrederetur:& inueniret ipsum philolachem cum meretricibus illis.Ideo uidens illam exeuntem Tranio inquit: sed quid tu egrederis? ¶ At spero: addendum est at metri necessitate:tanq̃ si dicat:profecto bene paruisti pręceptis meis:qui iussi uos intus:maximo cũ silentio:remanere.& ostium occludere. ¶ Ne introiret ad se:ita scribeñ.censemus sententiæ congruitate:& deinde addendam personam Tranionis:non autem:adest:ut liquidum bonis ingeniis esse potest. ¶ Facturuꝫ me.addenda fuit dictio me: metri necessitate. ¶ Ludos ego hodie uiuo præsenti huic seni:ita scribendus uersus est hoc sensu:ego hodie faciam ludos huic seni uiuo & pręsenti:idest eludam illum:sed alludit ad ludos funebres:qui fieri solebant in funere magnorum uirorum:dicens nunc huic uiuo ludos faciam:quod credo non fore illi mortuo: idest non credo in funere suo habiturum ludos:quia:ut dictum est:fiebant nisi magnis uiris: & inclytis.

Ludi fiebant in funere magnoꝶ uirorum.

Teuropides senex. Tranio seruos.


HAbeo Neptune gratiam magnam tibi,
Quom me amisisti uix a te uiuom modo.
Verum si posthac me pedem latum modo,
Scies imposuisse in undam, haud causast illico,
Quod nunc uoluisti facere, quin facias mihi.
Apage,apage a me.nunc iam ego post hunc diem
Quod crediturus tibi fui,omne credidi.
Tr.Aedepol Neptune peccauisti largiter,
Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.
Te. Triennio post ægypto aduenio domum,

SARACENVS. HAbeo neptune gratiam. Domum aduenientem Theuropidem propellet tranio: cõfinget mõstris terificis ædes turbari : sed primũ senex:se sospitẽ aduenisse:effugisseq; maris sęuiciã lętatur.

VALLA. HAbeo neptune gratiam magnã tibi. Theuropides peregre aduenlens:duꝫ pulsando fores minatur suorum uemini:nem respõdere a seruo tranione excipit: q cõfingit monstra domi apparuisse: iõ illinc fuisse emigratũ.uix uiuũ modo taꝫ uehementer a fluctibus agitatũ. ¶ Me pedem latũ modo scies ipõsisse in undã:sensus est:si in posteꝶ me noueris in aq̃s tantum spacii ingressum eẽ:quantum pedis est latitudo:causa nõ erit cur me non enecces:quod parum defuit : ne nunc faceres. ¶ Quod crediturus tibi fui omne credidi. Commisi inquit tibi:quod eraꝫ cõmisurus:commercii amplius nihil tecum habiturus. ¶ Peccauisti iugiter:grauiter deliquisti.

VGOLETVS ET GRAPA. HAbeo neptune gratiam magnam tibi. Versus trimeter iambicus:sex pedibus constans. Inducitur in hac scena Teuropides senex pater philolachetis reuersus peregre:& qui e naui quum descendesset:ut domum suam ueniret:gratias agit neptuno:q, eum quamq̃ uix uiuum amiserit a se:quem & rogat:ut si se unq̃ amplius undis crediderit:demergat penitus:quemadmodum & nunc neptunus ipse facere uoluisse uisus est. Occurret autem ei Tranio:& ut illum auertat:ne domum ingrediatur:ubi adolescentes erant genio indulgentes:persuadebit ei propter monstra quędam terrifica:ędes derelictas:& iamdiu inhabitari desitas : cogetq; tandem illum operto capite aufugere procul ab ędibus:summo cum metu:ut in superiori scena se facturum pollicitus fuerat. Dicimus habere gratiam:& gratias:pro eo quidem est habere mentem atq; animum gratum. Agere gratias tantum:& non gratiam:idest uerbo ostendere nos memores esse beneficii accæpit. ¶ Et referre gratiam :& non gratias: hoc est facto beneficium aut iniuriam accęptam cõpensare. ¶ Quum me amisisti uix a te uiuum modo: ita scribi debet uersus metri necessitate. ¶ Scies imposuisse in undam haud causa est illico:& hic quoq; uersus ita scribendus est metri necessitate:quod plodius non uidit:idest causam non dico ullam:quin me iuste plecti:& demergi fatear. Apage:apage a me:scilicet undas:& fluctus marinos.& addendum est a metri & sententię congruitate. ¶ Nunc. iam ego post hunc diem:addendum est ego ratione metri:ac necessitate:super quo uersu plodius & Sarracenus interpretes nihil dixerunt:utpote ab ipsis ignorato:& non intellecto. ¶ Peccauisti largiter:idest ualde:& ampliter:ita scribi debet ex codicibus antiquis:& non iugiter. ¶ Occasionem:opportunitatem:occasio enim dicitur temporis opportunitas:casu prouenlens:ab occido:quod obuenio significat:licet & alias habeat significationes.

Hēre gr̃as [margin note beside "Dicimus habere gratiam"]

Occasio.

ILLOS Abscedete. Qui cum eo aduenerant.

INTERdius: aduerbiũ est: ut interdiu sicut noctu. Hasce ambas: subaudi fores. Perduaxint eũ hoc omine: occiderint: pdiderint cũ tuo hoc augurio. Expiare: ut possies: purgare possis. Illos: quos tecũ: subaudi comites adduxisti. Capitalis ędes facta est: idest capitale meretur piaculum: & antiq̃ dictum est pro domo ędes in singulari. Antiquum: & uetus. Antiquum quia prioribus sæculis factum. Vetus quia obscurum.

TRIENnio post ægypto aduenio domũ: redeo inqt domũ ab ægypto triennio post. s. q̃ abii. absens. n. fuerat triennio. ęgypto autẽ pro ab egypto: ut Italia & pactis necq̃cq̃ pellere tectis. Sed qd hoc: quũ teuropides ianuę ędium suarum magis ppinquaret: uidit eam clausã: unde miratur: q tempore diurno: quę patere semp consueuerit: ut mos est ianuarũ nobilium: & magnorũ uirorũ: inunc clausa sit. Interdius: dicemus interdiu & interdius aduerbialiter: idest per diẽ: sicut noctu per noctem: ut diximus in aulularia. Ecquis istas hic aperit fores: addẽda est dictio illa hic ad uersus integritatem. Quis hõ est. Tranio oñdit: se non nouisse herũ: qui fores pulsauerat. Meus seruus hic qdem est. Teuropides hæc intra se dicit: deinde exerta uoce. uocat Tranio. Here salue: ita scriptũ est in codi. antiquis: & nõ per salue: qd & magis placet. Quid uos insani ne estis: addẽda est dictio illa ne: & metri necessitate: & sensus concinnitate: interrogatiua est enim particula. Hasce ambas: fores scilicet. Eho an tu tetigisti. Iterũ tranio simulat: non uidisse illũ pulsantẽ: ut magis fallaciæ fidẽ præbeat: & illum ad fugiendum inducat. Quẽ mortalẽ? occidi. s. Perduaxint: p perdant. Cũ isto omine: & non cũ isto: nam uersus non staret. Expiare: purgare: purificare: piare: interdũ colere significat: Plautus: ubi piẽ pietatẽ: si isto more moratã tibi postules placere: idẽ piaculũ pro sacrificio: & cultu. Virgi. Ea prima piacula sunto: interdum cõtamino: & polluo: qd & impio dicitur. Inde piacula p criminibus & flagitiis: & ipius pro polluto: ut infra: impia ẽ habitatio. Quã obrem: aut quã subito rẽ: ita scribẽdus ẽ uersus: ex codi. antiq: & sententię congruitate: & non ut q̃ subito: quẽadmodũ plodius: & Sarracenus legunt. Quin tangite: addenda est dictio quin metri necessitate: uidebatur ãt hoc esse ueluti expiamentũ quoddã: ita ut manes quieturi essent: & ibi amplius nõ furerent: uel saltẽ eis non nocerent: si terrã tetigissent manibus. Quin eloq̃re iã: addendũ fuit iã metri necessitate: & sententię congruitate. Semel: ut emigrauimus. i. postq̃ primũ ex ędibus ipsis discessimus. Sermonem nrm: qui aucupet: dicimus aucupo: & aucupor in eadem significatione p uenor: & ingro: & proprie de auibus dicitur: quãq̃ & ad alia transferat: & ad sermonẽ: ut hic. Capitalis ędis facta ẽ Capitale dr: qd capitis supplicium meretur: quasi dicat exitiosa: & mortifera. Quid istuc est scelestẽ ita scribẽ. est ex codicibus antiquis: & snię congruitate: & non istic: ut plodius legit: hoc sensu: quid est hoc scelestẽ: quod dicis capitale? uel quis id capitale admisit? Aurumq; ipsi ademit hospiti: addendum fuit ipsi metri necessitate: nam aliter non consisteret: quod plodius non uidit.

Credo expectatus ueniam familiaribus.
Tr. Nimio pol ille potuit expectatior
Venire, qui te nunciaret mortuum.
te. Sed quid hoc? occlusa ianua est interdius.
Pultabo. heus ecquis istas hic aperit fores?
tr. Quis homo est, qui nostras ædeis accessit prope?
te. Meus seruos hic quidem est Tranio? tr. o Teuropides,
Here salue. saluom te aduenisse gaudeo.
Vsq; inualuisti? te usq;, ut uides. tr. factum optume.
te. Quid uos insani ne estis? tr. Quidum? te. sic quia
Foris ambulatis. natus nemo in ædibus
Seruat, neq; qui recludat, neq; qui respondeat.
Pultando pedibus pene confregi hasce ambas.
tr. Eho, an tu tetigisti has ædes? te. cur non tangerem?
Quin pultando inq̃ pene confregi fores.
tr. Tetigistin? te. tetigi inq̃ & pultaui. tr. uah. te. quid est?
tr. Male hercle factum. te. quid est negocii? tr. non potest
Dici q̃ indignum facinus fecisti, & malum.
te. Quid iam? tr. fuge obsecro atq; abscede ab ædibus.
Fuge huc. fuge ad me propius. tetigistin fores?
te. Quomodo pultare potui, si non tangerem?
tr. Occidisti hercle. te. quem mortalem? tr. omnes tuos.
te. Di te deæq; omneis perduaxint cum isto omine.
tr. Metuo, te atq; istos expiare ut possies.
te. Quamobrem, aut quam subito rem mihi apportas nouã?
tr. Et heus iube illos illinc amabo abscedere.
te. Abscedite. tr. ædes ne attingite. quin tangite
Vos quoq; terram. te. obsecro hercle, quin eloquere iam.
tr. Quia septem menses sunt, cum in hasce ædes pedem
Nemo intro tetulit, semel ut emigrauimus.
te. Eloquere quid ita. tr. circunspice dum, nũquis est
Sermonem nostrum qui aucupet? te. tutum probe.
tr. Circumspicæ etiam. te. nemo est, loquere nunc iam.
tr. Capitalis ædis facta est. te. quid est? non intellego.
tr. Scelus inquam factust iamdiu antiquom, & uetus,
Antiquom id adeo, nos nunc factum inuenimus.
te. Quid istuc est scelestẽ? aut quis id fecit? cedo.
tr. Hospes necauit hospitem captum manu,
Iste, ut ego opinor, qui has tibi ædes uendidit.
te. Necauit? tr. aurumq; ipsi ademit hospiti,
Eumq; hic defodit hospitem ibidem in ædibus.

SARA CENVS. VALLA.
Interdius quid sit.
Antiquũ a ueteri in quo differat.
VGOLETVS ET GRAP.
Piare
Aucupo & aucupor.

T. Qua propter id uos factum suspicamini?
Tr. Ego dicam, ausculta ut foris cœnauerat
Tuus gnatus, postq̄ redit a cœna domum,
Abimus omnes cubitum, condormiuimus.
Lucernam forte oblitus fueram extinguere,
Atq; ille exclamat de repente maxumum.
Te. Quis hō? an gnat' meus? Tr. sic, tace. ausculta modo.
Ait uenisse illum insomnis ad se mortuum.
Te. Nempe ergo insomnis? Tr. ita. sed ausculta modo.
Ait illum hoc pacto sibi dixisse mortuum.
Te. In somnis? Tr. mirum quin uigilanti diceret,
Qui ab hinc sexaginta annis occisus foret.
Interdum ineptæ stultus es. Te. taceo. Tr. ecce quæ ait.
Ego transmarinus hospes sum Diapontius.
Hic habito. hæc est mihi dedita habitatio
Nam me in acheruntem recipere Horcus noluit.
Quia præmature uita careo. per fidem
Deceptus sum. hospes hic me necauit. isq; me
Defodit insepultum, clam ibidem in hisce ædibus
Scelestus auri caussa. nunc tu hinc emigra.
Scelestæ hæ sunt ædes, impia est habitatio.
Quæ hic monstra fiunt anno uix possum eloqui.
Secede. Te. quid obsecro factust? Tr. concrepuit foris.
Hic me percussit. Te. guttam haud habeo sanguinis.
Viuom me accersunt ad acheruntem mortui.
Perii hisce hodie hanc consabulabunt fabulā.
Nimisq̄ formido ne manufesto hic me opprimant.
Tr. Quid tute tecum loquere? abscede ab ianua.
Fuge obsecro hercle. Te. quo fugiam? etiam tu fuge.
Tr. Nihil ego formido. pax mihi est cum mortuis.
Te. Heus Tracio. tr. non me appellabis, si sapis.
Nihil ego commerui, neq; has percussi fores.
Te. Quæso. tr. quid e grege es? te. qui te agitat Tranio?
Qui cum istæc loquere? tr. an quæso tu appellaueras?
Ita me Di amabunt, mortuum illum credidi
Expostulare, quia percussisses fores,
Sed tu etiam ne astas, nec quod dico obtemperas?
Te. Quid faciant? Tr. caue respexis. fuge atq; operi caput.
Te. cur non fugis tu? tr. pax mihi est cum mortuis.
Te. Scio. modo igitur cur tantopere extimueras?
Tr. Nihil me curassis inq̄, ego mihi prouidero.
Tu ut occœpisti, tantum quantum quis, fuge.
Atq; herculem inuocabis. te hercules te inuoco.
Tr. Et ego hodie ut det senex magnum malum.
Proh Di immortales, obsecro uostram fidem.
Quid ego hodie negocii confeci, malum.

SARACENVS. Nomē pro aduerbio. ¶ MAXImū. Pro maxie: ui illud: liceti gēs ianitor antro: eternū latrās. ¶ In acherontē recipe horcus noluitq; adhuc corpus eius eēt insepultū: qd̄ tāgit Vir. i sexto. hæc ois: quā cernis in ops: ihumataq; turba ē: portitor ille charō: hi quos uehit unda sepulti: nec ripas daē horrēdas: nec rauca fluēta transportare prius q̄ sedib⁹ ossa qerunt. ¶ Prçmature. Añ constitutū tēpus: & notandū: q̄ dicimus uuā præmaturā: nō q̄ ante tēpus sit facta matura: nā tunc dr̄ pcox: sed q̄ nōdum maturescit: q̄ grçce omphax: uñ omphacium ex ea liquor. ¶ Simpla. Nullius pcii: nā res uiles: & nulli precii simpharias dixerūt antiqui. ¶ Nihil ego commerui. Quasi uenientem mortuū reformidet. ¶ Egrege es. Separas te a nobis.

VALLA. ¶ DE repente: confesti. ¶ Maxumū. metalasis figura nomē pro aduerbio. ¶ Diapontius. ex diaponto. ¶ Quia pmature uita careo. Quia inquit ante fatale meæ mortis tps occisus sum: nam pmaturum diximus: qd̄ necdum maturum acerbū q; est: ut uuam pmaturam: quā uoce græca omphaca nominamus: inde umphacium eum liquorem: qui de uua exprimiē pmatura: & omphacinū oleum qd̄ pariter ex bacchis exprimitur pmaturis. nā fructus: qui maturitate alios puenerunt: pcoces nominamus. ¶ Simpla est habitatio. ¶ Ad unum inquit pertinet: non ad plures: simplum dicimus: cui contrarium multiplex. ¶ Quid e grçge es. Cur a meo secedis cōsortio. ¶ Quātū qs: q̄tū potes.

VGOLETVS ET GRAPA. Quapropt̄. ¶ QVA propter. hoc interrogatiue positum est: ac si diceret: qua coniectura: & quo argumento? ¶ Maxumum: aduerbialiter positum est: ac si diceret maxia uoce. Indē & ab Apuleio: & aliis positū inuenias. ¶ De repente: & de subito: aduerbialiter posita inenimus sæpius apd̄ Plautum: & cæteros quoq;. ¶ Ad se mortuum. & nō ad sese: ut legit plodius contra metri rōnē. ¶ Abhinc sexaginta annis. Dicimus abhinc triennio. i. antehac trienniū est: & abhinc triennio. s. exacto: ut hic. ¶ Ecce q̄ ait: ita scribendū est metri necessitate: non: sed ecce q̄ illi ait: superfluunt. n. duæ illç dictiones: sed: & : illæ. ¶ Hçc est mihi dedita hītatio: ita scribendus uersus est metri necessitate: & nō hçc mihi dedita est. ¶ Acheron: fluuius est inferorū dictus ab a priuatiua particula: & χαιρων. lætus: uel gaudens: quia ibi nullū sit gaudiū: ubi notandum est: q̄ licet scribaē per. ai. diphthongum apud græcos: quæ syllaba lōga eē deberet diphthōgo ēt apud nos: tñ poetæ eam corripiūt: abiicientes a diphthongi nostrç: & solum e breue retinentes. ¶ Horcus: pluto dius deus inferorum. ¶ Quia prçmature uita careo: qa præmature uita careo: quia biothanatos sum: & uiolenter occisus. & insepultus: nam ii centū errant annos: ut habeē apud Virg. Insepultum nam q̄uis humatus esset: non sepultus dici poterat: quia honore sepulturæ caruisset: nec iuxta sepulchri leges esset sepultus. ¶ Scelestæ hæ sunt ædes: hç addendum fuit ex codicibus antiquis. ¶ Impia est habitatio: ita scribendum censemus: & non simpla: ut ferme habent codices: &

Acheron. Impius.

dices:& plodius insulsissime legit:exponens simplex unius tantum cadauerosi biothanati diapontii:& ut Sarrace/
nus:exponens nullius praecii:nam res uiles:& nullius pręcii simplarias dixerunt antiqui.Impia ergo legendum est:
idest omni religione carens:polluta non expiata furentibus diapontii insepulti manibus.a uerbo Pio:a quo impio:
& impius in hac significatione:de quibus superius dictum est.¶ Quid obsecro hercle factum est:delendum est her
cle metri ratione:dictionem illam non tollerante.¶ Hice hodie hanc confabulabunt fabulam:ita scribendum cense
mus uersum metri necessitate:& sententię elegantia:& etiam ex codicibus antiquis:in quibus scriptum est adhuc in
tegris litteris:& contra labunt:& non contra dabunt:ut legit plodius contra uersum rationem:qui uno pede defice/
ret:& imperfectus:ac mutilus ambularet:nec sententia ulla lepida elici posset.¶ Etiam tu fuge:ita scribendum est
metri necessitate:& non fugies:ut corrigit plodius interpres delirus.¶ Non me appellabis:fingit tranio uocem teuro
pidae:qui dixit:heus Tranio:credere se fuisse uocem diapontii mortui:tanq̃ diapontius eu uocasset:& superstitio/
se tanq̃ qui a mortuo uocetur:moriatur:respondet:nõ me appellabis:si sapis:nihil ego cõmerui:neq; has percussi fo
res:& haec uerba profert:ut magis herum teuropiden in terrorem coniiciat.¶ Quid e grege es:Quum teuropides
audisset Tranionem:ut supra loquentem:& timere illum credidisset:coepit & ipse timere:& iterum a tranionem cõ/
uersus dixit.Quaeso:quasi diceret:audi quęso:uel mane quęso:unde magis adhuc simulans Tranio sic timere ait.
Quid e grege es:ac si diceret:o qui me appellas:an es ex grege illorum mortuorum:quod audiens Teuropides.&
existimans re uera Tranionem timere:ait:qui te agitat tranio:qui cum isthaec loqueris:Vnde conuersus ad illum
Tranio ait.An quaeso tu appellaueras:me.f.¶ Expostulare:lamẽtari:& luctuose accusare eum:qui pulsauit fores.
¶ Caue respexis:pro respexeris:uel respicias.¶ Operi caput:id enim salutare erat iis:qui e manibus discedebant:un Opi caput.
de Orpheus:q retrorsum aspexit:euridicẽ amisit.¶ Quid modo igitur:delenda est dictio quid metri necessitate:
& quia superfluens.¶ Quantum quis:quantum potes:a queo.¶ Atq; herculem inuocabis alexicacon:& depulsorẽ
malorum.¶ Proh dii imortales:non Teuropidae uerba haec existimamus:ut ait plodius:sed continuata cum praece
dentibus tranionis:qui ibi remanens in scena:quum ille obuoluto capite aufugeret:herculem inuocãs.ait:proh dii
imortales:qd negocii hodie confeci:quasi dicat:ut lepide senem elusi:ut apte persuasi negocium de mortuis:ut ex uo
to illum hinc abegi.¶ Malum autem aduerbialiter positum est:ac si diceret:in malam rem.



Mposisse scribendum imposuisse.¶ Haud causa est.causam non dico:quin me iudice iuste dicar plecti. PIVS BONONI.
¶ Largiter alibi legitur ingiter:idest perpetim continuo:multum:prima producta dicitur iugis.Horati.
Iugis aquę fons.¶ Interdius:de die.¶ Pultari.scribe:pultaui.¶ Quẽ mortalem:subintellige occidi.¶ Ab/
scede:scribendum abscedere.¶ Vos quoq; terram:tanq̃ hoc expiamentum esset:& manes quieturi eẽnt:
ueluti hic insepulti manes furerent:quod faciunt cum honoris tumulus illis non datur:super qua re exẽ/
plum tale comperies apud Caecilium:Plinium:erat Athenis spatiosa:& capax domus:sed infamis:& pestilens:per Nota miraculum
silentium noctis sonus ferri:& si attenderes acrius:strepitus uinculorum longius primo:deinde proximo reddebat:
mox apparebat idolon senex macie & squallore confectus:promissa barba:horrẽti capillo:cruribus compedes:ma/
nibus cathenas gerebat:quatiebatq;:inde habitantibus)tristes diraeq; noctes per metum uigilabãtur:uigiliam mor/
bus:& crescente formidine mors sequebatur:nam interdiu quoq; q̃q̃ abscesserat imago memoria imaginis oculis i/
herebat:longiorq; causis timoris timor erat.deserta inde:& dãnata solitudine domus:totaq; illi monstro relicta p/
scribebatur:tamen si quis conducere ignarus tanti mali uellet.Venit athenas philosophus athenodorus:legit titu/
lum:auditoq; praecio:quia suspecta utilitas:percontactus omnia docetur:ac nihilominus immo tanto magis con/
ducit:ubi coepit aduesperascere:iubet sterni sibi in prima domus parte:poscit pugillares:stilum:lumen:suos omnes
in interiora dimittit:ipse ad scribendum animum:oculos:manum:intẽdit:ne uacua mens:audita simulacra:& ina
nes sibi metus fingeret:initio q; ubiq; silentium:deinde concuti ferrum,uincula moueri:ille non tollere oculos:non
remittere stilum:sed offirmare animum:auribusq; praetendere:tum crebescere fragor:aduentare etiã:ut limine iam:
ut intra limen audiri.respicit:uidet:agnoscitq; narratam sibi effigiem stabat:innuebatq; digito similis uocanti.hic
contra:ut paululum expectaret manu significat:rursusq; caeris:& stilo incumbit.Illa scribentis capiti catenis inso/
nabat:respicit idem rursus:quod prius innuentem.nec moratus tollit lumen:& sequitur.Ibat illa lento gradu qua/
si grauis uinculis:postq̃ reflexit in aream domus:repente dilapsa deserit comitem.desertus herbas:& folia cõcerpta
signum loco ponit.postero die adit magistratus:monet ut illum locum effodi iubeant.Inueniunt ossa inserta caten/
nis:& implicita:quae corpus aeuo:terraq; putrefactum nuda:& exesa reliquerat uinculis.Collecta publice sepiliun/
tur:domus postea rite conditis manibus caruit.De hac pulueris iniectione Virgilius libro aeneidos sexto:aut tu mi/
hi terram inice.Seruius.terrae autem iniectio secundum pontificalem ritum poterat fieri:& circa cadauer:& circa
absentium corpora quibusdam solẽnibus sacris.De qua iniectione credimus marcum tullium ista loquentem intel/
lexisse:& quod nunc cõmuniter in omnibus sepulti penitus humati dicuntur.Illud erat propriũ tamen in iis:quos
humus iniecta contegeret:eumq; morem ius pontificale confirmat.Nam priusq̃ in eos iniecta gleba est:tumulatus
& humatus est:& gleba uocatur.Haec Cicero pensitatius terrae iniectionem enarrans:quem morem seruius igno/ Gleba qd sit
rasse uidetur quae enim super iis ait supina uidentur:& umbrae interpretationis.

SARACENVS.

Celestiorẽ ego annũ: Apte cõquerẽtẽ Trapezitã Pla. inducit diẽ illi ꝑterisse sine lucro: is dũ it petitũ pecuniã fœnori datã philolacheti: icidit in Tranionẽ seruũ. Qui dedit. s. pecuniã mutuauit: & rursus q pro qua. Quã aius cõscius. Sic Seneca. Nihil tã timidũ facit aium: q̃ reꝑhẽsibilis uitæ cõscientia. Negat qñ cogitas. s ege illud negat cũ iterrogatione: & loco: qñ dic quã rẽ: & sensus erit absolutus: & loquit ibi Tranio. Quã pirũ uulpes comest. Per derisionem dictum: nam uulpes: quæ libenter carne uescitur: nõ nisi fame affecta pirum comedit: hoc dicto denotat rem difficilem no posse. nisi difficulter peragi.

VALLA

Celestiorẽ ego annuꝫ. Vt in oibus Plautinis comœdiis ita in hac iuersa multa ꝑperã: ac peruerse multa posita sunt: fœnerator cõquerit hunc annuꝫ locãdo aegento iniquũ fuisse: & theoropides se abeo: qui ædes uẽdiderat: accepisse nil mõstrosum in his ędibus unq̃ auditũ fuisse: renuit tranio. In foro ego contriui diẽ. in re fœnenaeia nihil sum cõsecutus. Qui amica est empta: dedit inqt pecuniã: qua pecunia est empta phylocomasium. Vnde is: unde te recipis inq̃. Technæ meæ. fallaciæ insidiæ.

VGOLETVS ET GRAPA.

Celestiorẽ ego annũ locando fœnori. Trimeter uersus est iãbicus: ut superior: sex pedibus cõstans. Danistam: seu Trapezitam iducit poeta cõquerẽtem: præsentẽ sibi annum male cessisse lucro: atq; ad philolachem & Tranionẽ ꝓficiscentem: ut genus exigeret: mutuatæ eis pecuniæ. Quẽ duꝫ tranio ad se euntem uidet: & eodẽ tpe uidet quoq; senẽ teuropiden domum se recipientẽ (ꝓfectus. n. erat ad illuꝫ: qui ædes sibi uẽdiderat: in quibus ille mortuos uersari dixerat: ut domuꝫ ei restitueret: & pecuniã ab eo emptionis reciperet: qua de re tranio nihil sciebat) anxius: & undiq; curis scatens nescit: qd faciat: instatq; qbus modis põt: ne danista discedat: & nihil de fœnore: neq; de sorte corã sene loqt: sed reuertat alio tpe: nolens eã rẽ seni patefieri. Quã hic mihi annus obtigit: hic addendum fuit metri necessitate: & sniæ cõgruitate. Totũ usq; in foro ago diem: ago scribendũ est ex codicibus antiquis: & sensus cõtinuitate. & non ego: ut scribit plodius: & addeñ. totum metri necessitate: qd ille non uidit. Nunc pol ego peri. Tranionis uerba sunt: & peri unico. i. scribeñ. est ratiõe metri: pro perii. Qui amica est empta quoq; qui pro quo: argẽto. s. & quoq; addẽdum fuit ex codicibus antiqs: & uersus necessitate: cui pes unus deficeret: ac sniæ congruitate: quæ est hæc loquente Tranione: ecce autẽ adest quoq; danista: qui petat argẽtum creditũ nobis ꝓ emẽda amica: & hoc qdem ultra hanc calamitatẽ: & animi molestiam: quã nunc habeo: dum cogito: quo pacto seni persuadere possim: domum esse inhabitabilem. Manifesta res est: res nostra inqt conclamata est: senexq; iamiam est intellecturus: & manifesto deꝑhensurus nr̃a crimina ꝑpter hunc danistã ad me eũtem. Nisi qdem occurro prius: qdem scribeñ. est sniæ cõgruitate: & nõ qd: ut legit plodius. Vt ne hoc senex resciscat: ita scribẽdũ est: & addendum fuit ut: metri necessitate. Ibo huic obuia: huic danistæ. s. Sed qd nam hic: uellet ire obuiã danistæ. uidit Teuropiden uenientẽ. & coactus est mutare iter. & obuiã hero ꝓficisci. Vt metuo. dũ ad herum pergit: hæc inqt: ut metuo ne de hac re qppiam inaudiuerit: addendũ fuit: ut metri necessitate. At q̃ timeo miser: at scribendũ est: & non: ut sniæ cõgruitate. Nihil est miserius: catholica snia. iuxta illud senecæ. Nihil tam timidũ facit aium: q̃ repræhẽsibilis uitę cõsciẽtia. Verũ ut ut res hæc sese hẽt: ut ut scribendũ est duplicatũ. i. qũocunq;: & nõ simplex ex codicibus antiqs: & sniç congruitate: quin & principiũ huius uersus ita scribendũ est. Sicut me nũc habet: addita illa dictio ne nunc metri necessitate. Vnde is: uñ uenis. Dixit hercle uero illi oia: illi addendũ fuit necessitate metri. Hei misero mihi: hoc Tranio clam sene cõquerens dicit. deinde exerta uoce ait: etiam fatetur de hospite? Cape hercle te obsecro. te addẽdũ fuit necessitate metri. Quã pirũ uulpes comest. ludit tranio senem his uerbis: duꝫ serio illi dicere se ostẽdit: nam uulpes non comest pirũ: sed pullos gallinaceos: & carnem. Metuo ne technæ: hoc postea secũ uoce sũmissiori iu fit: timeo ne technæ: & doli mei ꝑpetuo perierint. Technę artes: doli græcũ est nomen. τεχνη. n. artem significat. Quid tu te tecũ: q illa uerba dixerat humiliori uoce Tranio: iõ teuropides rogat: qd loquatur secum. Dixi inquã: atq; ordine omnia: addendum fuit atq;: ad metri integritatem: cui pes unus deficiebat.

TERTIVS ACTVS.

Danista. Tranio. Teuropides.

Celestiorem ego annum locando argento fœnori
Nunq̃ ullum uidi, q̃ hic mihi annus obtigit.
A mane ad noctem totum usq; in foro ago diem,
Locare argenti nemini nummum queo.
Tr. Nunc pol ego peri plane in perpetuum modum.
Danista adest, qui dedit, qui amica est empta quoq;.
Manifesta res est, nisi quid occurro prius,
Ne hoc senex resciscat, ibo huic obuiam.
Sed quid nam hic sese tam cito recipit domum?
Vt metuo ne de hac re quippiam inaudiuerit.
Accedam atq; appellabo. at q̃ timeo miser.
Nihil est miserius q̃ animus hominis conscius,
Sicut me nunc habet. uerum ut ut res hæc sese habet,
Pergam turbare porro. ita hæc res postulat.
Vnde is? Te. conueni illum unde hasce ædes emeram.
Tr. Num quid dixisti de illo, quod dixi tibi?
Te. Dixi hercle uero illi omnia. tr. hei misero mihi.
Etiam fatetur de hospite? te. imo pernegat.
Tr. Cape hercle te obsecro cum eo una iudicem.
Sed eum uideto ut capias, qui credat mihi.
Tam facile uinces, q̃ pirum uolpes comest.
Metuo ne technæ meæ perpetuo perierint.
Te. Quid tute tecum? tr. nihil enim. sed dic mihi.
Dixtin quæso? te. dixi inquam atq; ordine omnia.
Tr. Etiam fatetur de hospite? te. imo pernegat.

Technę

Neq;

Tr. Negat? quom rogitas? Te. dicam si confessus fiet,
Quid nunc faciundum censes? tr. egon quid cēseam?
Cape obsecro hercle te cum eo una iudicem.
Sed eum uideto ut capias qui credat mihi.
Tam facile uinces, q̄ pirum uolpes comest.
Da. Misericordias tandem habere hominem oportet.
Illi bucedæ erunt multo potius q̄ ego
Sim restio, mane tu atq; assiste ilico.
Sed philolachetis eccum seruom tranium,
Qui mihi neq; fœnus neq; sortem argenti danunt.
Te. Quo nunc te agis? tr. nequoq̄ abeo. næ ego sum miser
Scelestus natus. Deis inimicis omnibus.
Iam illo præsente adibit me. næ ego sum miser.
Ita & hinc & illinc mihi exhibent negocium.
Sed occupabo adire. Da. hic ad me it. saluos sum.
Spes est de argento. hic hilarus est. tr. frustra est homo.
Saluere iubeo te mi Saturites bene.
Da. Salue & tu. qd de argēto? tr. molestus ne sis nemo dat age
Tu solus credo fœnore argētū datas. abi sis belua. (qd lubet.
Continuo aduenies pilum iniecisti mihi.
Da. Hic homo est inanis. tr. hic homo est certe hariolus.
Da. Quin tu istas mutiscis tricas? tr. quin quid uis cedo?
Da. Vbi Philolaches est? tr. nunq̄ potuisti mihi
Magis opportunus aduenire, q̄ nunc aduenis.
Da. Quid est? tr. concede huc. Da. quin mihi argētū reddit?
Tr. Scio te bona esse uoce. ne clama. Da. hercle ego
Vero clamano. tr. ahah morem mihi gere.
Da. Quid tibi ego morē uis gerā? tr. abi quæso hinc domum.
Da. Abeam? tr. redito huc circiter meridiem.
Da. Reddetur ne igitur fœnus? tr. reddetur, nunc abi.
Da. Quid ego huc recursem? aut operā sumam, aut conteram?
Quid si hic manebo potius ad meridiem?
Tr. Imo abi domum. uerum hercle dico. abi modo.
Da. Quin uos mihi fœnus date. quid hic nugamini?
Tr. tu hercle, næ tu. hinc abi modo. ausculta mihi.
Da. Iam ego hercle nominabo illum. tr. euge strenue.
Beatus uero es nunc quom clamas me ut puto.
Da. Multos me hoc pacto iam dies frustramini.
Molestus si sum, reddite argentum, abiero.
Tr. Responsiones omnes hoc uerbo eripit.
Sortem accipe. Da. imo fœnus id primum uolo.
Tr. Quid tu nunc hominum te omnium deterrume
Venisti huc ostentatum? agas quod in manu est.
Non dat. non debet. da. nō debet? tr. nec erit quidem.
Ferre hoc potes. an id mauis, ut abeat foras
Vrbem, exuletq; a patria sua caussa tui?
Quin sortem potius dare licebit. Da. quin non peto.
Cedo fœnus, redde fœnus, fœnus reddite.
Daturin estis actutum mihi? date fœnus.
Tr. Fœnus illic fœnus, hic nescit qdem nisi fœnus fabularier,

SARACENVS

Fœnus unde dicatur

¶ NEq; fœnus neq; sortē: fœnus ab eo dicit: qd pecuniā pariat: quasi fœtus: uel fœtura a grçcis tocos τίκτειν qd parere significat: ut Noni. Varro. Sors in paterno casu: & sortis dicitur ut Plau. in cassina: & testat Priscianus & pecunia dicit: quæ in fœnore est: supra quā qcqd est usura est: est in sacris litteris mutuo dātes; nihil inde sperātes. ¶ Scelestus natus est. s. dies mihi. ¶ Saturites puto nouatū uerbū a saturitate. ¶ Abisis. Sis pro siuis. ¶ Pilū. Est genus telis: inde pilani: qui pilis pugnāt. ¶ Lucanus: & pila minātia pilis. ¶ Inanis. Scilicet pecunia. ¶ Tu hercle ne tu: Concisa: & pplexa loquit: ut mos est metuentis. ¶ Extentatū: est extētare: exquirere: experiri. ¶ Aedium dñs. Quas simulauit Tranio emisse philolachē: ut planius i seqnti scęna.

Extentare quid sit

VALLA.

¶ NEq; fœnus: neq; sortē argēti dānūt. neq; dant inqt pecunias quā ipse eis dedi: neq; eā: quā sorte sum pmeritus. fœnus a fœtu dictū: qd pecunia pecuniā piat: sicut a græcis tocos dicitur ἀπο τοῦ τίκτειν. i. a pariendo. ¶ Quo te agis: pcunctat theuropides tranionē: quo se agat: qn̄ fœneratori obuiā cōtēdebat: ne palā de accepta fieret pecunia. ¶ Occupabo adire. puentiā aditū illius ad me. ¶ Sat ne iter bene. satis ne inqt bn̄ iter habui: ut si accepturus pecuniam. ¶ Pilū iniecisti mihi. me ipetere nisus pilo. est autem pilum hasta pfixa ferro triangulato. ¶ Areolus. diuinus qppe: qd nihil habeo. ¶ Mutiscis tricas. submisse loqris: uix ausus loqui inuoluta uerba. Tricas. n. inuolucra dicimus. ¶ Rogamini: poscimini. ¶ Venisti huc ostentatū: ut te fœneratorē ostēderes. ¶ Ne erit qdem. subaudi tibi: qd hinc ferre possis. ¶ Senatum consilii: tanq̄ senatus habeatur de aliquo consilio.

Pilū qd sit

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ NEgat quum rogitas? ita scribi debet: & metri: & suiæ habita ratiōe: ut Tranio deludens senē: uideat pro re difficili habet: credere: q ille neget eā rem: de hospite. s. quando rogatur a Teuropide. unde teuropides respondet. ¶ Dicā si cōfessus fiet: hoc est: qd ni neget: negat pfecto: nā si cōfiteret: ego dicerem tibi: sicut dico illum negare. & non scribendum est: quādo cogitas: ut legit plodius. neq; quam rē cogitas: ut Sarrac. corrigit inepti ambo Plauti iterpretes: & insulsi. ¶ Sed philolachetis eccū seruū Traniū. Danisti uerba sunt: qui nundum uiderat Tranionem: q̄uis ab illo ipse uisus fuisset: ut supra dictū est: declinauit aūt Tranius. ii. a quo accusatiuum dixit Traniū: sicut alias Tranionem: a tranio noiatiuo. ¶ Danunt: pro dant: & in numero plurali dixit: qa ambos no

Tranius & tranio

Vento, te neq; ego tetriorem beluam
Vidisse me unq̃ neq; peiorem censeo.
Da. Non ædepol nunc me istis tu uerbis territas.
Tr. Calidum hoc est & si procul abest urit male.
Te. Q uid illud est fœnus? tr. at etiam & sortem dabit.
Pater cum adueni peregre iam multo prius,
Is tibi & fœnus & sortem dabit,
Ne inconciliate quid nos porro postules,
Vide non moratur. Da. quin feram siquid datur,
Tr. Danista. etiam respicis. da. mihi molestus ne sis.
Tr. Vide ut fastidit simia. da. mihi sum sic sum,
Libet esse quid id tu curas? manes tu ne illico
Impure parasite? tr. quin parasitus sum.
Da. Ego enim dicam, cibo perduci potes quouis.
Tr. Ferocẽ facis, quia te æratus amat. da. nũ oculi dolent.
Tr. Cur? da. quia fumus molestus est. tr. tace sis faber,
Qui cudere soles plumbeos nũmos, da. non potes
Tu cogere me ut tibi male dicam. tr. noui te.
Is me suam quidem pol optat culcitrulam.
Da. Si sobrius sis male non dicas. tr. tibi obtemperem,
Quom tu mihi nequeas? da. at tu mecũ pessume,
Tr. Aduorsus quæso hercle abstine iam sermonẽ de reb⁹ istis.
Te. Q uid ais tu. tr. quid uis. te. qs illic est, qd illic petit?
Q uid Philolacheten gnatum compellat ferox?
Sic & præsenti tibi facit conuitium?
Q uid illi debetur? tr. obsecro hercle te, iube
Obtrudi argentũ ob os impurum belluæ.
Te. Iubeam? tr. iube homini argento os uerberarier?
Da. Perfacile ego ictus perpetior argenteos.
Te. Quod illud argentum est? tr. huic debet Philolaches
Paulum. te. quantillum. tr. quasi quadraginta minas
Ne sane id multum censeas. te. paululum id quidem est?
Tr. Audin? uidetur obsecro hercle idoneus,
Danista qui sit genus quod improbissimum est.
Te. Non ego isthuc curo qui sit, unde sit, id uolo
Mihi dici atq; id me primum scire expeto.
Ab eo etiam argenti fœnus creditum audio.
Tr. Q uattuor quadraginta illi debentur minæ.
Dic te daturum ut abeat. te. ego dicam dare?
Tr. dic. te. ego ne? tr. tu ipsus dic, modo ausculta mihi.
Promitte age inq̃ ego iubeo. te. responde mihi:
Quid eo est argento factum? tr. saluom est. te. soluite
Vosmet igitur si saluom est. tr. edes filius
Tuus emit. te. edeis? tr. edeis. te. euge Philolaches.
Patrizat, & iam homo in mercatum auortitur.
Ain tu ædeis? tr. aio inq̃. te. sed quoiusmodi?
Tr. Q ui scire possum? te. uah. tr. qd est? te. ne me roga.
Tr. Nam quid ita specula clamas clamorem merum?
Te. bene hercle factum. quid eas quanti destinat?
Tr. talentis magnis totidem, quot ego, & tu sumus.

minauerat: philolachetẽ. s. & tranius. ¶ Quo nũc te agis: nunc addẽdus fuit metri rõne. ¶ Nequoq̃: idest nullo: in nullum locum. ¶ Næ ego sum miser: hæc fecit Tranio loquitur. ¶ Scelestus natus: deis inimicis oibus: ego inquit sum infœlix: & quia abortu ipo sceleratus fui: nil mirũ ẽ: si dei omnes mihi inimici sunt: nec legendũ: scelestus natus est: ut legit plodius: & Sara. itẽ exponẽs scelestus natus est. s. mihi dies. ¶ Iã illo p̃sentẽ adibit me: me addẽdũ est & metri necessitate: & sententiæ cõgruitate. Negociũ: molestiã. ¶ Hic ad me it: danista loquit̃. ¶ Hic hilarus ẽ: hic addeñ. fuit metri necessita. dicimus hilarus: & hilaris in casu noiandi. ¶ Saturites: uidet̃ nomen fictũ a saturitate: sed græco idiomate p̃latũ: tanq̃ flectat̃ hic saturites: æ: qd in uocãdi casu faciat: o saturite: uel saturites: ut ω χρυσῆ, καὶ ω χρυσῆσ. q̃ uoce illũ appellauerit: ut retunderet eũ: quẽ sciebat uenire: ut peteret argentũ. Nã qd ait plodius: se legere: mi saturitas: tanq̃ ita eũ appellet: cuius argento saginabatur: nõ placet: nec huic loco cõuenire uidet̃. ¶ Abi sis bellua: bellua dicitur fera imanis: quasi bellũ gerens: a quo belluinus adiectiuũ: unde belluinã rabiem: & belluinum furorẽ dicimus. ¶ Pilum iniecisti mihi: pilũ hastile erat pedum quinq; semis: quo utebatur grauis armaturæ: a quo pilati pilo armati. Mar. Et pilata redit: iamq; subitq; cohors. Vnde primipilus centurio dicebatur primç cẽturiç: quasi dicat hic tranio: uix ad me isti: quũ pilo me pcussisti: argentũ petens. ¶ Hariolus: hariolus dicitur diuinus: & qui diuina mente fatur a fando: q̃si fariolus cõuersa. f. littera in aspiratiõnem: sicut hanula quasi fanula: hocẽ parua fana: neq; enim obstat q̃ pria syllaba in hariolus sit breuis: & in faris longa: quum in multis similiter uideamus: ut in aruspex qd ab ara: hoc est uictima quæ ad arã ducitur inspicienda deducitur; & tamẽ ara primã habet longã aruspex uero breuẽ: & ut in curulis a curru: dicax a dico: fatu⁹ a fando: & multis aliis. ¶ Quin quid uis cedo tranio loqtur: quin inquit cedo. i. dic: quod uis. ¶ Magis opportunus aduenire q̃ aduenis. Ita scribẽdus uersus est: absq; illa dictione nunc metri necessitate: opportunus añt dicitur ab ob & portus: q̃ nauigãtibus maxime utiles: optatiq; portus sũt: & significat opportunũ cõmodum: & qd pro desiderio nostro accidit: a quo opportunitas: cõmoditas. Importunum añt dicit̃: qd est: sit ue præter rõnem loci: seu tẽporis: seu p̃sonarũ. & pro p̃caci: atq; molesto accipitur: & interdũ pro

Opportunus

Importunus

Sed arraboni has dedit quadraginta minas,
Hinc sumpsit illi quas dedimus.satin intellegis?
Nam postq̄ hic ædeis uiderat,ut dixi tibi,
Continuo est alias ædeis mercatus sibi.
Te.Bene hercle factum.Da.heus iam appetit meridies.
Tr.Absolue hunc quæso uomitum.ne hic nos enicet
Q uattuor quadraginta illi debentur minæ.
Et sors.& fœnus.tantum est.Da.nihilo plus peto.
Tr.Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas.
Te.Adolescens mecum habe rē.Tr.nempe abs te petet.
Petito ab eo cras.Da.sat habeo.si cras fero.
Tr.Malum quod isti Dii deæq; omnes duint.
Ita mea consilia perturbat planissume.
Nullum ædepol hodie genus est hominum tetrius,
Nec minus bono cum iure,q̄ danisticum.
Te.Qua in regione istas ædeis emit filius?
Tr.Ecce autem perii.Te.dicis ne hoc quod te rogo?
Tr.Dicam.sed nomen domini quæro quod siet.
Te.Age cōminiscere ergo.Tr.quid agam nunc iam?
Nisi in uicinum hunc proxumum mendacium
Eas emisse ædeis dicam huius filium.
Calidum hercle audiui esse optumum mendacium.
Q uicquid Dii dicunt,id decretum est dicere.
Te.Q uid igitur iam cōmentus?Tr.Dii istum perduint.
Imo istunc potius.de uicino hoc proxumo
Tuus emit ædeis filius.Te.bona fide?
Tr.Siquidem es argentum redditurus,tum bona,
Si redditurus non es,non emit bona.
Te.Non in loco emit perbono.Tr.imo peroptumo.
Te.Cupio hercle inspicere has ædeis.pulta dum fores,
Atq; euocato aliquem intus ad te Tranio.
Tr.Ecce autem nunc iterum quid dicam nescio.
Iterum iam ad unum saxum me fluctus efferunt
Q uid nunc?non hercle,quid nunc faciam?ecce
Manifesto teneor.Te.euoca dum aliquem foras,
Roga circūducat.Tr.heus tu.at hic sunt mulieres,
Videndum est primum,utrum eæ uelint ne,an non uelint.
Te.Bonum tu æquomq; oras.percontare,& roga,
Ego hic tantisper dum exis,te opperiar foris.
Tr.Dii te deæq; omnes funditus perdant senex.
Ita mea consilia undiq; oppugnas mala.
Faciam & pultabo fores,
Heus ecquis hic est,maxumam qui his iniuriam
Foribus defendat?Ecquis huc exit,atq; aperit?
Nemo hinc quidem foras exit,ut esse addecet,
Neq̄ homines ita sunt.sed eo magis cauto est opus,
Ne quisq̄ huc exeat qui me multet male.
Fuge.optume eccum dominus ædium foras.
Simo progreditur ipsus.huc concessero
Dum mi senatum consilii in cor conuoco.
Igitur tum accedam hunc,quando quid agam inuenero.

in quieto:& quasi portu carente. Vir. Bellum importunū ciues cuȝ gēte deorum. ¶ Recursem: aut operam sumāi quid opus est inqt ut ego iterū absumā tēpus in recurrēdo huc:& scriben.dum est recursem:& nō recursam:tā ex codicibus antiqs:q̄ ex recta uerbi inflexione:quod primæ est:& non tertiæ coniugationis. ¶ Verū hercle dico: scribēdum est hercle ex codicibus antiqs:& non crede. ¶ Tu hercle:nę tu:concisa & pplexa loqt more meretriciū. ¶ Hinc abi mō:hinc addēdū fuit metri necessitate. ¶ Iā ego her.no.illū.Ita scribēdus ē uersus:metri necessitate:& nō tā hercle ego illū noiabo:qa nō consisteret:& pedibus tātū qnq; ambularet. ¶ Me ut puto:uerba sunt Tranionis cōtinuata sed cōcisa:ut supra:ac si diceret:me:ut puto:nihili facis:nī mēdaciū tibi dicere cēses. ¶ Multos me hoc pacto.Nunc danista loqtur. ¶ Rēsiones oēs: hoc dicit Tranio uoce submissiore:non habeo inquit:qd respōdeaȝ ad hoc:quū danista dicit:reddite argētum abiero. ¶ Sortem accipe.hoc nūc altiori uoce ait. ¶ Quid tu nunc hoium te omniuȝ deterrime.Ita scribendus uersus est metri necessitate:qui aliter nō consisteret:nisi nunc.& te:addita essent. ¶ Venisti huc ostentatū:ostentatū scribendū est ex uetustis codicibus:& sniæ congruitate:& non extētatum:ut scribunt Plodius & Sarracenus:sed diuersis inuicē expositionibus:& futilibus. Et sciēdum:hæc uerba Tranionem altius dicere:ne si Teuropides audiuisset:suspicari.possit quicq̄.Deinde uoce demissa inquit. ¶ Agas quod in manu est.i. accipias:& trahas ad te hoc.i.sortem:de qua supra dixerat:sortem accipe. ¶ Quod in manu est.i.quā sortē i prōptu habere potes. ¶ Nō dat:non debet hoc iterum altiori uoce dicit Tranio. ¶ Nec erit qdem:quod tibi dare possit .s.quuȝ oia absumpserit philolaches. ¶ Ferre hoc potes:potes inqt hoc argētū ferre:qd polliceor p sorte. ¶ An id manis:ne abeat foras:ita scribēdus uersus ē ex snię cōgruitate:& metri necessitate. ¶ Vrbē:exuletq; a pāria sua cū tuis. Et hic quoq; uersus ita ē scribēdus:ut īteger sit:locus.n.hic erat fenestratus i antiqs codi.Intētio āt Tranionis ē psuadere danistę:ut hēat nūc:pti bōis uerbis pti timore amittēdi sortē & fœnus:pti minis si cā esset exilii philolachetis. Iō adhuc seqt:qn sortē potius dat liberbit. Et ille rūdet.Quin nō peto:hic āt finis est huius scenę:& reliq̄ totius comedię ita puersa erāt ut minime itelligi possēt neq; snię cōuenirēt iter se:nec seqntia p̄cedētibꝰ cōcordarēt:q̄ qdē nēo unq̄ in ordinē dirigeī ausus ē:id qd nos secius doctoȝ ad hoc iudiciū requirentes.

SARACENVS. MElius anno hoc. Gaudet ſimo ſenex:uxorem ſibi apparaſſe optimum prandium. Sed ne quidem noluiſſe uxori morē gerere: hoc loco lepide taxat mulieres: quæ quādoq; uiris ſublandiūtur cibo potuq; largiori: ut in uenerē ualentiores fiant ab ſene iſto: demū Tranio dolo ipetrat: ut herus Teuropides eius inuiſat domū: ad cuius exēplum ſit ille fabricaturus Cynecīū: ſimulq; Teuropidem eodē aſtu circūuenit: eādē emiſſe filium dictitans: & ꝓpterea ſnadens pecuniam eſſe dandā daniſtæ pro ædibus. ¶ Meruerit: Placuerit in loco. Scilicet alio adeſſe. ¶ Eamus. Refert uxoris uerba. ¶ Dotatā. Dotem magnam afferentes: in aulularia dotatæ mactant dāno: & malo uiros. ¶ Male. Si pro ualde capit: refert ad illud dotatam: uel male: ſubaudi illi eſt.

Simo ſenex. Tranio ſeruus.

MElius hoc anno non mihi fuit domi.
Nec qui eſca una ſibi me demeruerit magis
Vxor. nam prandium mihi perbonū dedit.
Nunc illa dormitum iubet me ire, minime.
Non bonus eſt ſomnus homini de prandio. apage.
Ex ædibus me clanculum edidi foras.
Tota mihi turget uxor nunc domi ſcio.
Tr. Parata res mala eſt in ueſperum huic ſeni.
Nam & cœnandum, & cubandum, ſi intrabit, male.
Si. Quom magis ac magis ego cogito cum meo animo.
Si quis domi dotatam uxorem habet male,
Neminem ſollicitat ire dormitum ſopor.
Odioſa hec. exe qui certa res eſt, ut abeam
Potius hinc ad forum, q̄ nunc domi cubem.
Atq; ego pol neſcio. ut moribus uoſtræ ſient,
Hæc ſcio q̄ me habeat male. peius poſthac fore. q̄ fuit mihi
Tr. Abitus tuus tibi ſenex fecerit male.
Nihil erit, quod deorum nullum accuſites.
Te ipſum iure optumo merito incuſes licet,

VALLA. MElius anno hoc. Simo domo egrediens ait: bonū ſibi ab uxore prandiū datū: & perinde ſe habere. quo abeat negociū: factus ei tranio obuius: cōminiſcit heꝝ ſuum theuropides in ſua ſe uelle domo ædificare: ac ad exēplum ſimonis ædiū extruere: & pinde inuiſere eius domū. ¶ Eſca unā meruerit magis: nō fuit inquit hoc anno eſca una magis quæ mihi ꝓfuerit: q̄ q̄ mō in prandio ſumpta. ¶ Neminē ſollicitat ſopor. nēpe. quia ſemp uigil. ¶ Fecerit male: maleſaciet inquit tibi: quod abieris domo: uxore inuita.

VGOLETVS ET GRAPA. MElius hoc anno non mihi fuit domi. Trimeter & hic uerſus eſt: ſex pedibus conſtans: quēadmodum ſupiores. Simo dñs ædium: quas Tranio dixerat Teuropidæ hero ſuo: philolachē emiſſe: dum Tranio ad illū ꝑgeret & ibat domo: ut in fine ſuperioris ſcenæ dictū eſt. In hac ponunt ſermones habiti: primū ab ipſo Simone ſolo: deinde a Tranione etiam ſolo: & qui in inſidiis ſtabat: auſcultans quid diceret: deinde utriuſq; ſimul collocutio. ¶ Melius hoc anno nō mihi fuit domi. ita ſcribi debet uerſus: ut cōſtet ſuis pedibus: hoc dicit. Toto hoc anno non melius habitus ſui domi: nec uxor mea me magis ſibi demeruit una eſca: q̄ hodie: quum mihi dedit prādium perbonū: uerum prādio ſumpto uolebat ducere me in cubiculū: iubens me paulum dormire: ſed eā fefellit opinio: quū ire noluerim: quin me ex ædibus clāculum amouerim: propter quod non dubito: quin tota mihi turgeat: & mecum irata ſit. Corrupta autem admodum tota erat ſcena: in qua redintegranda: & elimanda: non nihil laboris abſumpſimus: ut legentibus patebit. ¶ Nec qui eſca una ſibi me demeruerit magis uxor: nam prandium mihi perbonum dedit: ita ſcribi debent ambo hi uerſus metri neceſſitate: & ſententiæ concinnitate: quos quum plodius: & Sarracenus uani interpretes non intelligerent: perperam corruptos: & non intellectos reliquerunt. **Demereri** Demereor autem ſignificat non male mereor: ut quidam putant: ſed bene mereor: & beneficio concilio: conſtruiturq; cum accuſatiuo: ut hoc loco. ¶ Nūc illa dormitum iubet me ire: addendum fuit illa metri ratione. ¶ Minime: ſcilicet ire nolui. ¶ Non bonus eſt ſomnus homini de prandio apage: ita ſcribendus eſt hic uerſus: & metri: & ſententiæ congruitate. Meridiari dicitur ſomnum capere a prandio: quod quidem dicit homini bonum non eſſe: & ita ferme eſt conſenſus omnium: & præcipue profundæ: nam modice non ita nocet: reliquos autem tres uerſus: qui erant ſupra: inter hunc: & nunc illa dormitum iubet me ire: uti ſuperfluos: & ineptos: ac non plautinos delendos cenſuimus. ¶ Ex ædibus me clanculum edidi foras: ita metri ratione ſcribendus eſt hic uerſus: & ſeqñs ita. ¶ Tota mihi turget uxor: nunc domi ſcio tota irata eſt mihi. ¶ Parata res mala eſt in ueſperum huic ſeni: ita ſcribendus hic uerſus eſt: & loquitur Tranio. qui clanculum audit uerba ſenis: paratum eſt inquit huic ſeni in ueſpeꝝ mala res: nam & male cœnabit: & male cubabit: ſi domum intrauerit. ¶ Quom magis: ac magis ego cogito: ita ſcribendus eſt uerſus: ut integer ſit: hoc ſenſu: quāto magis cogitaui: & rem mecum animo uolutaui: ita prorſus depræhendo uerum eſſe: ut melius ſit habere domi uxorem male dotatam: q̄ bene dotatam: nam ſi male dotata eſt: non audet inſolenter uocare uirum: ut dormitum eat: nec in ſopore uerſatur: ſollicitando alios: ut ſe ſopori dedant. ¶ Si quis domi dotatam: domi addendum fuit metri neceſſitate. ¶ Neminem ſollicitat ire dormitum ſopor: & ſic hic quoq; uerſus eſt ſcribendus ratione metri. ¶ Odioſa hæc: ita ſcribendum cenſemus ſententiæ concinnitate: & non odio es tu: neq; odio eſt: ut plodius legit: hoc ſenſu: hęc uxor mea odioſa eſt adeſt dignaq; quæ odio habeatur: erat enim dotata bene: & ideo faſtidio: & arrogantia plena. ¶ Quam nunc domi cubem: nunc addendum fuit metri neceſſitate. ¶ Atq; ego pol neſcio ut moribus ueſtræ ſient: ita metri neceſſitas ſcribi iubet. hic ſenſus eſt ad auditores cōuerſus: ꝑfecto neſcio q̄bus moribus ueſtræ uxores ſint ornatę: uerum hanc meā ſcio: q̄ male me habeat: & peius etiā habitura in futuꝝ ſit. ¶ Hæc ſcio q̄ me habeat male peius poſt hac fore: ita ſcribēdus & hic uerſus eſt: & metri rōne: & ſniæ cōgruitate. ¶ Abitus tuus. Tranio: qui eſt in iſidiis inqt: abitus hic tuus domo o ſenex tibi male faciet. ¶ Nihil erit: nihil ſcribeñ. eſt ex codicibus antiqs: & metri neceſſitate.

¶ Ire dormitum.

SARACENVS.

¶IRE dormitum. Subaudi: si uelis. ¶ At pol nescio. Loquitur ad spectatores. ¶ A meridie amisti cero. Ex inuersione litterarum plerunq; mendum scatet: ut hoc loco: obseruaui ex male consequentibus litteris: sed in suum ordinẽ redactis: hũc locũ ita posse legi: & si qs diligẽtius pspexerit lectionẽ pbabit: amare iã occepisti. Nã simõi forte subuoluerat Tranionẽ: & laute cõuiuari: & cũ meretriculis pgræcari. ¶ Quid nũc mox. Sc; fit hic apud uos. ¶ Simul cogita. Melius simul cogitas: ut sit sermo cũ ironia. & qa magis carpat q̃ hortet esse amoribus: & genio idulgẽdum.

VALLA.

Alutẽ primũ iã a principio ꝓpitiã. Plautũ ligua ñ manu: ñ exscriptũ inqt eius librũ: sed lingua mea pronũtiatũ. ¶ Benignis accipiatis auribus, i. liberas nobis aures ꝓbeatis: benignitas siqdẽ est liberalitas. ¶ In uerba cõferã paucissima: qd argomentũ inqt attinet paucissimis uerbis uobis explicabo: attẽdenda ẽ poetæ copia: q i tot comœdiarũ argumẽtis tam uario explicandi ũtatur gñe: ut nusquã ulla appeat silitudo. Cis res gestas esse athenis autumant: qm athenis freqntissima poematũ recitatio: & ibidẽ iudices electissimi fuere: & dicẽdi genus aticũ: cuncta alia gña anmre dixerũt fieri athenis cũcta dixere. ¶ Græcissat: græcũ tamen eloquiũ. ut Priscia. latinos consuesse z lřam geminum ss conuertere ut patrisso pro patrizo: ita ergo græcisso pro a græcizo. utitur nãq ut græci inquit z ita latini ss gemino. Vtcũq ita Priscia. inuenimus tamen Ciceronem per z litteram enunciare: uelut in primo de diuinatione. Est profecto quiddam etiam in barbaris gentibus propherizans: ꝓsentiens: atq diuinans. ¶ Non aticissat: idest non atico: quod longe lautissimum est: ꝓcipua nãq oratorum græca dicendi genera. Cicerone dicente tria habita sunt: quorum longe electissimum dictum aticum est: utpote sanissimum: integerrimumq: nihil hñs affectatũ. Scdm rhodiũ. Tertiũ asiaticũ. Præferri alabandẽse: utpote turgidũ: & inflatũ: & spũs elatiõe gaudẽs. At poetarũ multiplex nec humilius ullũ q̃ doricũ: quo pastores usi sũt. At ẽt plærisq mathematici. In hoc gñe est siculũ: qd Plau. sicilicissitat inqt. ¶ Huic argumẽto elogiũ. Dr elogiũ: ut qdã arbitrãť: eulogiũ attestatio honoris siue uitupationis de aliq̃ re. Qui. si exhæredatũ a se filiũ pr testatus fuerit elogio. ꝓpterea qd meretricẽ amaret. Cicero in pisonẽ. At hoc nusq̃ opinor scriptũ fuisse. In illo elogio qd te cõsule in sepulchro. R. P. incisũ est: uelitis: iubeatis: ut nõ qd. M. Cicero uersũ fecerit: sed qd uindicarit. ¶ Neq trimodio: triũ mẽsura modiorũ. ¶ Verũ ipso horreo. Vbi asseruanť frumenta in cõtignatiõibus: ab eo: qd est horo. i. custodio a græcis dictũ. ¶ Internosse posset. inter ipsos facere discrimen. ¶ Quæ mãmam dabat. mřem ergo nutricẽ dicit. ¶ Nauẽ magnã multis mercibus: Dicimus onero nauẽ mercibus: & onero merces naui. Virgilius: Vina bonus quæ deinde cadis onerarat acestes.

VALLA.

Modus loquendi antiquorum.

Eulogium qd sit.

¶ ATq hoc poetæ faciũt in comœdiis: mirari ẽ Piũ interp̃tẽ addi dẽre: ut asserẽtẽ: ac legia: atq hoc ut poetæ. qd. n. hi ea dictiõe opus ẽ: qũ integra clarissimaq sñia ẽ: nec alio idiget admiculo: qd ꝓferti legentiũ offuscet mentẽ. ¶ Sicilicissitat. ñ sicilicissat scribendũ est metri necessitate: qd a Pio non est aiaduersũ legente sicilicissat: & multis uerbis de eo uerbo mẽtionẽ faciẽte. ¶ Huic argumẽto. hic uersus apte supfluit: ut legẽtibus facile notũ est: q̃q̃ Pius illum legat: ac multa sup illo uerba faciat. ¶ Tantum ad narrandum uestra adest benignitas: ita scribendus est uersus: & uestra

VGOLETVS ET GRAP.

Imponit alterum geminum in nauim pater.
Tarentum auexit secum ad mercatum simul.
Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludi forte erant, quom illuc uenit.
Mortales multi ut ad ludos conuenerant.
Puer inter homines abertauit a patre.
Epidamnensis quidam ibi mercator fuit.
Is puerum tollit. auehitq; in Epidamnum,
Pater eius, postq̃ puerum perdidit,
Animum despondit. atq; is ægritudine.
Paucis diebus post tarenti emortuost,
Postq̃ Syracusas de re ea rediit nuncius
Ed auom puerorum, puerum surreptum alterum,
Patremq; pueri post tarenti esse mortuum.
Immutat nomen huic auos gemino alteri.
Ita illum dilexit, qui surreptus est, alterum.
Illius nomen indit illi, qui domi est.
MENAEHMO idẽ quod alteri nomen fuit.
Et ipsus est eodem uocatus nomine.
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore uidi flagitarier.
Ne mox erretis, iam nunc prædico prius.
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi,
Vt hanc rem uobis examussim disputem.
Siquis quid uostrum Epidamni curari sibi uolt,
Audacter imperato, & dicito, sed ita
Vt det mihi unde curari id possit sibi.
Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit.
Qui dederit, magis maiores nugas egerit.
Verum illuc redeo. unde abii. atq; uno asto in loco.
Epidamnensis ille, quem uobis dudum dixeram,
Geminum illum puerum, qui surripuit alterum.
Et liberorum, nisi diuitiæ, nihil erat.
Adoptat illum puerum surrepticium
Sibi filium, eiq; uxorem dotatam dedit.
Eumq; hæredem fecit. quom ipse, obiit diem,
Nam rus ut ibat, ut multum forte pluerat,
Ingressum fluuium rapidum ab urbe haud longule,
Rapide raptorem pueri subduxit fides.
Abstraxitq; hominem in maxumam malam crucem.
Ita illi diuitiæ euenerunt maxume.
Atq; istic habitat geminus subrupticius.
Nunc ille geminus qui Syracusis habet,
Hodie in Epidamnum uenit cum seruo suo
Hunc quæritatum geminũ germanum suum.
Hæc urbs EPIDAMNVS est, dum hæc agitur fabula.
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum.
Sicut familiæ mutari solent quoq;.

adest benignitas pro uestra adsit benigni
tas legendũ. non argumẽtum adest beni
gnitas: nã ea dictio argumẽtum nõ est in
priscis exẽplaribus: neq; necessaria: neq;
cõcinna admodũ fuerit: si adhibeat. Sed
Pius interpres hmõi nõ uacauit: quum ta
men huic uni uacauerit: ut diceret: in pri
scis exẽplaribus: tanta non tm̃ legi: qua in
re aperte mentitus est: quũ codices omnes
tantum habeant. non tanta: super quo le
gentium sit iudicium.

SARACENVS. ¶ ILLum alteq;. s. sosidẽ. ¶ Epidãnẽsis.
Pyrrachiũ ubi lo co q; Dicitur epidãnũ dyrrachiũ: romani no
men mutauere: qa uelut in dãnum ituris
omẽ id uisu; est: de qua ciuitate meminit
Strabo i septimo: epidãnus quã corcyrei
cõdidere: hoc tpe dicta dyrrachiũ ab che
rõnesso: ubi sita est: nacta uocabulũ: itidẽ
factũ ẽ de segesta oppido sycilIæ author
Fest. qd ãtea egesta uocabat ab egesto ibi
eneæ præposito: cui præposita. s. lra est:
ne obsceño noĩe appellaret. id qd etiã de
maleuento factu; est: quod nunc beneuẽ
lum dicitur. ¶ Stracusas. Vrbs est sycili
Stracusæ ubi loco q; nota quondã diuitiis opulẽta: quã Stra
bo memorat ad tm̃ cumulum diuitiaru;
euasisse: ut iam in prouerbio dissemina
retur: cum ad locupletes & sumptuosos
loq̃retur: uobis ne quidem decima syra
cusana adest. ¶ Animum despondit aqs:
Hunc locum mendosum arbitramur: nã
si hoc modo legatur nimis frigidus pro
ueniet intellectus: nam si proprietatẽ uer
borum seruare uolumus: & quid sit ani
mum despondere uerius pẽsitare: hoc pa
cto legendum erit animum despondit: at
q; is ægritudine paucis diebus post taren
ti est mortuus: est enim proprie animũ de
spondere omnem uiuendi spem omitte
re: & ueluti ex desperatione mori. Plaut⁹
item in milite: ne ue despondeat animum
dixit: idest ne desperet: & salutis spem de
ferat. ¶ Examussim: Est amussis fabroq;
regula: quam architecti cum opus pro
bant rubrica illinũt: unde examussim ali
quid fieri dicimus: cum id ad regulã pen
sitat: & examinatur: Varro. amussis est
æquamen leuamentum: apud fabros ta
bula quædam: qua utũtur ad saxa coag
mentata. Plaut. alibi: amussitata dixit. i.
examinata. ¶ Nam nisi. Sensus est. quod
eorum causa: uel qui erunt: uel qui non
erunt daturi pecuniam. nihil omnino sit
facturus. ¶ Quam ipse obiit: Pro postq̃
ipse obiit.

VALLA. ¶ IMPOnit. geminum alterum: subau
di menęchmum. ¶ In nauem pater. mo
scus inq̃ impono in nauem hanc rem: & i
pono naui: q̃q̃ impono cum datiuo etias
Impono quomodo cõstruatur significat fallo. Iuuena. Facile est barba
to imponere regi. & Martialis. Imposuit
nuper mihi caupo rauenne. ¶ Apud ma
trem domi: subaudi theusimarcã. ¶ Ani
mum despondit aquis. i. nauigat. ¶ Ae
gritudine: mœsticia. ¶ Puerum subductum. Menęchmum clam sublatum. ¶ Vidit flagitarier: sepius iterata uoce
uocari

uocari:urbane dictum. ¶ Ne mox erretis:hoc ad spectatores recitator dicit. ¶ Pedibus redeŭdum est mihi: idest uer sibus:qui pedibus concludŭtur. ¶ Examussim disputem. Integre discutiam. ¶ Vt det. subaudi pecuniam. ¶ Qui nõ argentum dederit:quia argentum amiserit. ¶ Nugas egerit:nihil profecerit. ¶ Vxorem dotatam:hæreditatis dote locupletatam. ¶ Quam ipse obiit diẽ:deest prius. ut sit priusq̃ uita decessit. ¶ Raptori pueri:qui rapuerat menęchmum. ¶ Subduxit fides:pro subducta est fides:ut ipse puerum subduxerat. ita inquit Nonius:raptorem subduxit. ¶ Syracusis habet. habitat syracusas:habito enim huic loco:& hunc locum dicimus. ¶ Sicut familiæ quoq; solent mutari:nam nomina imutantur: cum a familia in familiam fit transmutatio.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ IN epidamnum:metri necessitate addenda est præpositio in: nam claudicaret uersus:quum epidamnus primas duas habeat breues:quod Pius interpres non uidit. ¶ Pater eius illum:illum addendum est metri necessitate:cui pes unus deficeret. id quod Pius non aduertit. ¶ Atq; ea ægritudine:ex codicibus antiquis:& recte sententiæ concinnitate: & non aquis ægritudine. ut Pius perperam:& male legit. ¶ Subruptum: ex codicibus antiquis. & non subductum: ut Pius legit. ¶ Post tarenti: addendum est post: ne uersus claudicet:quum tarentum prima breui cõstet:quod a Pio interprete non est uisum. ¶ Epidamni curari sibi uolt:ita scribi debet uersus ex codicibus antiquis: in quibus epidamni plane legitur: uolt autem non uelit necessitate metri scribendum est. qui non constaret:si uelit scriberes:pręterea grãmaticæ iniuria fiat si epidamnum legas:ut Pius legit:utroq; in loco grauiter lapsus. ¶ Vt det mihi unde curari: mihi necessitate metri ascribendum est:pes enim unus deficeret:quod Pius non uidit:legens mutilum uersum. ¶ Nam nisi qui argẽtum dederit:nugas egerit. Qui dederit. magis maiores nugas egerit. ita scribendi sunt ambo uersus ex recta & concinna sententiæ rectitudine: & uersuum necessitate:nec in primo est scribendum non:nec in secundo nam nisi:quæ utiq; uerba superfluunt: & uersuum mensuram iugulant:quod a Pio interprete sordido non est pẽsitatum. ¶ Quem uobis dudum:addendum est uobis ad metri integritatem. cui pes unus deficeret a Pio interprete non perpensus. ¶ Ita illi:addendum est ita: ad metri integritatem:cui pes unus deficeret a Pio ignoratus. ¶ Atq; istic habitat: atq; addendum est ratione uersus exigente:ne uno pede mancus ambulet:ut Pius passus est. ¶ Sicut familię mutari solent quoq;: ita scribendũ hunc uersum potius censemus:& ex metri: & sententiæ congruitate:q̃ ut Pius scriptũ reliq̃t:quoq; solent mutari mõ:nullo recto sensu: nobis quidem liq̃do.

Epidamnũ

Examussis

PRIMVS ACTVS.

Peniculus. Parasitus.

IVuentus nomen fecit Peniculo mihi,
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo,
Homines captiuos, qui cathenis uinciunt,
Et qui fugitiuis seruis indunt compedes,
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia.
Nam homini misero malum si accedit ad malum,
Maior lubido est fugere, & facere nequiter.
Nam se ex cathenis eximunt aliquo modo.
Tum compediti ianuam lima perterunt.
Aut lapide excutiunt clauom. nugæ sunt meræ.
Quem tu asseruare recte ne aufugiat uoles,
Esca atq; potione uinciri debet.
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tu illi quod edat, & quod potet, præbeas,
Arbitratu suo affatim quotidie,
Nunq̃ ædepol fugiet, tametsi capital fecerit,
Facile asseruabis, dum illo uinclo uincies.

SARACENVS. Pẽniculus quid sit

IVuentus nomẽ. Primus prodit in comœdia pẽiculus parasitus:cuis ingeniũ non minus scienter q̃ festiuiter Pla. exprimit:dicit̃ pẽniculus q̃si spongia: & pẽniculus a pẽne:est enim pẽnis cauda: ex caudaȝ nãq; extrẽitatibus fiunt pẽniculi:siue pẽnicilli: q̃bus pingunt:uel detergunt:siue albariũ inserunt parietibus:qui uocant̃ pẽniculi tectorii:ut Plau. in milite:pẽniculuȝ tectoriũ dixit:aliter pẽniculua: pro uirili membro ponit̃:ut infra ipse Plau. edocebit:meum pẽniculuȝ lusdulo saluum fero:quod similitudinẽ caudæ gerat pẽnis. ¶ Affatim. Vberti:abũdanter. ¶ Etsi capital fecerit. Idest rem capitalem cõmiserit:propter quã pœna capitis sit plectendus est: q̃ppe capitali:quod capitis suppliciũ meretur.

VALLA.

IVuentus nomẽ. Parasitus pẽniculus:ut mos parasiticus ẽ: de crapula loquitur: improbatq; illos:qui homines uinciant: quod existimet esse faturandos:siquidem nulla uincula possint quemq̃ arctius tenere:q̃ escaria.

Pẽnis qd sit

¶ Quãdo edo detergẽ. ostendimus pẽnẽ a ueteribus caudã dici. unde peniculus qđ cauda quis tergeant̃. ¶ Cõpedes. uincula pedũ sicut & pedicas dicimus. ¶ Maior libido. Impensior cupiditas. ¶ Cũpediti. cõpedibus astricti. ¶ Ianuam: qua occluduntur. ¶ Lima pterũt. Lima inq̃t iminuunt:ut inde effugiãt. ¶ Rostrũ deliges: os inq̃t ligato hoĩs:ubi mẽsa affuerit copiosa. Tũ. n. reuinxeris:ne effugere nõ possit. ¶ Affati. ¶ Copiose quãtũ q̃s fari queat. ¶ Et si capital fecerit. Duplex erit sensus:aut si cõgregarit opes suas oẽs: si aut rem capitalem incurrerit. Nam rẽ capitalem cõmittere nihil aliud est q̃ eo modo delinquere: ut capite: idest uita puniendus uideatur: cui opinioni Noni. astipulatur.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ MAlũ si accidit ad malũ ita cõsequentia se uerba scribẽda sunt: & nõ: si ad malũ accedit malũ: ut scribit Pius commẽtator insulsus nõ aduertẽs: eo mõ uersum uno pede mutilũ fieri. ¶ Ianũ lima pterẽt. Est ope pciũ ieptias Pii iterptis ruminare. is. n. hoc loco: pterẽt legẽs: noniũq; ita legẽtẽ adducẽs: ianuã lima pterẽt. legẽtes inscitia opletus fallit: nã nonius: nõ ianuã inq̃t. sed anũ codices: ãt ueteres hñt ianuȝ: nõ ianuã & ppterea legẽdũ potius est ianũ q̃ ianuam: q̃ñ q̃dẽ si ianuã legas. pterẽt legi nõ pt: nã uersus syllabæ unius abũdãtia peccaret: ianũ aũt q̃ sit deus pricipioȝ oius p ianua accipi nemo negetea quo & ianua ipa domus pricipiũ deducat̃. Vñ nõ iepte dictũ sit si ianũ lima pterẽt: p ianuam limæ dissectione fractam: & apertam trãseunt: & sic fugiunt dixeris. ¶ Nugæ sunt meræ scribendum est: & non: nugæ sunt hæ: si uersus integritatis ratio habeatur: qui quidem mancus: mutilusq; esset: id quod Pius interpres non uidit. ¶ Dum illo uinclo: illo: & non eo scribendum est metri necessitate: quod Pius non uidit.

CATE: Docte. Fabre. Astute: & arte quadam. Meo malo a mala sustuli: Hoc est: quod in damnum: & iacturã nihilominus suã egerit: ut pallã ab uxore mala surripuerit. Auerti p̃dã Trãslatio est ab his: q cũ magnũ aggrediunt facinus: nullũ eorũ uirtute ꝑpetiunt incõmodũ. Nrm sociũ. Pro nostrorũ sociorũ. Istac. s. p̃da. Præsidiũ Quod auxilii: gr̃a ꝓ salute alicuius ꝑponit. Geniũ meũ. Meũ numẽ. de genio mẽtio alibi hita est. Ois articulos. Oẽs partes: sunt. n. articuli partes minores corporis. Luculentũ. Pulchrũ: bonũ: ꝑspicuum a luce: & inde etiã luculẽtitas: quo uerbo usus est Luci. Nonii testimonio uide luculentitatẽ eius: & magnificentiam. Quis is coxit. De his facile parasitus loqtur q̃ sibi fieri uult.

SARACENVS.

Luculentũ quid sit

Conferre omnes gratulantes, quia pugnaui fortiter.
Hanc modo uxori intus pallam subripui. ad scortum ferõ.
Sic decet dari. facete uerba. custodi cate.
Hoc facin⁹ pulchrũ ẽ. hoc ꝓbũ. hoc lepidũ ẽ. hoc factũ ẽ fabre.
Meo malo a mala abstuli. hoc ad damnum defertur.
Auorti prædam ab hostibus nostrum salute socium.
Pe. Heus adolescẽs, ecqua in istac pars mihi ẽ ꝑmii? Me. perii.
In insidias deuoni. pe. imo in præsidiũ, ne time. (portunitas.
Me. quis hõ est? pe. ego sum. Me. o mea cõmoditas. o mea op
Salue. pe. salue. Me. qd agis? pe. teneo dextra geniũ meum.
Me. Non potuisti per tempus magis aduenire, q̃ aduenis.
pe. Ita ego soleo. cõmoditatis omnis articulos scio.
Me. Vin tu facinus luculẽtũ inspicere? pe. qs id coxit coquos?
Iam sciam siquid titubatum est, ubi reliquias uidero.
Me. Dic mihi nunqd uidisti unq̃ tabulam pictam in pariete,
Vbi aquila catamitum raperet, aut ubi uenus adoneum?
Pe. Sæpe. sed qd istæ picturæ ad me attinẽt? Me. age me aspice
Ecquid assimulo similiter? pe. quid istic est ornatus tuus?
Me. Dic hominem me lepidissimum esse. pe. ubi esuri sumus?
Me. Dic mõ hoc, quod ego te iubeo. pe. dico, hõ lepidissime.
Me. ecquid audes de tuo istuc addere? pe. atq; hilarissume.
Me. perge porro. pe. non pergo hercle, nisi scio qua graria

Vbi aqla catamitũ raperet. Tangit raptũ pueri ganymedis in cœlum a Ioue turpiter amati: quẽ catamitũ appellat pueri eni icesti sũt catamiti dicti. Venus adoneũ. De adone puero a uenere dilecto fabellã describit Oui. in. x. metamor. cuius pulchritudine adeo uen⁹ delectata est: ut secũ illũ cõtinue in uenationibus habuerit: quẽ ab apro interemptũ mutauit in florẽ. Eqdẽ assimulabo. Quã ab uxore surripuerat induerat uestẽ: daturus amicæ. Vbi sepulchrũ: Locũ. s. occultũ: & ꝑeitissimũ in quo in cõuiuiis & compotationibus ois absumẽdus sit dies. Incẽdo rogũ. Perstat in eadẽ metaphora. i. me cõsodalẽ: & coadiutorẽ ꝑbeo ad conterendũ: & cõburẽdũ dies. Ad umbilicũ. Ad meridiem: nã uelut umbilicus mediũ nři corporis: siue cuiusq; alterius rei dicit (nã ab umbone media clypei parte umbilicus deducit) sic ad mediã cœli plagã: cum ꝑuenerit sol: ad umbilicũ uenisse diẽ dicimus: appellatus ꝑterea est umbilicus paruulus circulus designatus ad uẽtos dignoscendos Plinio authore: qui ait ꝑ huius mediã lõgitudinẽ duci sarculo sulcum uel cinere lineam: mediamq; circũscribi circulo paruulo: qui uocat umbilicus: astronomi quoq; inter maiores stellas nominant andromadæ umbilicum in arietis. xxii. gradu. Martialis in alia significatione capit umbilicum in fine quarti libri epigrammaton: cum dicit: ohe iam satis ohe libelle: iam peruenimus usq; ad umbilicos: idest ad finem: ut placet porphyrioni.

Sepulchrũ quid sit

Vmbilicus quid sit

OPPVgnaui fortiter hãc: strenue cũ hac pugnaui. Palã subripui. Vestimẽtũ: quo mulieres palã ituræ uti solẽt. Meo malo: qa meo ipendio. A mala uxore mea. Auerti p̃dã ab hostibus. Capit similitudinẽ ab exercitibus freqũter Plau. ubi qd interuenit sollicitudinis. Nroꝝ salute sociũ. pro socioꝝ. Ex Cicerone hanc syncopã supra abũde ostẽdimus. Perii. in insidias deueni: & hoc a militibus petitũ est: a qbus in insidias deueniť. Imo in p̃sidiũ: ne time. Qui aliquo in loco milites statuunť: ut eum tueanť p̃sidii nomen obtinẽt: ait ergo parasitus: ne time: qa non in hostes incidisti: nõ metuas isidias: sed in socios qui tibi sint opitulaturi. Ois articulos scio. Minima quæq; itelligo: quæ cõmoditati cessura sint. Quis id coxit coquus. Cũ menæchmus interrogasset parasitũ: nũ rẽ luberet inspicere luculẽtã. Hoc ad uxoris uestimẽtũ referens parasitus nihil luculẽtũ arbitratus: nisi qd ad cibũ: potũq; ꝑtineat iterrogat quis id coquus coxerit. Nã si qd delictũ sit: statim cognituꝝ se dicit. Vbi reliqas uidero. i. qd supfuerit. Vbi aqla catamitũ raperet. Catamitũ pro ganymede ueteres dixere latini: raptũ ãt in cęlũ ab aqla ministra Iouis tradũt fabulæ. Vñ Ci. in qõnibus tuscu. Nec Homeꝝ audio: q Ganymedẽ a diis raptũ ait pp formã: ut Ioui pocula ministraret: nõ iusta cã: cur laomedõti tãta fieret iniuria: fingebat hęc Homerus: & humana ad deos trãsferebat: diuina mallẽ ad nos: sed miꝝ uideri p̃t cur dicat Ci. Laomedõti factã iniuriã: cũ necdũ laomedõ tũ eẽt natus: si tradẽti Homero credimus: q in uigesimo iliados iqt. Τρῶα δ' Ἐριχθόνιος τέκετο Τρώεσσιν ἄνακτα, Τρωὸς δ' αὖ τρεῖς παῖδες ἀμύμονες ἐξεγένοντο, Ἶλός τ' Ἀσσάρακός τε καὶ ἀντίθεος Γανυμήδης, ὃς δὴ κάλλιστος γένετο θνητῶν ἀνθρώπων. Τὸν καὶ ἀνηρέψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν κάλλεος εἵνεκα οἷο, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη. Veꝝ cũ cogito: mirũ uideri nõ debet tñ miꝝ de tã minima re eẽ sollicitũ: ut e mẽoria excidisse uideaľ: id quoq; Au. Gel. in qbusdã aliis fecisse notauit. Ci. Nã potius uirtuti dãdũ uideaľ: ut pusilla ista cõtẽnanť: ubi de rebus agit grauissimis: q̃ ut magnopere ueritate exq̃sita ꝑferanť. Aut ubi uenus adonaim. Nã & ipsa quoq; adonaim adamasse ꝑhibet. Quid istæ picturæ ad me attinẽt. Quid mihi inqt pasitus cũ his picturis q saturari cupio. Assimulabo sitr. similẽ me fecero.

Valla.

Catamitus qui sit

CAte sapiẽter: Catũ. n. pro sapiẽte: & acuto dixerunt ueteres: ide Cato ꝑpriũ nomẽ Ennius: Iã cata signa fere: dare sonitũ uoce parabant. & illud Egregie cordatus hõ catus ælius sextus. Adonis cinaræ & Myrrhę eius filię I arborẽ mutatus filius a Venere amatus: ab apro interfectus est uulnere in coxa accepto. ut Idyllio quodã Theocritus exprimit. Et Ouidi. in Ibim. Quiq; Lycurgidẽ lacerauit: & arbore natũ: Idmonaq; audacẽ te quoq; rũpat aper. Vbi aiaduertẽdũ est: Ouidiũ significare his duobus uersibus tris ab apro occisos. Antiqũ Lycurgi filiũ: ut in primo Argo

VGOLETVS ET GRAPA.

nauticon lib. Apollonius:Seneca in Medea.Strauit antæũ uiolẽtus ictu setiger.Secũdum adonim natũ arboꝝ:hoc est myrrha.De quo Oui.in.x.met.At male cõceptus sub arbore creuerat ifans:&c̃.Tertiũ Idmona cuius mortẽ scri bit Orpheus in argonautis.Qui autem ab arbore legunt in maximum labuntur errorẽ.Et non ab est legendum.

Litigium tibi est cũ uxore.Me.hoc mihi abs te caueo cautius,
Clam uxorẽ ubi sepulchrũ habeamus,atq; hũc cõburam° diẽ.
Pe.Age sane igitur.quãdo æquom oras.q̃ mox incẽdo rogũ.
Me.Dies qdem iam ad umblicum est dimidiatus mortuus.
Remorar̃, mihi quom oblocq̃re.Pe.oculũ effodito p solũ mihi
Menæhme,si ullum uerbum faxo,nisi quod iusseris.
Me.Cõcede huc a forib°.Pe.fiat.Me.ẽt cõcede huc.Pe.licet.
Me.Etiam nunc concede audacter ab leonino cauo.
Pe.Heu ædepol.næ tu,ego opinor,esses agitator probus.
Me.Quidum.Pe.ne te uxor sequatur,respectas identidem.
Me.S; qd ais?Pe.ego ne?id eni,qd tu uis?id aio,atq; id nego.
Me.Ecquid tu de odore possis,siquid forte olfeceris,
Facere coniecturam?captum sit collegium augurum.
Age dum odorare hanc quam ego habeo pallã quid olet,
Vt sũinum olfactare abstines?pe.uestimẽtum muliebre.
Næ ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.
Me.Olfacta igitur hinc penicule lepide,ut fastidis?pe.decet.
Me.Quid igitur?qd olet responde.pe.furtũ.scortũ.prãdiũ.
Me.Nunc ad amicam defetur hanc meretricẽ erotium.
Mihi,tibi,atq; illi iubebo iam apparari prandium.
Inde usq; ad diurnam stellam crastinam potabimus.
Pe.expedite fabulatus.iam fores ferio.Me.feri
Vel mane etiam mille passum commoratus cantharum.
Placide pulta.Pe.metuis credo,ne fores samiæ sient,
Me.mane mane obsecro hercle abse ecca exit.Pe.o solẽ uides
Statim ut occæcatust præ huius corporis candoribus?



Erotium. Peniculus. Menæhmus subreptus.

Nime mi Menæhme salue.qd ergo extra nũc; es mi
Me.Idẽ istuc aliis ascriptiuis ad legionem solet. (hi

SARACENVS. ℭDimidiatus:mortuus. Quia iã pte rierat & ueluti defecerat diurni tpis di midiũ:differt dimidius & dimidiatus authore Gelio:nã dimidiũ libꝝ legisse dicimus:cũ sit integer:dimidiatũ ãt in duas partes diuisus.⸿Leonino cauo. A domo.s.in qua uxor morabaẽ quas metuebat:ne ueluti læena in eos impetũ faceret si quid illi uerboꝝ suboluisset.⸿Idẽtidẽ.Freqnter.⸿Cõiecturã. Quæ est de aliqua re futura cõsideratio.⸿Capsitũ sit collegiũ.i.cõsulẽdũ ẽ ⸿Quid olet.Quid affert noui:qd sibi uult.⸿Sũmũ olfactare.i.parũp olfeceris:& odoraueris.⸿Odorare.Legẽdũ odore:itẽ ubi dii sacta legebatur:legendũ olfacta.urget qppe parasitus:ut de uestimẽto qd illud uelit:referat.⸿Cõmoraturus cãtharũ:quẽ adduci iusserat.⸿Samiæ:q.s.facile frãgi possint istai fictilis uasis samii:q dicebaẽ⸿Ab se.e.Idest spõte:& ultro exit:ñ uocata.



Nime mi:qd ergo extra numerũ. Trãslatio sumpta a militibus:qui extra ordinẽ sunt:sensus est:ac si dixisset qd foris stas:cur non intras domũ.⸿Ide; istuc. Pñt uerba applicari & mulieri æque: ac menæchmo:& ẽ cõtinuatio trãslationis: & idem sensus utriq; accõmodatus:solent.n.qui ascribi uolunt:& stipẽdia demereri : anteq̃ ad stipẽ admittanẽ:extra ordinẽ esse.

VALLA. ℭLitigiũ est tibi cum uxore. Vt iniuria:& iniurium:ita & lis:& litigium. ⸿Sepulchrum habeamus. Vbi iaceamus tanq̃ in sepulchro.⸿Hũc comburamus diem:idest absumamus:ut corpora mortuorum igni ambusta absumuntur.⸿Incendo rogum. Adhuc a cadaueribus sumpta similitudo.hoc est quando parandæ sunt epulæ.⸿Dies quidem iam ad umbilicum ; idest ad meridiem iam perductus est:ut umbilicus medium corporis tenet animalium.⸿Dimidiatus mortuus.dimidia par te præterit: & ea mortuus:quia qui mortui abierunt.⸿Mihi num obloquære; idest quæ tibi aperiam secreta detegas.⸿Oculum effodito mihi per solum.Erue mihi inquit oculum funditus.⸿Si ullum uerbum faxo: si tuum facinus detexero.⸿Ab leonino cauo:idest ubi lea in cauerna est:ob uxorem enim hoc dicit.⸿Captum quod sit collegium: ut iam cum collegis magistratus decretum sit ferto sententiam.⸿Abstine summum olfactare. noli plurimus odorari.⸿Agedum odorare oportet.Et odoro & odoror in eadem significatione dicimus.Horat. in epodo.proiectum odoraris cibum.⸿Spurgatũst nasum:hic quoq; nasum neutro genere.ut alibi Plau.⸿Illutibili.qui lauari nõ queat adeo tetro.⸿Cõmoratus cantharum.expecto inquit: ut uinum afferatur in cantharo.⸿Ne fores samiæ sient.Quasi uero inquit fores sint fictiles:ut uasa samia me clementer pulsare iussisti.⸿Ab se ecca exit. nullo citante amica uenit.⸿O solem uides.solem enim obtuentes obtutum amittimus.

Odore & odorare



Nime mi menæchme.Erotium:ut pro foribus astare menæchmum amasium uidit:ipsum inuitat : ut ingrediatur.Menæchmus palam uxoris suæ erotio tradit.⸿Aliis ascriptiuis ad legionem.Illis inquit:qui necdum ascripti sunt:fieri hoc solet extra numerum aliorum assistant forisq; expectent:ut tu : ac si dicat tibi non hoc agitur:qui iam scriptus es:hoc est mihi familiaris.

VGOLETVS ET GRAPA. ℭCAptum sit collegium augurum:augurum:addendum est ad uersus integritatem:& sententiæ:nec omittendus ullo modo:ne claudicetatq; uno pede mutilus incedat:quod pius interpres cęcus non uidit.⸿Olfacta ex priscis codicibus:& non dic facta:ut inquit Pius:& male:ac cum nulla sensus concinnitate.⸿Decet:peniculus loquitur:respõdens ad id:quod menęchmus dixerat: ut fastidis:quasi dicat:decet fastidum : te iubentem me olfacere uestimentum mulieris: neq; est continuatus sermo menæchmi qui dicat: decet uxorem despoliare:ut uane: & ruditer legit & exponit Pius.⸿Metuis.ex codicibus antiquis:& uersus necessitate:& non subaudiendum erit uereris:ut Pius commẽtatur rationis uersus ignarus.

SARACENVS.

¶ APVD te prælium. Non dixit prandium: ne discederet a metaphora prælium autem id erit: ut statim subdit po tādi certamē. ¶ Tu es legio. Facit amicā legionē: ad quā ascribi cōcupiscit. ¶ Adiudicato: eligas oportet: quē malueris: q tecū cubet. ¶ Vt. Idest q̄tum. ¶ Male: Valde. ¶ Interim neqs. Sēsus est: & si te dicas uxorē odio hr̄e: nō potuisti tū: qn in eius gr̄am istud indueris uestimentum. ¶ Erosa. Legerē rosam: blādit. n. adolescēti: qui sibi adeo pulcher uideret: ut illū cæteris oībus p̄ferat amatoribus. ¶ Nā si amabas. Ondit magis illā cēsendā esse meretricē q̄ amasiā: nam amasiæ pati nō pōt amatorē penes esse q̄ppiā: qd̄ alterius sciant esse mulieris. ¶ Mordicus. Dētibus. ¶ Sustine hoc. s. uestimētum: quo magis se exui cupit q̄ suauiari: hoc autē iō dicit: ut magis denotet suū i uxorē odiū. ¶ Sanus nō es. Refert ad corpus: qa nou salutauerat. ¶ Ab hyppolita sub cingulū. Diodo. in. iii. retulit hystoriā: q uulgata p totū orbē uirtute amazonū mulierū: herculi semeles: ac iouis filio ab eurystheo mādatū fuisse traditur: ut hyppolitæ amazonis balteū ad se ferret: qua ex re illato amazonibus bello: acieq; p fligato eoꝝ exercitu uictā hyppolitā cū balteo cœpit: quo p̄lio fuit amazonū regnū deletū: de qbus idē author plura meminit: deq; eoꝝ gestis rebus in scythia: totaq; asia: adeo ut nō solū uicinas gētes: s; magnā europæ asiæq; partē subegerint: gens hæc apud thermodōta fluuiū primū fuit: de quibus meminit & strabo diffusius in duodecimo: quas (ut idem refert) alii alizoinas: alii amazonas uocauere. ¶ Glandionicā: Dicunt glandia in parte illa collisubi iugulū est. ¶ Laridū. Quasi late aridum Macrobio. ¶ Pernas. De qua illā alibi. ¶ Sinciput. Cōmendat ex sue sinciput: qd̄ est capitis pars āterior: ut occiput posterior. ¶ Aut polymēta porcina. Dicunt polymēta porcoꝝ testiculi: cū castrant a policie uestimētoꝝ dicta: qd̄ similiter: ut illa curent: ut Fes. author est: cōmendabant ista oia in cœnis: ut refert Pli. in eo capite: ubi de sue loqtur: inqt. n. hinc cēsoriaꝝ legū paginę: interdictaq; cœnis abdomina glādia: testiculi: uuluæ: sincipita uerria. ¶ Mensam miluinā: rapacē. ¶ Mereas. Pro uelim demererī & mihi condonari.

Amazonū uirtus

Polymenta q̄ dicantur

Ego istic mihi apparari iussi apud te prælium.
Hodie alind feci. næ uterq; pro ilio potabimus.
Vter ibi melior bellator erit iuuentus cantharo.
Tua legio est. adiudicato cum utro hanc noctem sies.
Vt ego uxorem mea uoluptas, ubi te aspicio, odi male.
Er. Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.
Quid hoc est? Me. induuiæ tuæ, atq; uxoris exuuiæ, rosa.
Er. Superas facile, ut superior sis mihi, q̄ quisq; qui imperat.
Pe. Meretrix tantisper blanditur, dum illud qd̄ rapiat, uidet.
Nam si amabas, oportebat iam nasum abreptum mordicus.
Me. Sustine hos penicule. exuuias dum facere, suauium uolo.
Pe. Cedo. Me. sed obsecro hercle salta sic cū palla postea.
Pe. Ego saltabo? Me. sanus hercle n̄ es. Pe. ego ne, an tu magis?
Me. Si non saltas, exi igitur. nimio ego hanc periculo
Surripui hodie meo animo, ab Hippolyta subcingulum
Haud Hercules æque magno unq̄ abstulit periculo.
Cape tibi hanc, quom una uinis meis morigera moribus.
Pe. Hoc animo decet animatos esse amatores probos,
Qui qdem ad mendicitatem se properent detrudere.
Me. Quattuor minis ego emi istanc anno iam uxori meæ.
Pe. Quattuor minæ periere plane, ut ratio redditur.
Me. Scin quid uolo ego te accurare? ero. scio. curabo q̄ uoles.
Me. Iube nobis tribus apud te prandium accurarier,
Atq; aliquid sitomentorum de foro obsonarier.
Glandulam suillam, laridum, pernam iti dem, aut sinciput,
Aut polimenta porcina. aut aliquid aliud ad eum modum,
Madida quæ mihi apposita mensam miluinam suggerant,
Atq; actutum. Ero. licet ecastor. Me. nos prodimus ad forum.
Iam hic nos erimus. dum coquitur, interim potabimus.
Er. Quando uis ueni. parata res erit. Me. propterea modo.
Sequere tu. Pe. ego hercle uero te & seruabo. & te sequar.
Neq; hodie ut te perdam, meream deum diuitias mihi.
Er. euocate intus Cylindrum mihi cuoquom actutum foras.

VALLA.

¶ IVSSI apud te p̄lium. qa erotium exercitus fecit mētionē menæchmus: in eadem persistit similitudine: ut prādium prælium uocet. ¶ Vterq; parasitus: & ego. ¶ Vter ibi melior bellator erit inuētus cātharo. In allegoria adhuc permanet inquiens: inspiciemus uter nostrum sit fortitor ad cantharum expugnādum: parasitus inq̄ sit nepotor maior: an ego. ¶ Tu es legio adiudicata. Tu mihi loco legiōis eris: & lata de te snia est: ut hac nocte cu; uiro sis. ¶ Ne qs nō potes. ¶ Quin eius: subaudi uxoris. ¶ Quid hoc est idumię tuę: atq; uxoris exuuię. Quia palā menęchm9 uxoris iduerat erotiū pcūctat: qd ipse iduerit: uxorēq; exuerit. ¶ Vt supior sis mihi q̄ qsq̄: q iperat. Tāti iqt te facio: ut nullū: q cū ipio sit: tātifaciā. ¶ Nasum abreptū mordicus. si ut ais: eū ames p̄pe ad osculandū debuisti furore: ut abripes nasū morsu. ¶ Exuuias facere. i. me exuere hāc palā: quā tu sustuleras. ¶ Ab hyppoli. subcin. hyppolita amazonū regina a theseo superata est: ablato eius ēt subcīgulo: a qua ēt a se cōp̄ssa hyppolitū accepit filiū: q uirib9 postea est appellatus. ¶ Haud hercules. Herculē dicit subcingulū sustulisse: quē plærīq; thesea aiunt: sed mirādū nō est: iuertūt. n. sæpe noia poetæ Castora p Polluce: & pollucē pro castore. Herculē p Theseo: & theseū pro hercule ponēdo. ¶ Emi istoc anno uxori meę. subaudi pallā. quā tibi trado. ¶ Glādionicā suillā. suis inqt carnē q̄ gladio cōstet: qd sit glādiū supra oñsum. ¶ Aut sinciput. Aīalis capitis ps añrior sinciput: ut posterior occiput. ¶ Aut pulmēta por. hoc est e porco pulpas. ¶ Madida. subaudi sapore aliquo iurulēto. ¶ Mēsā mil. sug. s. mēsā refertā faciāt tā bōis cōdimētis ut ab oibus rapi cupiāt: ut rape milu9 solet. ¶ Mereā deoꝝ di. noli deoꝝ nūero eē ut te amittā: hocq; prēdio caream.

Virbius dicatur

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ EGO isthic mihi apparari iussi: isthic scribeū. ē ex codi. antiqs: & recta grāmaticę rōne: & nō istuc: & hodie ex

pungendum uti superfluens. Quæ Pius interpres inscius nō uidit. ¶ Hodie aliud feci: næ uterq; pro illo potabimus ita uersus scribendus est & metri necessitate: & sniæ: quæ est ut dicat: se hodie aliud prœliū fecisse: cū uxore. s. deinde addit. næ. i. certe uterq; potabimus pro illo ꝑlio a me gesto: & næ scribēdū est. ex antiqs codicibus: & sensus cōcinnitate: non neq; ut Pius insanus iterpres scribit. ¶ Tua legio est: ex codicibus antiqs: sensus cōformitate: & metri necessitate. Nequis: & non ne duis: ut corrigit Pius: & inscite admodum: tum ex codicibus antiquis: tum uero ex sniæ cōcinnitate. ¶ Rosa scribēdum: & nō o rosa: ut ait Pius: citans codices defecatos: in qbus scriptum sit: o rosa: & emendatur: imo pure scriptum est: exuuiæ rosa. ¶ Imperat scribēdū est ex sniæ cōcinnitate: id. n. significat. apud me pluris te donis tuis reddis quocūq; imperatore. hoc est te magis amabilem facis: q̄ quisq̄ imperator: nec legendū est imperat: ut Pius legit inscitus. ¶ Meo animo: & non meo qdem animo: ut legit Pius: nā quidem superfluit & metri ratione in uersu esse non pōt. ¶ Quum una uiuis: & non quando una uiuis: nam metri ratio non patitur: quādo: qđ tamē Pius insulsus interpres legit. ¶ Atq; aliqd uersus iste superior apponi debet. ex codi. antiquis manu scriptis. ¶ Glandulam ex codicibus antiquis: & non glandionicam. ut ait Pius: nullibi auditum, & contra metri rationem: quæ glādulam: & non glandionicā patitur.

SARACENVS.

Portulā cape. Sportas dici uolt Noni. aut a sparto q̄si sparteas aut ab asportādo. Salu. e inuris carnes sportis dimittebāt: dr̃ sportula pauco₂ dier₂ cibus: congiariūq; ad pplm. sportula dr̃: Iuue. quāto celebret sportula fumo: dicunt̃ et sportæ: & sportellæ nummoru₃ receptacula: testatur pedianus. ¶ Defiat. Desit.

Erotium meretrix. Cylindrus coquus.

Portlā cape atq; argētū. eccos treis nūmos hēs. (satis
Cy. Abeo. Er. abi atq; obsoniū affer, trib⁹ uide qđ fit
Neq; desiat, neq; supsit. Cy. quoiusmōi hoies erūt?
Er. ego & Menæhmus, & parasitus eius. Cy. iā isti sunt decē.
Nam parasitus hominum octo munus facile fungitur.
Er. elocuta sum conuiuas, cæterum cura tu esse.
Cy. Cocta sr̃. iube ire accubitū. er. redi cito. cy. iā ego hic ero.

SECVNDVS ACTVS.

VALLA.

Portulā cape. Erotiū obsonaturū cylindrū coquum mittit. itaq; ait sportulā cape: atq; argētū. ¶ Sporta. a græcis fames dr̃. uas a latinis noiat̃: qa ex sparto herba cōfectum: ex qua sane herba hodie quoq; funes fiunt. Veteres et: ut sæpe apud Iu. sportulā dixere cōgiariu₃: qđ romæ pplo distribuebat̃. Forte qđ primo sportulis asportaret̃. ¶ Neq; defiat. idest desit. Virgi. Lac mihi nō æsta te nouum: nec frigore desit.

Sporta qd sit

VGOLETVS ET GRAPA. SARACENVS.

¶ Sportæ: spoltullæ: sportellę nūmū sunt receptacula: Auctor Asonius Pedian⁹ li. ii. Verrin. ¶ Fūgit. m. cū actō.



Vlla est uoluptas. Inducūt in scęna menęchm⁹ ille aduena: q prius sosides diceba tur cu₃ seruo messenione: is q̄ritādo amissū fr̃e₃ menęchmū plures pagrat urbes: & tādē epidānū uenit. ¶ Maior nō dicā dolo: Lege: maior nō dicā: & ad illud refert̃: nulla est uoluptas maior: & deinde lege addo nō dolo: id qđ sequētia uerba manifestāt: addit. n. hoc unū: q̄ cū hoies terrā uideant: quæ fuerit eo₂ pria. ¶ Massilienses. Sunt ppli narbonensis galliæ: massiliam græci phocēses cōdiderūt: quondā fœderata ciuitas fuerat pplo roma. de massiliēsibus meminimus in cassina. ¶ Græciā exoticā. i. externam & pegrinā: eā. n. italiæ ptē dicit: q̄ quōdam magnā græcia uocitata ē. ¶ Qui faciat. Qui idicet. ¶ In scyrpo nodum quæris. Ita locutus. Terē. Plau. imitatus sensus est difficultates: & ipedimenta: q̄ris: ubi non sunt: scyrpus palustris herba leuissima de qua supra. ¶ Dictū facessas datū ędis caueas malo. Legendū & discaueas malo. ¶ Viaticati. Diu peregrinati a uiatico: quod dicitur qcquid itineris causa comparatur. ¶ Palpatores. Blanditores.

Massilięses qui

In scyrpo nodū q̄ris

Menæhmus Sosides. Messenio seruus.

Vlla est uoluptas nauitis Messenio
Maior meo animo, q̄ quom illi ex alto procul
Terram conspiciunt. Mes. maior non dicam dolo,
Quamsi aduenie ns terram uideas, quæ fuerit tua.
Sed quæso quamobrem nunc epidannum uenimus?
Iam quasi mare, omneis circuimus insulas.
Me. Fratrem quæsitum geminum germanum meum.
Mes. Nam quid modi futurum est illum quærere?
Hic annus sextust, postq̄ rei huic operam damus.
Istros, hispanos, massilienseis, illyricos,
Mare superum omne, græciamq; exoticam,
Orasq; italicas omneis, quas adgreditur mare,
Sumus circumuecti. si acum credo quæreres,

VALLA.

Vlla est uoluptas. Sosides: qui menæchmus aduena cum mesenione seruo in epidānum puenit: deq; ciuitatis natura inter se collocunt̃: subdolam esse gētem ait mesenio multitudinem meretricum. ¶ Non dicas dolo. ne dolus in uerbis esse uideat̃: nam inqt si terrā uideas quæ tua sit: erit qđ tu dicis: magna uoluptas atq; singularis.

atq; singularis. ¶ Nunc epidamnum uenimus. Fest. epidamnum dyrrhachium dici segesta: quæ nunc appellatur oppidum in sicilia est: quod uidetur æneas condidisse præposito ibi egesto: qui eam egestam nominauit: sed præposita est ei littera: scilicet ne obscœno nomine appellaretur: ut factum est in maleuento: q; beneuentum dictum est: & in epidamno: quod usurpatur dyrrachium. ¶ Iam quasi mare: subaudi circuimus. ¶ Græciamq; exoticam: idest peregrinam. nam italiæ pars illa ad mare ioninm olim magna grecia dicta est. Ouidius. Itala nam telus græcia maior erat. Cur autem ita ostendit inquiens. Venerat euander magna cum classe suorum. Venerat alcides clarus uterq; genus.

Epidamnū quid

Bñuētū unde dictum

Acum inuenisses, si apparet tam diu.
Hominem inter uiuos quæritamus mortuum.
Nam inuenissemus iam diu, si uiueret.
Me. ergo istuc quæro certum qui faciat mihi.
Qui sese dicat, scire eum esse mortuum.
Operam præterea nunq̃ sumam quærere.
Verum inter uiuos nunq̃ desistam exequi.
Ego illum scio, q̃ cordi sit carus meo.
Mes. In scyrpo nodum quæris, quin nos hinc domum
Redimus. nisi si historiam scripturi sumus.
Me. Dictum facesse elatum, & discaueas malo.
Molestus ne sis, non tuo hoc fiet modo. Mes. hem
Illoc enim uerbo esse me seruum scio.
Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verumtamen me nequeo continere quin loquar.
Audin Menæhme, quom inspicio marsupium
Viaticati hercle admodum æstiue sumus.
Næ tu hercle opinor nisi domum reuorteris.
Vbi nihil habebis, geminum dum quæris, gemes.
Nanq; epidamnea natio est hæc ita hominum.
Voluptarii atq; potatores maxumi,
Tum sycophantæ, & palpatores plurimi
In urbe hac habitant, tum meretrices mulieres,
Quæ nusq̃ perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen epidamno inditum est,
Quia nemo ferme huc sine damno diuortitur.
Me. ego istuc cauebo, cedo dum mihi huc marsupium.
Mes. Quid eo uis? Me. iam abste metuo de uerbis tuis.
Mes. Quid metuis? Me. ne. mihi damnū in epidāno duas.
Tu magnus amator mulierum es Messenio.
Ego autem homo iracundus animi perditi.
Id utrunq;, argentum quando habebo, cauero.
Ne tu delinquas, ne ue ego irascar tibi,
Mes. Cape atq; serua. me lubente feceris.

¶ In syrpo nodum quçris. hinc sumpsit Terentius. hoc in aulularia expositum quid sit. ¶ Facessas datum: idest semoueas: nec mihi aduersaris: quia non tuo hoc fiet modo. ¶ Viaticati hercle admodum prouiso: idest cum ego inspicio loculos: ituεor satis nos uiaticos: idest in uia multum impendisse a uiatico uiaticor nouauit uerbum. ¶ Palpatores plurimi blandítores. ¶ Cedo dum. dum syllabica adiectio est. ¶ In epidamno dias: idest dederis mihi dānum in epidamno: si ut dicis a damno nomen habet.

Viaticor unde

¶ EXOTICam græciā: eam partem Italiæ significare uidetur quæ magna græcia dicitur. Vnde Ouidius: Itala nam tellus græcia maior erat: Exoticum enim aduenticium ex græco ἔξω quod extra significat. In mostellaria: Non omnes possunt unguēta olere exotica. ¶ Acus βελονη fœminini gñis. Acus σκυβαλον neutri generis significat purgamentum frumenti. ¶ Ergo istuc quæro certum: qui faciat mihi. Pius Plauti. impius interpres nihili facit ubi non intelligit: saltum facere: & plautinos sensus obscuros relinquere: sed huiusmodi interpres nō pluris faciendus est q̃ cassa nux: quod enim omnes intelligunt: interprete non eget: sed quod ab omnibus non intelligitur. Scribēdus est igitur hic uersus: ut nos scripsimus: addita illa uoce certum ex codicibus antiqs metri necessitate: & sensus concinnitate: nec relinquendus est claudus: & obscurus: ut Pius ipse fecit. ¶ Elatum: idest arrogans: & superbum: & non datum: contra rationem carminis: ut exponit Pius: & male. ¶ Nāq; epidamnea natio est hæc ita hominum: ita scribi: & legi debet hic uersus. si metricæ rationi consultum uolumus: nō ut Pius interpres legit nando epidānia: nā ita est hæc hoium.

VGOLETVS ET GRAPA.

Exoticum quid

SARACENVS

BEne obsonaui. Hic fiunt delusiones maxie menęchmus aduena creditur menaechmus ciuis. ¶ Nō hercle uero. Ironicos dictū. ¶ Tuū pēniculum: Ita potius legendum arbitror: q̄ meū: ut emendauimus. ¶ Eccū ir uidulo. Dictum est supra a pēne pēniculū deduci: pēnis enim & pro cauda: & pro mēbro uirili ponit. dicit ergo penniculū suum: hoc est uirile mēbrus habere saluū in uidulo. & hic ē locus maximus: nam ille de penniculo parasito loquebat: est uidulus tesqua: seu reticulū: & simile qs uis: & pro subligaculo ponit. ¶ Numero. Idest nimiū cito: id quod authoritate uetex diel cōprobauimus in amphytrione. ¶ Porci ueniunt sacri. Corrigēdum est: porci uenesit sacres: sunt. n. porci sacres a Varrone dicti: q sacrificāt ad alicuius piaculū: ingt. n. fere ad q̄ttuor mēses a māma nō disiūgūtur: agni: hędi: tres porci duo eqs: qm̄ puri sunt ad sacrificiū: ut imolēt: oli appellati sacres. quos appellat Pla. cus ait: q̄ti sūt porci sacres. Cyathisso: poculū praebeo: uel uína in poculū subministro: cyathus. n. puulū est poculū: & acetabuli mēsura: ut Pli.

Porci sacres qui

VALLA.

BEne obsonaui. Cylindrus coquus rediens domū cū obsonio p foribus meretricis menaechmum peregrinum cus mesenione seruo uidens: ratus ciuem menaechmum: ut domum ingrediatur monet. is miratur: hominē q̄ irridet. ¶ Videon: an uideo. ¶ Eccum: ecce eum. ¶ In uidulo saluum fero. Admonuimus supra pēnem membrum uirile dixisse ueteres: & caudā: unde diminutiuum pēniculus: quem se in uidulo haberet: idest in saculo dixit seu in subligaculo. ¶ Numero huc aduenis: idest cito uł rationabiliter ita nanq̄ supra locutos ueteres ostēdimus. ¶ Ipsi na. deo mihi rñde: rñde igr mihi: pinde: atq̄ si deo maxio optio rñideas: hoc ē ex ai snia. ¶ Quibus hic p̄tus porci ueneunt sacres. Varro in rebus rusticis fere ad quatuor menses a māma nō disiungunt agni: hedi tres. porci duo equis: quonias puri sunt ad sacrificium: ut imolentur olim appellati: sacres quos appellat Pla. cum ait: quanti sunt porci sacres sic boues altiles ad sacrificia publica saginati dicūtur optimi. ¶ Iube te piari: purgari qa insanis. ¶ Coriandrus: & coliandrus: & coriandrus dicitur saemen satis notum. ¶ Sępissime cyathisso: idest cyathos administro. ¶ Perdiunt. perdiderint: afflixerit. ¶ Quamuis ridiculus est: q̄uis quantumcūq̄. ¶ Quod te urget scelus: quo scelere cōtaminatus.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ BOnum anteponā prandiū pran-

Cylindrus. Menaechmus. Sosicles. Messenio.

BEne obsonaui. atq̄ ex mea sententia
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menaechmum uideo a tergo meo,
Prius iam conuiuae ambulant ante ostium,
Q uā ego obsonatu redeo adibo atq̄ colloq̄r. Menaechme salue
Me. Dii te amabūnt quisquis es. scis quis ego sum? (uos sis.
Cy. Non hercle uero, ubi sunt conuiuae caeteri?
Me. Q uos tu conuiuas quaeris? Cy. parasitum tuum.
Me. Meum parasitum? certe hic insanus est homo.
Mes. Dixtin tibi esse hic sycophantas plurimos?
Q uem tu parasitum quaeris adolescens? Cy. tuum
Peniculum. mes. eccum in uidulo ego saluum fero.
Cy. menaechme numero huc aduenis ad prandium.
Me. Nunc ipso naturae deo mihi responde
Adolescens, quibus hic pretiis porci ueneunt
Sacres, sinceri. nummum unum en a me accipe
Jube te piari de mea pecūnia
Nam ego quidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.
Cy. Cylindrus ego sum. non nosti nomen meum?
Me. Seu tu Cylindrus, seu choriendrus, perieris.
Ego te non noui. neq̄ nouisse adeo uolo.
Cy. est tibi menaechmi nomen tantum, quod sciam.
Me. Pro sano loqueris, qui me meo appellas nomine.
Sed ubi nouisti tu me. Cy. ubi ego te nouerim,
Q ui amicam habeas heram meam hanc Erotium?
Me. Neq̄ hercle habeo, neq̄ ego te, quis homo scis. scio.
Cy. Non scis quis ego sim, qui tibi saepissime
Cyathisso apud nos, quando potas? mes. hei mihi
Q uom nihil est, qui cum illi homini diminuam caput.
Me. Tun cyathissare mihi soles? qui ante hunc diem
Epidamnum nunq̄ uidi, neq̄ ueni. Cy. negas?
Me. Nego hercle uero. Cy. non tu in illisce aedibus.
Habitas? me. dii illos homines, qui illic habitant perduint.
Cy. Insanit hic equidem, qui ipse maledicit sibi.
Audin menaechme? me. quid uis? Cy. si me consulas,
Nūmum illum. quem mihi dudum pollicitus dare,
(Nam tu quidem hercle certo non sanus satis
Menaechme, qui nunc ipsus maledicas tibi.)
Iubeas, si sapias, porculum afferri tibi.
Mes. Tu hercle insanus hō es multum & odiosus mihi.
Cy. Solet iocari saepe mecum illo modo,
Quamuis ridiculus est, ubi uxor non adest
Me. Quid ais tu? Cy. quiduis inquam? satin hoc, quod uides,
Tribus uobis obsonatus, an obsono amplius
Tibi, & parasito, & mulieri? Me. quas mulieres,
Q uos tu parasitos loquere? Mes. quod te urget scelus,
Qui huic sis molestus? Cy. quid tibi mecum est rei?

Ego

Ego te non noui, cum hoc quem noui, fabulor.
Me. Non ædepol tu homo sanus es, certo scio.
Cy. Iam ergo hæc mandentur faxo. nihil morabitur.
Proin tu nequo longius abeas ab ædibus.
Nunquid uis? me. ut eas maxumam in malam crucem.
Cy. Ire hercle melius est te intro. atq; accumbere.
Dum ego hæc appono ad uolcani uiolentiam.
Ibo intro, & dicam te hic astare erotio.
Vt te hinc abducat potius, q̄ hic adstes foris.
Me. iam ne abiit ille? ædepol haud mendacia
Tua uerba. mes. exterior sis. obseruato modo
Nam istic meretricem credo habitare mulierem,
Vt quidem insanus ille dixit, qui hinc abiit modo.
Me. Sed miror qui ille nouerit nomen meum.
Mes. minime hercle mirum. morem hunc meretrices habent.
Ad portum mittunt seruolos, ancillulas,
Si qua peregrina nauis in portum aduenit,
Rogitant quoiatis sit, quid ei nomen siet,
Post ille extemplo se applicant, agglutinant,
Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Me. Sane censeo. mes. nunc in istoc portu stat nauis.
Abs qua cauendum est nobis, prædatoria.
Me. mones quidem hercle recte. mes. tum demum sciam
Recte monuisse, si tu recte caueris.
Me. tace dum parumper, nam concrepuit hostium.
Videamus qui hinc egreditur, mes. hoc ponam interim.
Adseruatote hæc sultis nauales pedes.

foribus: hic uersus ita scribi debet: nec addenda sunt illa uerba: adibo: atq; alloquar: quādoquidem superflua sūt: neq; ulla metri: neq; sententiæ ratione hic apponi possunt: ut Pius Plauti rudis cōmentator apposuit. ⸿ Prius iam conuiuę. Isti tres uersus ita scribi: & inseri debent contextui: neq; dimitti: aut mutili in eo poni: ut fecit Pius ignauissimus interpres: nulla habita metricę legis: codicum ueterum: & sententiæ ratione. ⸿ Satres sinceri: nūmum unū en a me accipe: uersus hic ita scribendus est metri necessitate: & sententię concinnitate: nec dimittenda sunt illa uerba: nummum en. aliter. n. uersus non staret: quod Pius interpres arrogans nō aduertit: truncū interim legēs uersum. ⸿ Nam ego quidem insanū. ego quidem scriben. est metri necessitate: & non equidem ut Pius legit contra metri ipsius rationem: cui. v. tantum pedes essent: quū sex debeātur: quod a Pio cōmētatore nō est uisum. ⸿ Qui cum illi homini. i. cum quo. & ita addendum est: cum: metri necessitate: nam quinq; tantum pedibus constaret uersus: cui sex debent: & neq; hoc a Pio interprete uisum ē. ⸿ In illis ce ædibus scribe: addita prepositione in: & metri necessitate: & grāmaticę obseruatione: non. n. dicimus: tu habitas illis ædibus: sed in illis: q̄ uniq; Pius imperitus non aduertit absq; ppositione legēs. ⸿ Tu hercle insanus homo es multum & odiosus mihi: ita scribendum uersum hunc cēsemus. ut metricæ rationi: & sententiæ cōcinnitati factum sit satis: nec sic dimittēdus est mutilus absq; uoce illa: insanus. & interpositione coniunctiōis: & quæ etiā in codicibus antiquis est: ut fecit pius interpres plauti fœdus. ⸿ Quod te urget scelus: qui huic sis mol. hic pponi debet persona Messenionis pro domino suo contra cylindrum uerba faciētis: & illum increpantis: q molestus sit hero suo: & scribendum est sis: a uerbo sum: & nō scis a uerbo scio. ⸿ Quid tibi mecum est rei: & hic præponi debet Cylindri persona: & non Menæchmi: ut Pius scriptum reliquit: nullum sententię tenens ordinem: neq; intellectum.

⸿ Exterior sis. Pro extra sis: & contineas te. ⸿ Adglutinant. Coniungunt ab eo: quod gluten: uel glutinū quod gręci collam uocant. ⸿ Pellexerunt. Suis blandiciis attraxerunt. ⸿ Nauis prædatoria. ⸿ Instar piratarum sunt meretrices: cum homines suis illecebris aggrediuntur: prædantur: diripiunt. ⸿ Hoc ponam. Pro deponam onus. s. qd forte gestauerat. ⸿ Nauales pedes. Nautas dicit: uel itineris comites: & pedes pro pedites: uel forte nauales pedes remos intellexit: sed ubi hæc legitur: hos legendum esset. SARACENVS. Glutinū qd sit

⸿ HAEC madebūtq; inquit pro obsonio attuli: iam elixabuntur. ⸿ Proin: pro proinde. ⸿ Ad uolcani uiolētiā: ad flāmā ignis: ut coquant. ⸿ Haud mēdacia. ab eo q̄ ē hic & hæc & hoc mēdax mēdacia dixit. ⸿ Cuiatis sit. Qua de gente: antiq; dictū cuiatis pro cuias: ut sæpe supra. ⸿ Extemplo se applicant: adiungūt. ⸿ Agglutinant. adhærescunt. ⸿ Si pellexerunt. in suam adduxerunt sententiam. ⸿ Nauis prędatoria. mulier meretricula tanq̄ nauis prędatoria. ⸿ Hoc ponam interim. hoc inquit marsupium deponam. VALLA. Mendaciū unde dictū

⸿ Hæc mandentur. Cylindrus dicit: ego faciam: ut hæc opsonia cito comedantur. VGOLETVS ET GRAPA.

Erotium. Cylindrus. Menæhmus. Sosides. Messenio.

Sine fores sic. abi. nolo opperirier intus, para,
Cura tu qd̄ opust. Cy. fiat. er. sternite lectos. incēdite
Odores. mundicia illecebra animo est amantium.
Amanti amœnitas malo, sed nobis est lucro.
Sed ubi nam est ille, quem coquos mihi ante ædeis esse ait.

Si minus cum cura, aut catalogo loquendi lectum fiet.
Quin si inimicis usu est obsit mihi
Nam bene consultum surripitur sæpissime
Quippe si resciuere inimici consilium tuum, tibi
Tuopte consilio occludunt linguam, & constringunt manus,
Atq; eadem quæ illis noluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor nequis aut hinc ab leua, aut ab dextera
Nostro consilio uenator assit cum auritis plagis.
Sterilis hinc prospectus usq; ad ultimam plateam probe est,
Euocabo. heus Periplectomene & pleusides progredimini.
Pe. Ecce nos tibi obedienteis. Pa. facile est imperium in bonis.
Sed uolo scire eodem consilio, quod meditati intus sumus,
Si gerimus rem, pe. magis ad rem non potest esse utibile. (bi?
Pa. imo qd tibi Pleusides? Pl. qd ne nobis placet, displiceat mi-
Pe. quis hõ sit magis me⁹, q̃ tu es? Pl. loq̃re lepide & cõmode.
Pa. Pol ita decet hũc facer. pl. at hoc me facin⁹ miserũ macerat.
Meumq; cor, corpusq; cruciat. Pe. quid id est quod cruciat te?
Pl. Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia
Obiicere, neq; te decora, neq; tuis uirtutibus.

SARACENVS.  Ohibete intra limen. Palestrio cum pleuside & periplectomeno fallaciã ord. t. ut militẽ circũducant: sed prius inter se lõgũ psequuntur sermonẽ. ℱ Spolia capiat nris cõsiliis. i. uerba nostra surripiat: dũ simul loquimur. ℱ Obsit mihi. Nã ut est illud hesiodi apud Geliũ consultum male consultori pessima res est. ℱ Catalago. Est catalagus locus: ubi multi conueniunt loquentes: estq; sermo: & scriptura: quæ numerũ: uel ordinẽ demõstrat: & dispositionẽ cõtinet. ℱ Cũ auris plagis. Auribus. s. quibus tanq̃ retibus uerba captant: ẽ nobilis metaphora ab his sumpta: q retibus utuntur ad capiendas aues: ita auribus adstant: qui aliena q̃rũt scrutari consilia: plaga cũ primã producit signat pcussionẽ: cũ aũt corripit: rete. Vir. retia rata plagæ: sunt alia nominis significata. uid No. & Var. ℱ Sterilis pspectus. Quia ibi nullus conspiciebatur.

Catalogus quid sit

Palestrio quid sit

VALLA.  Ohibete intra limẽ. Palestrio: pleusides: & piplectomenus inter se ineunt cõsiliũ: ut militẽ circũueniãt: liberẽtq; philocomasiũ: subornẽtq; mulierẽ q̃si piplectomeni uxorẽ: q̃ militẽ maritũ poscat sibi. ℱ Ne uspiã insidiæ sint: ne alicubi sit: qui nostra obseruet cõsilia. ℱ Nostris spolia capiat cõsiliis. i. superare nr̃a q̃at cõsilia. ℱ Spolia capiat aurib⁹. i. nostra audiẽdo cõsilia: ne sibi cõsiliũ capiat: uñ possit eẽ superior. ℱ In cõsultũ si sit. i. nõ bene captũ cõsiliũ. ℱ Inimicis usui: utilitati cessurũ sit. ℱ Catalogo loquendi ratiocinio: & enumeratione: unde & homeri catalogus: ubi enumerant: qui ad excidendam troiã puenere: nã catalego enumero signĩt. ℱ Cũ auritis plagis. i. retibus aures hñtibus: nẽpe auribus. ℱ Sterilis hinc pspectus. i. nemo arbiter est nobis: qq; qd agamus psentiscat ad ultimã usq; plateæ ptẽ. ℱ Progredimini: ppius accedite. ℱ Vtibile: quo utamur. nã utilẽ hominẽ & utibilẽ dicimus. At de re potius utibilẽ dicimus: sicut utẽsile queadmodũ uas: in quo utile aliquid reponatur. ℱ Loquere lepide: hic loquere ea significatione: qua & loqueris.

ℭ ACHEront' ma.

Eaq; expetere te opibus summis mei amoris gratia.
Mihiq; amanti ire opitulatum, atq; ea facere facinora,
Quæ istæc ætas fugere facta magis, q̃ sectari solet.
Eam me pudet tibi in senecta obiicere sollicitudinem.
Pe. Nouo mō tu homo amas, siqdē te quieq; qđ faxis, pudet.
Nihil amas, umbra es amātum, magis q̃ amator pleusides.
Pl. Háccine me ætatem exercere mei amoris gratia?
Pe. Quid ais tu, ita ne tibi ego uideor oppido acherūticus,
Tam capulari stamine, tibi diu uideor uiuere.
Nā eqdē haud sum natus annos pter qnquaginta & q̃tuor.
Clare oculis uideo pernix sum manibus, sum pedes mobilis.
Pa. Si albus capillus hic uf, neutiq̃ ibi ingenio senex inest.
In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles.
pl. pol id quidem ita experior esse ut prædicas palestrio.
Nam benignitas quidem huius oppido ut adolescentuli.
pe. imo hospes magis quom piclū facies, magis nosces meā
Comitatem merito te amātem. pl. quid opus nota noscere.
pe. Quom apud te exēplū experiūdi habeas, nō eges foris.
Nā qui ipse amauit, amantis ægre ingenium inspicit, & ego
Amatoris aliquantum habeo, humorisq; etiam in corpore
Neq; dum ex arui ex amore, rebusq; uoluptariis.
Cauillator facetus, uel cōmodus conuiua item ero.
Neq; ego oblocutor unquam sum alteri in conuiuio.
Incōmoditate abstinere me apud conuiuas commode.
Commemini, & meæ orationis iustam partem persequi.
Et meam partem itidem tacere, quom aliena est oratio.
Minime sputator, screator sum itidem minime succidus.
post ephesi sum natus, nō enim in apulis, nō sum in umbria.
pa. Olepidū semisenē, næ, si quas memorat, uirtutes habet,
Atq; equidem plane eductum in nutricatu uenerio.
pe. plus dabo q̃ prædicabo ex me uenustatis tibi.
Neq; ego unq̃ alienum scortum subagito in conuiuium.
Neq; præripio pulpamentum, neq; præuorto poculum.
Neq; per uinum unq̃ ex me exoritur discidium in conuiuio.
Siquis ibi est odiosus, abeo domum, sermonem segrego.
Venerem, amorem, amœnitatemq; accubans exerceo.
Et quidem ædepol omneis mores ad uenustatem ingiter.
pl. Cedo treis mihi hoīes ɔtra aurichalco ēptos istis morib⁹
pa. At quidem illuc ætatis qui sit, non inuenies alterum
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico sit magis.
pe. Tu te me ut fateare faciam, esse adolescentē moribus.
Ita apud omneis comparebo tibi res benefactis frequens.
Opus erit ne tibi aduocato tristi, iracundo? ecce me.
Opus leni? leniorem dices q̃ mutum est mare.
Liquidus citusq; ero, q̃ uentus est fauonius.
Vel hilarissumum conuiuam me extimandum exprimā tibi.
Vel primarium parasitum, atq; obsonatorem obtumum.
Tum ad saltandum, non cinædus magis usq; saltat, q̃ ego,
pa. Quid ad illas arteis optes, si optio eueniat tibi?
pl. Huius pro meritis ut referri pariter possit gratia,

SARA CENVS.

ACHErōticus. Ita decrepitus: & morti propinquus. quasi sim illico ad inferos concessurus. ¶ Capulari stamine. Capularem senē diximus: capulo hoc ē feretro uicinū: stamie aūt dixit propterea q̃ parca dum morimur: rescindere nostrū dicitur stamen. ¶ Emusitata. Ad amussim facta: ut notat Festus. ¶ Orichalco. Qđ cæteris precio metallis aū celebrat. ¶ Cinædus. Saltator: & qui se subagitari patit: ideo iocoso morsu tangit palæstrio periplectomenem inquiens: quid ad illas artes opes scilicet i an præpostera libidine delectetur dixit.

Cinædus q̃ dicatur.

VALLA.

EA te expectere. i. adire. ¶ Ire opitulatū. opes ferre. ab ope enim idest auxilio uerbū est opitulor. ¶ Opido acheruntic⁹ idest ualde decrepitus & in extrema ætate cōstitut⁹: ut iā ad acherūtē fluuiū iferni itur⁹ nēpe moritur⁹ uideret. ¶ Tā capulari stamine. i. morti uicinus: sūpta de pcis similitudine: q̃ colū & stamen gestare phibentur uulgo hæc notiora q̃ ut pluribꝰ explicāda uideant. Capulū supra quoq; cōmonuimus feretrum dici: unde & capularis senex nomē habet. ¶ Emusitata: pensiculata: examinata: cogitando si qdē musitamus. ¶ Ingenua. naturalis. ut Iuue. Ingenuū uiolaret marmora tophum. Lucretius: uiā mare igenui fōtes. ¶ Neq; dū exarui. i. nec dū arefactus tā sum: ut amore nō capiar. ¶ Vel cauillator facetus. cauillationē: quā græci scoma dicūt: & cauillari a nostris: qđ ab illis scoptin. nēpe urbano aliquo dicto uelicando. ¶ Screator sum: nō soleo igr screare. ¶ Minime: succidus: nō succo redūdās: nō humore superfluo. ¶ Neq; puorto coculū. Fest. Cocula uasa ahenea coctionibus apta. alia cocula dicunt ligna minuta: qbus facile decoquantur obsonia. ¶ Orit̄ dissidiū. i. disconueniunt: ac dissidēt mea cū. ¶ Sermonē segrego: non collocor. ¶ Accubās exerceo. i. iacens non erectus. ¶ Cedo tres mihi hoīes orichalco ita emptos. i. magno pcio. Admonnimus. n. supra: ut maiorē pcio olim fuerit orichalcū q̃ aurū. Quā mutū ē mare: Cū nullis agitat̄ uētis. Quā uētus ē fauonius. q a græcis zephyrus appellat̄: qđ faueat rebus e terra nascentibus. ¶ Obsonatorē: obsonii structorē. ¶ Ad saltandū nō cynædus magis: nā et ide cinædi noūr cino. n. moueo: & ado cano signt.

Opitul⁹ unde

Capulū qđ sit.

EMVsitata ad amusim facta: auctor sex. Pompe. idest ad regulam. Est enim amusis regula fabrorum: uelut alii uolūt ferramentum: quo in poliēdo utuntur. ¶ Cinedi dicti sunt apud ueteres saltatores: uel pantomimi παρα τοδιν κι/νειδ αιτο κινειν Plautus in aul. Ita fustibus submollior magis q̃ ullus cinædus. Idem in Sticho. Lepidam: & suauem aliquam occupito cinædicam. Lucilius. satyr. li. i. Stulte saltatum te interuenisse cinædos.

Cano qđ signt.

VGOLETVS ET GRAPA.

Emusitata.

Cinedi saltant.

SARACENUS Matronalia q̃ dicant ¶ SVmat. Pro absumitur. ¶ Hilaritus. Pro hilare. & animo quodam: & uultu liberiore. ¶ Kalendæ martiæ. Quæ matronalia dicebantur. eo q̃ uiri pro cõseruatione cõiugii supplicant: erat dies Festus matronis: ut testatur acron: in quo matronæ cõsueuerant seruis cœnã dare: sicut uiri diebus saturnalibus: unde Hora. ad huc cõsuetudinẽ alludẽs inquit. Martiis celebs quid agã Kalendis: quippe nõ erat matronalia festa celebraturus: sed priuatũ sacrificiũ factu/rus: q̃ ab arboris ictu incolumis euasisset. ¶ Quinquatribus Diebus festis in honorẽ mineruæ Martio mense: & di/ctus est quinquatrus: q̃ post diẽ quintum iduũ celebraretur: ut trimatrus: & sexatrus: & septimatrus: & huiusmodi reliqua. ¶ Quo supercilio spicit. i. quo uultu intuetur. s. iracũdo: & maligno: spicio enim uerbo ueteres utebantur: quod modo in usu non est: unde aspi/cio: inspicio: & reliqua.

Tibiq̃, quibus esse me experior summæ solicitudini.
At tibi tanto sumptui esse mihi molestũ ẽ. Pe. mortuus es.
Nam in mala uxore, atq̃ inimico, siqd sumatur, sumptus est.
In bono hospite atq̃ amico, quæstus est, quod sumitur.
Et quod in diuinis rebus sumas sumptus, sapiẽti lucro est,
Dein Deum uirtute euntem hospitio accipere, apud me est comitas.
Es, bibe, animo obsequere mecũ, atq̃ onerato hilaritus me.
Liberæ sunt ædes, liber sum autẽ ego, me uti uolo liberẽ.
Nam mihi, uirtute deum dicam, propter diuitias datas
Licuit uxorem dotatam genere summo ducere.
Sed nolo mihi oblatratricẽ in ædeis intromittere.
Pl. Cur non uis? nam procreare liberos lepidũ est onus.
pe. Hercle uero liberũ hominem esse, id multo est lepidius.
pl. Tu homo & alteri sapienter potis es consulere, & tibi.
pe. Nam bona uxor, si ea quidem deducta est usq̃ gentium,
Vbi ea possit inueniri? uerum ego ne eã ducam domũ,
Quæ mihi hæc dicat, ẽme mi uir lanam, unde tibi palliũ
Malachũ, & calidũ, cõficiantur tunicæ mihi hibernæ bonæ,
Ne algeã hac hyeme, ho:, hoc nunq̃ uerbũ ex uxore audiã.
Et priusq̃ galli cantent, quæ me somno suscitet.
Da mihi uir calendis quæ mittam, quom martiæ uenerint,
Da qui faciat, qui condiat, da quod dem quinquatribus
Percantatrici, collectrici, ariolæ, atq̃ haruspicæ.
Flagitium est, si nil mittetur, quo supercilio spicit.

VALLA. ¶ QVibus: subaudi rebus experiẽdũ esset. ¶ Quod sumitur. i. impenditur: nam inde etiã sumptus dictus. ¶ Cne/taio. subaudite. ¶ Hilaritus: aduerbi/um: ut humanitus. ¶ Oblatratricem. q̃ mihi domi ob ingentem dotẽ obloqua/tur tanq̃ oblatrans canis. ¶ Palliũ ma/lachum: uestem mollẽ. ¶ Da mihi uir calẽdis. ita enim mariti dabant. Hora. martiis cælebs: quid agã calendis. Calende unde dicte Ca/lendæ dictæ: q̃ põtifex calata. i. uoca/ta in capitolium plebe q̃ numero dies a calendis ad nonas superessent pronun/ciaret. ita ut quintanos dicto quinques uerbum calo septimas repetito septies prædicaret. Verbũ autem calo uoco si/gnificat: & q̃a primus dies ex his: qui calarentur: calẽdas uocari placuit. Mi/nor autẽ pontifex numerũ dierum qui ad nonas supessent: calẽdo prodebat: quo primus nouam lunam exponebat: ut nonarum die populares: qui in agris essent: cõfluere in urbẽ oporteret: scitu/ros: quod esset eo mense faciendũ: hinc Nonę unde dicte nonas quidã dictas putãt: quasi nouæ initiũ obseruatiõis: uel quod ab eo die ad idus nouẽ putẽtur dies: sicut apud thuscos nonæ plures habebãtur: quod in nono quoq̃ die regẽ suum salutarẽt: ac de suis consulerent negotiis. Idu/um porro nomen a thuscis: a quibus is dies itis uocabatur: quod Iouis fiduciam uolebant significare: unde & omnes idus Iouis ferias obseruari uoluere. Idus unde Alii putant idus q̃ ea die plena luna uideretur: a uidendo idus detracta u littera: ut a græcis ido: q̃ nos uideo. Alii putant ab eo: quod est idos. i. species: q̃ eo die plenam speciem luna demonstrat. Sunt qui existimẽt idus ab ioue idu/li dictas: quæ a thuscis ita uocatur. & cunctis idibus ioui imolatur. Alii quod mensem diuidat. Iduare enim etrusca lingua diuidere: inde uidua quasi ualde idua, idest diuisa: aut a uiro diuisa: sane ut idus ioui. ita calendæ Iunoni at/tributæ: ut ueterum confirmat auctoritas. ¶ Da qui faciem condiam. i. perpoliam & exornem. ¶ Da quod dẽ quin/quatribus. Festus. Quinquatrus appellari quidam putant a numero dierum qui fere his celebrantur: qui scilicet er/rant tam hercule q̃ qui triduo saturnalia & totidem dies compitalia: nam omnibus his singulis diebus fiunt sacra: forma autem uocabuli eius exemplo multorum populorum italicorum enunciata est: quod post diem quintũ iduũ est his dies festus: ut apud Tuscu. triatrus: & sexatrus. Mineruæ autem dicari eum diem existimãt. quod eo die ædis eius in Auentino consecrata est. ¶ Quæ supercilio idest superbia: & supercilium translatiue pro montis capitur ca/cumine. Vir. in georgicis. Ecce supercilio cliuosi tramitis undam. Elicit. illa cadens raucum per leuia murmur. sa/xa ciet. ¶ Spicit priscum est. nunc non nisi compositum dicitur. Ennius libro. xvi. Quos ubi res paulo spexit de mõ/tibus celsis. ponitur etiam spectio in auguralibus pro aspectione enuciationis: ut festus: quia omne ius sacrorum habẽt auguribus. Idem inquit: spectio dumtaxat: quorum consilio rem gererent magistratus: non ut possent impedire nũ/Spectio qd sit. ciandoque cum uidissent satis spectio sine nunciatione data est: ut ipsi auspicio rem gererent: nõ ut alios impedirẽt nunciando. Inde speculum: & specula locus eminẽns: unde prospectus longe: lateq̃ pateat. specular quoq̃ fenestræ qua speculamur. Iu. Quæ uehitur clauso latus specularibus antro. hinc specillum: quod oculis admouemus uitreum instrumentum: quo facilius spectemus aliquid. Dicitur etiam specillum instrumentum ferreum ad præsentandum uulnerum altitudinem. Specillum item uocari ait opilius aurelius capræ barbam.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ VIRTVS fortitudo est. Vergi. æn. v. Tunc pudor incendit uires: & conscia uirtus: uirtus significat auxilium. Plautus in milite. Deum uirtute euntem hospitio. & uirtus meritum est: & dignitas Plau. in milite. Quæ improba est iners præcium eis: ut pro uirtute ueniant ex Nonio.

¶ PAtrica.

SARA CENVS.

¶ PATRICA. Vel patrita: ut auita quae patris sit: & aui. Cice. patritã: & auitã dixit philosophiã. i. a maioribus & superioribus traditam. ⁋ Obstetrix. Quae ab ope fereda dicit: uã ab obstetricibus parturiẽtes fer opẽ clamant. Do. ⁋ Nutricuot. Aliũ. quo uerbo usus est Cice. in q̃onibus tusculanis. ⁋ Memerẽ. Corrigo metuerẽ: quod uerbũ reiteratur in sequẽnti uersiculo. ⁋ Ea mihi insignitos. Hos duos uersiculos in ueteribus codicibus adinuentos: q in ipressis codicibus non cõparẽbant: reponẽdos curaui in plautinũ pensũ: adducitur pterea a festo in suis fragmentis: cum ualgũ uerbum interpraetatur. ⁋ Insignitos. Aliquo uicio uel nota famosos. ⁋ Varũ: Hominẽ obtortis plãtis. ⁋ Valgum. Qui obuersas suras habet. ⁋ Cõparationẽ hoiem genibus plus iusto cõiunctis ut Festus annotauit: uel a lõgis pedibus: ut placet No. ⁋ Bronchũ. Sunt brõchi a labris labeões dicti. Producto ore: & dentibus prominentibus: ut testat Marcellus: & itẽ Pli. in. xi. ⁋ Qui aegre seruat. i. q libẽter exponit. ⁋ Vno exẽplo. Eodem modo: & ea naturae legae.

Valgus q dicatur.

Tum patrica clementer, non potã est inquit munere.
Iampridem, quia nihil abstulerit, succenset celaria.
Tum obstetrix expostulauit mecũ parum missum sibi.
Quid, nutrici non missuros quicq̃, quae uernas alit?
Haec atq; huius similia aliam damna multa mulierum.
Nunc uxorẽ prohibent mihi, & quae huius sermonis erant.
pa. Dii tibi sunt propicii hercle, nam si istã semel amiseris
Libertatem, haud facile te in eandẽ restitues locum
Pl. At illa laus est magno in genere & diuitiis maxumis,
Liberum hominẽ educare generi monimentum & sibi.
Pe. Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?
Nunc bene uiuo, & fortunatae, atq; ut uolo, atq; aio ut lubet.
Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos partiant.
Illi apud me edunt, me curant, uisunt qd agã, ecquid uelim.
Priusq̃ lucet, assunt, rogitãt, noctu an somnũ coeperim.
Eos pro liberis habeo, quin mittunt munera,
Sacrificant, dant inde partẽ mihi maiorem, q̃ sibi.
Abducunt ad exta me, ad se ad prandiũ, ad coenam uocant.
Ille miserrumum se retur, minimum qui misit mibi.
Illi inter se certant donis, ego mecum musito.
Bona mea inhiant, certatim nutricant & munere,
Pa. Nimis ratione bona nimiumq; apte tu multa uides.
Et tibi sunt gemini, & tergemini, si te bene habes, filii.
pe. pol si habuissem, cepissem satis miseriarũ, liberis
Censerem emori, cecidisset ne ebrius, aut de equo uspiam,
Metuerem, ne ibi defregisset crura, aut ceruices sibi.
Ea mibi insignitos pueros pariat postea.
Aut uarum, aut ualgum, aut comparationem, aut petum, aut brocchum.
pa. Huic homini dignũ est diuitias esse, diu uitam dare,
Qui aegre seruat, & qui bene habet, suisq; amicis uolt uolup.
O lepidum caput, ita me dii deaeq; ament, aequom fuit.
Deos parasse, uno exemplo ne omnes uitam uiuerent.
Sicuti merci precium stat, pro uirtute ut ueneat.
Quae improba est pro mercis uitio dominũ pretio paupat,

¶ TVM petreia: uocabat: quae pompam pcedens in coloniis: aut municipiis imitebatur anum ebriã ab agri uitio petrens appellata. ⁋ Non potis est: non possibile est. ⁋ Succẽset celaria. irascit: quae cellis pregst. ⁋ Eox postulauit mecum. i. cõquerẽdo poposcit. ⁋ Generi monumẽtũ. Vt genus longius propagetur. ⁋ Qñ habeo: qñ pro siquidem. ⁋ Priusq̃ lucet: ante diẽ. ⁋ Partẽ mihi: subaudi sacrificiorũ. ⁋ Seretur: existimat se: qui me paruz cumulate affecit. ⁋ Mecũ musito. Reputo ista i animo. ⁋ Bona mea inhiãt. desiderãt: cõcupiscunt: quod in magna cupiditate rictus diduci cõsueuerit. ⁋ Certatim inter se cõtẽdentes muneribus. ⁋ Censerẽ moerorem: mecuz reputarem moesticiam. ⁋ Aut ceruices sibi: hunc locuz ex aliis auctoribus citãtibus: haec uerba didicimus hos deesse binos uersus. ⁋ Ea mihi insignitos pueros pariat. Postea aut uarrũ: aut ualgũ: aut ꝯparnẽ: aut petũ: aut brochũ filiuz. ⁋ Ea mihi. subaudi uxor. ⁋ Insignitos pueros pariat: malo aliquo puẽtos. ⁋ Varũ. intortis cruribus dixere ueteres. Hora. in libro sermonũ. Hunc uaruz distortis cruribus. ⁋ Aut ualgũ. No. ualgũ est proprie intortum. neuius. militibus pomeciuẽsibus ualgus: ueternosus. genib⁹ magnitalis turgidus. festus quoq; ualgos opilius: aurelius: aliiq; cõplures aiũt dicis qui diuersas suras habeãt. Pla. i milite glor. metuerẽ ne tibi: &c. Aut cõpationem. s. p. cõpatiões noiantur hoies genibus plus iusto cõflictis: uel a lõgis pedibus cõparationes dicti: ut tradit No. ⁋ Petum. qui obtortos habet oculos: strabo appellatur: qui leuiter declinatos petus. Hora. strabonem appellat petum pater. ⁋ Aut brochum filium. Pli. lib. xi. Non alii animalium nares eminent auibus serpentibus piscibus foramina tantum ad olfactus sine naribus: & hinc cognomina simorum silonũ septimo mense genitus saepe numero foramina aurium: & narium defuere labra: quibus brochi labeones dicti. Idem paulo post absumpta hac obseruatione senectus in equis: & caeteris ueterinis intelligitur dentiũ brochitate. No. brochi sunt producto ore: & dentibus prominentibus. Lucillius lib. iii. satyrarum nouit lanius dẽte auerso brochus hic est rhinoceros. ⁋ Pro uirtute. subaudi merciũ. ⁋ Pretio paupat. suã uilitate pauperem facit.

VALLA.

Varus qui sit.

Petus q dicatur.

Brochi q dicantur.

¶ QVAE huius similis sermonis erãt: delenda est dictio similis uti superfluens: & quae uersum de statu suo deiicit. ⁋ Censerem emori ex codicibus antiquis: in quibus omnibus scriptum est: censere me mori: & ex sententie congruitateq; est ut dicat: censerem me propter liberos emori. non cauerem: mererem: ut corrigit Pius uanus interpres mẽtiens ita esse in priscis codicibus: id enim est falsum prorsus.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS. Annona q̃ & uñ dicat

¶ Disperdisse. Melius dispartisse: ab eo: quod est partio: quod significat distribuo: & partes facio: & accõmodatur sensui: nam bonis optat longæuam uitam dari: malis uero interitum. & propterea uitam humanam hoc pacto bifariam dispartiri. ¶ Annona. Anni alimonia: quæ nõ tm̃ frugum. sed aliarum quarũcunq; rerum dici potest. Cicer. putaram in macello annonam cariorem fore: annonam etiã uegetius posuit: quod militibus datur stipendiũ. ¶ Ite astodorum illas. Sunt sane ista portenta uerborum: quæ in omnibus codicibus inueniũtur: sed si licet locũ exanimẽ saltem reddere seminiuũ: hoc modo legas paucis demutatis: uerum ubi decẽ dies continuos iterasti domũ illos: hoc est reuerti: & redire fecisti in domũ tuam: & sic erit planissimus intellectus. Mortẽ remigiorẽ. Legerẽ morem: non mortẽ: remigiorẽ autẽ obsequẽtem dixit: nam sicut nauis remo ad placitum trahit: ita qui facit quod sibi placitum est: sibi obsequitur: & morẽ gerit. ¶ Proletario. Plebeio: & cõi & nimis ab omnibus usitato: sunt dicti proletarii: qui nihil rei publicæ exhibeãt: præter plẽ: q in tenuissima plebe erãt: & nõ ãplius q̃ mille & qngẽtos æris icẽsum deferebãt. ¶ Offã pẽnitã. Offã porcinã cum cauda dixerunt: de perna autẽ: & congro: & aliis dictũ est ab sideri pcedẽtib'.

Proletarii q dicant.

VALLA. ¶ INGEnuatus esset. igenue procreatus: & ingenue uitam ducens. ¶ Esset his annonia uilior: idest uictus copiosior. quia paucis hominibus pauca annona sufficeret. ¶ Deuorti potest. deorsũ ab aliis locis declinare. ¶ Iterasti. repetiuisti. ¶ Morẽ remigiorem. ad obeundum negotium faciliorem: ut remigio facilius impellitur nauis. ¶ Si certum tibi. Si ita constituisti. Mihi quoduis sat est. Quodcunq; præbueris satis esse poterit. ¶ Nam prolætario sermone: idest puulgato quid sit proletarius apud Aulum gelium lib. xv. cap. x. pluribus uerbis q̃ hic sit necessarium referre explicatum inuenias. festus. Proletarium capite censum dictum quod ex his ciuitas constet: quasi proles progenie iidem: & proletanei. No. proletarii ciues appellabãtur: qui in plebe tenuissima erant: & non amplius q̃ mille: & quingentos æris incensum deferebant. Enn. i annali. proletarius publicitus: scutaq; ferriq; ornatas. ¶ Quando accubuere: ad mensaȝ discubuere. ¶ Pernam nihil moror. nolo mihi suillã hãc carnem salsam. ¶ Aufer illam offam penitam. No. peniculamentum a ueteribus pars uestis dicitur. Ennius: pendent peniculamenta unum ad quemq; editum. Luc. peniculamenta uere reprehendere noli. Cecilius: uolat sagus simul uolat peniculamentum. Pennes antiqui uocabant a qua antiquitate etiã nunc offa porcina cum cauda in cœnis puris offa pennita uocatur: & penniculi quis calciamenta tergentur: quod e codis extremis faciebant antiqui dictus est forsitan a pendendo. ¶ Conger frigidus: qui & congrus longitudine anguillæ uel murenæ per similis.

Penicula mẽtum q sit.

Itidem diuos dispertisse uitã humanã æquom fuit.
Qui lepide ingenuatus esset, uitam longinquã darent.
At qui improbi, & scelesti, iis adimerent animam cito.
Si hoc parauissent, homines essent minus multi mali.
Et minus audacter scelesta facerent facta, & postea
Qui homines probi essent, esset his annona uilior.
Pe. Quid deorum consilia culpes stultus inscitusq;, sic
Qui deos uituperes? nunc iam istis rebus desisti decet.
Nunc uolo obsonare uel ut hospes te tua ex uirtute meæ
Domi accipiam benigne, lepide, & lepidis uictibus.
pl. Nihil me pœnitet iam quanto sumptu fuerim tibi.
Nam hospes nullus tam in amici hospitiũ deuorti potest,
Quim ubi triduum continuũ fuerit, iam odiosus fiet;
Verum ubi dies decẽ continuos ire ad eundem instat,
Tametsi dominus non inuitus patitur, serui murmurant.
pe. Seruienteis seruitutem ego seruos introduxi mihi
Hospes, nõ qui iperarẽt mihi, quibus ego essem obnoxius.
Si illud ægrest, mihi quod uolupe est, meo aio morẽ gero.
Quod tamen odiose faciundum, fit malũ atq; in gratiis.
Nunc quod occœpi, obsonatũ pergam. pl. si certust tibi,
Cõmodũ obsona, nec magno sumptu, mihi quoduis sat est.
Pe. Quin tu istanc orationem hinc ueterem atq; antiquam amoues?
Nam proletario sermone nunc quidem hospes utere.
Nam hi solent, qñ accubuere, ubi cœna apposita est, dicere,
Quid tibi opus fuit hoc sumptu tanto nostra gratia?
Insanuisti hercle, nam idem hoc hominibus sat erat decem.
Quod eorum causa obsonatum est, culpãt, & comedũt tñ.
Pa: Fit pol illud ad illud exemplum, ut docte & perspecte sapit.
Pe. Sed idem hoies nunq̃ dicũt q̃q̃ appositũ est ampliter.
Iube illud demi, tolle hanc patinam, pernam nihil moror.
Aufer hinc illam offam penitã, probus hic cõger frigidus.
Remoue, abi, aufer, neminẽ eorum hæc asseuerare audias.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ PArasse metri necessitate. non pauisse: ut legit Pius. ¶ Precium stat pro uirtute ut ueneat: legendum est: ex cõgruitate sententiæ: & recta grãmatica: & metri necessitate: non statuit contra legem metri: & latinam constructionem: nec ueniat: nisi soloecum facere uelimus: ut utrobiq; indoctissime legit Pius interpres. In codici. antiquis non est dictio illa: uobis: propterea delendam putauimus. ¶ Meo animo morem gero: scribendum censuimus: metri ratione: sensus concinnitate. & ueterum codicum scriptura suffragante: in quibus scriptum est: me hominem remigiorem gero: non mortem remigiorem: ut nugatur Pius: remigiorem exponens. insulse: & inepte: pro obsequibiliorem: cum ea dictio nullibi apud latinos uisa: neq; audita sit. ¶ Penem inquit. F. Pompeius. caudam uocabant. unde & offam porcinam cum cauda offam penitam dicebant. Hinc & penicillo dicimus: quibus calciamenta terguntur: qui de caudarũ extremitate fiunt penis deniq; a pendendo uocata est.

Prolectarius sermo. Insanuisti. Penitam offam.

¶ Procellunt

Sed percellunt,sed procudūt,dimidiatim dū appetunt.
Pa.Bon'hercle ut malos descripsit mores.Pe.hād cētesimā
Partem dixi,atq; ocium rei si sit,possum expromere.
Pa.Igitur id quod agitur,nūc hoc primum præuorti decet.
Nunc huc animū aduortite ambo,mihi opus est opera tua
Periplectomene,nam ego inueni lepide sycophantiam.
Qui miles admutiletur cæsariatus, atq; uti
Huic amanti ad Philocomasium hanc efficiamus copiam,
Vt eam hinc abducat,abeatq;,Pe.dari istanc rationē uolo.
Pa.At ego mihi ānulū dari istūc tuū uolo.Pe.quā ad rē uis?
Pa.Quando habebo igitur rōnem mearū fabricarū dabo.
Pe.Vtere?accipe.Pa.accipe a me rursum rationem doli,
Quā institui.Pl.ppurgatis ambo damus tibi operā auribus.
Pa.Herus meus ita magnus mœchust mulierū,ut neminem
Fuisse æq;,neq; futurum credo.Pl.crēdo ego istuc idem.
Pa.Itaq; Alexandri præstare prædicat formā suam.
Itaq; se omneis ultro sectari in Epheso memorat mulieres.
Pe.Aedepol quid de isto multa?scio te nō mentirier.
Sed ego ita esse,ut dicis teneo pulchre,proin Palestrio
Quam potes,tam uerba confer maxume ad cōpendium.
pa.Ecquam tu potest reperire formā lepida mulierē,
Quoi fallaciarum mens,corpusq; sit plenum & doli.
pe.Ingenuā an libertinā?pa.parui istuc facio,dūmodo
Eam des,quæ sit quæstuosa,quæ alat corpus corpore.
Quoiq;,sapiat pectus,nam cor nō potest,quod nulla habet.
pe.Lautam uis?an quæ non dū sit lauta?pa.sicco succidam,
Quam lepidissumā potes,quāq; adolescentē maxume.
pe.Habeo eccillam clientā meā,meretricē adolescentulā.
Sed quid ea usus est?pa.ut ad te eam iam deducas domum.
Itaq; eam huc ornatā adducas matronarum modo,
Capite compto,crineis uittasq; habeat,assimuletq; se
Tuam esse uxorē,ita præcipiendū.pl.erro quā istās uiam.
pa.At scietis postea,sed ecquæ ancilla est illi?pe.ē primita.
pa.Ea quoq; opust ita præcipio mulieri,atq; ancillulæ
Vt simulet se esse tuam uxorem,& deperire hunc militem.
Quasiq; hūc annulū Famesæ ancillæ dederit,ea porro mihi,
Militi ut darem,quasiq; ego rei sim interpres.pe.audio.
pa.Ne me surdum uerbera,tu si audis,ego recte militi
Dabo,tua mihi uxore dicam delatum,& datum,
Vt se ad eū conciliarē,ille eiusmodi est,cupiet miser.
Qui nisi adulterio studiosus,nulli aliæ rei est improbus.
pe.Non potuit repperire,si ipsi soli quærendas dares,
Lepidiores duas ad hanc rem,q̄ ego,habe animū bonum,
pa.Ergo accura & properā,nunc tu ausculta mi pleusides.
pl.Tibi sū obediēs hoc facto.pa.miles domū ubi aduenerit,
Memineris ne philocomasium nomines.pl.quā nominem?
pa.Dic eā.pl.nēpe eādē,q̄ dudū cōstituta ē.pa.pax,abi.
pl.Meminero,sed qd meminisse id refert?pa.ego.n.dicā
Tibi tum demū,quando usus poscet,interea tace.
Vt quom etiam hic agit,actutū parteis defendas tuas.
pl.Ego eo intro igitur.pa hæc pcepta,sobrie ut cures,face.

¶PROcellunt.i.procumbunt:et prosternunt. ¶ Qui admutiletur.i.qua adtondeatur:hoc est fallatur: & plectat: allusio est ad illud cæsariatus. ¶ Alexandri.Paridis. ¶ Per in: Vel pro in: pro proinde. ¶ Quæ alat corpus corpore:hoc est uictum quærat ex corpori quæstu. ¶ Consuccidam.Impuram: imundam:nam succidam lanam dicimus:quę talis sit:qualis succisa est una cum sordibus:alias succida caro sollita dr̄ in necessariū usum seruata. ¶ Primita.Pro prima:& primitus primus. ¶ Ita pcipio mulieri. Vel pcipito.

SARACENVS.

¶SED procellunt:in procellæ modū se inserunt. ¶ Procumbūt: prosternūt. ¶ Dimiditatim appetunt: sibi uolunt dari partē dimidiam. ¶ Preuertim decet poccupare. ¶ Qui.i.ut. ¶ Admutiletur:extenuetur. ¶ Cæsariatus.Cæsariæ comptus. ¶ Perpurgatis. Intentis alii rei nou obnoxiis. ¶ Itaque alexandri.qui regis priami filius. ¶ Pergin palestrio.An tu ultra uis tēdere. ¶ Ad compēdiū.Ad breuiloquiū. ¶ An ne libertiuam:quæ olim seruitio fuerit obnoxia. ¶ Quod nulla habet. Nulla inquit mulier cōcorde est:excordesq; sūt omnes. ¶ Cōsuccidā.Quæ succi habeat multū opulētula inq̄. ¶ Crinis. pro crines distiuctos capillos:nā; crino discerno dicit. ¶ Vittasq;.i.capillos uittis redimitos. ¶ Ecquæ ancilla est illi? Nunquam habet ancillam? ¶ Est priuita idest unica.priuum enim unicum dixisse ueteres testatur Aulus gelius:& hinc priuilegium dici. ¶ Quasi hunc annulum famesçę ancillę dederit:idest famulæ.sicut famusceum dixere ueteres.quod nunc seruitium:q̄q̄ uideo loco s in quibusdam l legi. Ancilla: quæ ancillauit.i.seruit quo uerbo frequenter utitur Cice.ne dum iuniores. ¶ Mi si adultero studiosus: & adulterii: & adulterio studiosus. ut multa utroq; uersus dicuntur nomina. ¶ Rei nulli aliæ:ita ueteres declinabant:ut etiam Prisci.meminit. Aliæ ergo pro alii:ē ergo sensus:in ore nulla alia.nisi i adulterio est improbus. ¶ Pax abi.satis est iquit:nec plura loquitur. ¶ Precepta: quæ ego pręscripsi. ¶ Sobrie:sine ulla titubatione.

VALLA.

Crino qd dicatur.

Priuum qd sit.

¶CLIENTAM pro cliente posuisse Plautum testis est Festus Pompeius.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS



Vantas res turbo. Dum monet perplectomenes: ornariq; ad fallaciā mulieres: palestrio una cū puero cellario cōtentionis causam afferūt.

Cēturiati q dicātur.

Si centuriati. A re militari sumpta ē translatio: nam centuriati dicūtur: qui explendæ militiæ causa subiiciunt se ad supplementum ordinum. Manipulares. Qui sub eodē erant manipulo .i. uexillo: portabant enim manipulum herbæ suspensū pro uexillo. Oui. pertica suspēsos portabat longa maniplos: idē manipularis nomina miles habet. Stertit. Est stertere profundissime dormiēdo sonū in naribus emittere. Magnum clamat: pro ualde stertit. Nardini .i. odorati uini. Suppromus. Et idē promus a promendo. Neq; enim fœminas octo. Miror profecto eorum diligentiam: qui in emendādo hoc opere plurimum laboris prædicant impendisse. locumq; hunc tam indiligenter prætergerint: quid enim sēsus afferat illud fœminas nō uideo: audacter ergo dixerim: heminas dicēdum esse. est nāq; hemina mensuræ genus: quæ dimidium continet sextarii: ab hemis: q semis significat: quod docet Aulus Gelius: unde etiam heminaria pro mediocri accipitur: id quod uidetur innuere nō urnam: nō sextarios: quæ maiores mensuræ sunt: sed heminas prompsisse ueluti mediocres: urceus autem uas: quo aqua: uel uinum in urnam infunditur: cuius est diminutiuum urceolus. Exuūt. Non corrigo: sed tm̄ signo: forte non male hausit.

Hemina qd sit.

Si falsa dicis. Loquitur ibi rectius palestrio q̄ puer. Potest sagina. Legerem postea. Hic illi celebro capite sistebas cadū. Omnia mēdis: & erroribus scatent: nec mihi uisū est ad oēm emēdationem esse festinādum: ppea huius sceneç errata nōnulla omisimus: & consulto prætersiuimus: ne forte nos arguāt: qui qnq; post nos inuenerint meliora. Vostrā fidem. Scilicet imploro.

VALLA.

Vātas res turbo. Palestrino sciscitari uolēs. qd agat sceledrus longiorē cum lucrione puero habet orationē de re familiari. Cōcubinā militi. nēpe philocomasiū. Si centuriati .i. bene parati: & expediti: quasi sub cēturione unde & sub cēturiatti. Do. succēturiati dicunt: q explēdę gratia subiciunt se ad supplementū ordinū: & est translatio a re militari. Manipulares mei idest milites sub eodē manipulo. Tetigit calicē .i. potus est: ac ebrius. Dimisit nardini unā amphorā cellarius .i. qui cellæ uinariæ pest uinum e nardo cōcinatū dimittit. Eiusmodi nāq; uinum confert stomacho: & capiti:

Succenturiati q dicāt.



Palestrio. Lucrio puer.



Vantas res turbo, quantas moueo machinas.
Eripiam ego hodie concubinam militi.
Si centuriati bene sunt manipulares mei.
Sed illum uocabo, heus sceledre, nisi negiocum,
Progredere ante ædeis, te uocat palestrio.
Lu. Nō opa est sceledro. pa. quid iā? Lu. sorbet dormiens.
Pa. Quid sorbet? Lu. illud, stertit uolui dicere
Sed quia consimile est, quod stertas, quasi sorbeas.
Pa. Ebo an dormit Sceledrus intus? Lu. nō naso quidem.
Nam eo magnum clamat, tetigit calicem, clanculum
Dimisit nardini unam amphoram celarius.
Pa. Ebo tu scelefte, qui illi suppromis, eho tu.
Lu. Quid uis? pa. qui libitum est illi condormiscere?
Lu. Oculis opinor. pa. non te istuc rogito scelus.
Procede huc, periisti iam nisi uerum scio.
Prompsisti tu illi uinum? Lu. nō prompsi. pa. negas?
Lu. Nego hercle uero, nam ille me uetuit dicere.
Neq; equidem heminas octo exprompsi in urceum,
Neq; illæ hic calidum exuunt in prandium.
pa. Neq; tu bibisti? Lu. dii me perdant, si bibi.
Pa. Qui iā? Lu. qa enim obsorbui, nā mihi nimius calor
Comburebat gutturem, alii sunt ebrii,
postq̄ potarūt. pa. bono cella suppromo credita.
Lu. Tu hercle faceres idem, si tibi esset credita.
Quoniam æmulari non licet, nunc inuides.
pa. Ebo an nunq̄ prompsi antehac? responde scelus.
Atq; ut tu scire possis ego dico tibi.
Si falsa dicis, faxo iam excruciabere.
Ita uero ut tu ipse me dixisse dictites.
Lu. post hæc sagina ego eiciar cellaria
Vt tibi qui prompseris, alium suppromum pares.
pa. Non ædepol faciam, age loquere audacter mihi.
Lu. Nunq̄ ædepol uidi promere, uerum hoc erat.
Mihi imperabas, ego promebam, postea
Hic illi Sceledro capite sistebas cadum.

Non hercle tam istoc ualide quassabant cadi.
Sed in cella paululum erat loculi librici.
Ibi erat bilibris aqualis hic propter cados.
Eaq; sæpe decies complebatur die.
Eam plenam atq; inanem fieri, plenam a summo,
Vbi bacchabatur aula, quassabant cadi.
Pa. Abi abi intro iam, uos in cella uinaria
Bacchanal facitis, iam hercle ego herum adducā a foro.
Lu. Perii excruciabit me herus, domum si uenerit,
Quom hæc facta scibit, quia sibi non dixerim.
Fugiam hercle aliquo, atq; hoc in die extollam malum.
Ne dixeritis huic obsecro, uostram fidem.
pa. Quo te agis? Lu. sum missus alio, iam huc reuenero.
Pa. Quis misit? Lu. Philocomasium. Pa. abi, actutum redi.
Lu. Quæso tamen tu meam partem infortunii,
Si diuidetur me absente, accipito tamen.
Pa. Modo intellexi quam rem mulier gesserit,
Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum
Foris ablegauit, dum eapse transire huc placet.
Sed Periplectomenus, quam ei mandaui, mulierem
Nimis lepida forma ducit. Di hercle hanc rem ut iuuant.
Quam digne ornata incedit, haud meretricie.
Lepide hoc succedit sub manus negocium.

atq; intestinis. quomodo autem conficitur aperit Dioscorides. nardus uero alia indica: syriaca: alia celtica. ¶ Qui illi sub pmus: hoc est: quid tu ei: qui sub promus es: præbes: e ēni sub promus promi locu; habens promus qui pœnario præest. ¶ Neq; equidem cœnicas. Cœnix quinq; cyathis impletur apud alios totidem sextariis. ¶ Exuxit. hausit: idest potauit ab ex & sugo. ¶ Bono sub Promo. Ironicos dictum: & perinde uultuose legendū est. ¶ Sagia ego eiiciar celaria. i. post ego careā illo pingui: & illa facultate: quæ mihi in cella uinaria est. ¶ Ille celebri capite: idest frequēti obductu capitis. ¶ Aqualis. uas quo aqua manibus infunditur. ¶ Propter cados: iuxta cados: quid sit cadus supra dictum est. ¶ Vbi bacchabat obuia: idest ubi ad bacchationem inuitabat occurrens. ¶ Bacchanal facitis. locum ubi baccho sacrificetur. ¶ Extollam. i. auferam. uel differa;: producamq;: ut ipse in pœnulo omnis extollo ex hoc die in alium diem No. sententia. ¶ Sub custodem suum. idest qui. loco custodis esset. ¶ Hanc rem iuuant: huic rei succurrūt. ¶ Succedit sub manum: ex nostra euenit sententia.

promus q sit.

Aqualis qd sit

¶ MVrrioni seruo nomen impositum est a Lucro. ¶ Heminas: Femineas habēt codices antiqui: ubi. F. digāma æolicum habet uim aspirationis: antiqui enim dicebant fœmina pro hemina: fircus pro hircus: felena pro helena: de hemina: idest mensuræ genus sic hemmus fannius: seu Priscianus: ut habent alii codices: At cotylas: quas si placeat dixisse licebit: Heminas recipit geminas sextarius unus. Guttore; genere masculino protulit: de quo in aulularia diximus. ¶ Suppromus ille dicit: qui uicem promi: hoc est cellarii gerit.

VGOLETVS ET GRAPA. Lucrio uñs

Periplectomenus. Milphidippa. Acroteleutiū. Palestrio.

REm omnem hanc edere uos ut uelim, tibi mea Milphidippa
Domi demonstraui ordine, hanc fabricam, fallaciasq;
Minus si tenetis, denuo uolo percipiatis plane.
Satis si intelligitis, aliud est quod potius fabulem.
Mi. Stultitia magna atq; insipientia, non fallacia hæc fit,
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam polliceri,
Si ea opificina nesciam aut mala esse aut fraudulenta,
Pe. At melius est monerier. Mi meretricem commoneri,
Quam sane magni referat, nihil clam est, quin ego frustro.
Postq̄ adhibere meas aureis ad tuam moror orationem,
Tibi dixi, miles quemadmodum potis esset deartuari.

REm omnem. Iam ornat: & composuerat periplectomenus mulieres: quorum altero acrotelantium uicē gerebat matronæ. Milphidippa altera ancillę gerebat imaginē: hæ una cum pallestrione militem gloriosum suis uersabunt dolis. ¶ Quin ego frustro. Vel frustror. ¶ Postq̄ adhibere. Scilicet cœpi: uel lege adhibui. ¶ Tibi dixi miles: quemadmodu; potis est solus dare. Omnino mendosus locus est: sed ut sensus recte conueniat cum subsequenti sic adiuuandum censeo: tibi dixi miliesquemadmodū potis est solus. uel adde: uel subintelligerem confectam dare: nam quod subsequitur: facile commonet talem sensu; his uerbis deberi: dicit eni; at nemo solus satis sapit quod nimiru; ueru; est: nisi alterius cōsilio succurratur.

SARACENVS.

¶ REM omnē hanc edere uos ut uelim tibi mea mil: hunc nos uersus ita scribendum duximus sententie & metri ratione: & non: rem omnem accedere te ut uelim mea mil. ut legit Pius interpres insulse: atq; omnino perperā: nullo habito sensui. neq; uersus necessitati respectu. quam nostram correctionem eruditorum censuræ supponimus. ¶ Stultitia magna, atq; insi. non fal. hæc fit. & hunc quoq; ita uersum scribendum duximus: non absq; ea dictione; magna & altera illa: hæc: ut Pius: q; Sarracenus duo interpres Plautini legunt contra apertissimam metri ratione;. ¶ Si ea opificina nesciam. ita legendum censemus in casu ablatiuo: & non in accusatiuo: ut Pius legit: exponens si te/

VGOLETVS ET GRAPA.

chnarum & dolorũ officinã ignorẽ male mihi cadet: ad quid hoc fubauditio: male mihi cadet: quũ supra dixerit: stultitia sit & insipiẽtia? Tibi dixi miles queãdmodũ miles: scribẽdũ ẽ ex ueteribus codicibus. in qbus miles scriptũ est: & non milies: ut mẽtitur Pius arrogans interpres: & ex sententiæ concinnitate: & recto uerborum ordine: nec Pii ipsius nugæ de olea: quæ fructũ det si perticis contundatur: audiendæ sunt: utpote desipientis. ¶ Potis esset deartuari: nisi insaniret pius interpres obtusissimus: neq̃ meras hic insanias effudisset: neq; locum hunc correxisset: olea dare: contra rationem metri: nullaq; sensus cõcinnitate: proinde legẽdum censemus: potis esset deartuari: & uersus integritate: & sententiæ cohærentia id quod ab antiquis ẽt codicibus nõ multũ distat: in qbus potisset oleas dari scriptũ est: super quo doctorũ iudiciũ requirimus.

Pe. At nemo solus satis sapit, nam ego multos sæpe uidi
Regionem fugere consilii, priusq̃ repertam habere.
Ac. Siquid faciundum est mulieri malæ atq; malitiose.
Ea sibi immortalis memoria est, meminisse, & sempiterna.
Sin bene, aut fideliter quid faciundum sit, eadem ueniunt,
Obliniosæ ex templo ut fiant, & meminisse nequeant.
Pe. Ergo istuc mecum conuenit, uobis faciundum utrunq;.
Nam id proderit mihi, malitia male quod facietis ambæ.
ac. Dum nesciẽtes quid bonum faciamus, ne formida.
Pe. Mala nulla meretrix est. ac. ne paue, peioribus cõueniunt.
Pe. Ita uos decet, consequimini. Pa. cesso ego illis obuiá ire?
Venire saluos gaudeo, lepide ornatus hercle incedis.
Pe. Bene, opportuneq; obuiam is palestrio, tibi adsunt
Quas me iussisti adducere, & quo ornatu. ac. heus nr. pa. esto.
Palestrio acroteleutium salutat. ac. quis nam homo est hic.
Qui tam pro nota me nominat? pe. hic noster architectust.
ac. Salue architecte. Pa. salua sis, sed dic mihi ecquid hic te
Onerauit præceptis? pe. probe meditatam utráq; duco.
Pa. audire cupio quemadmodum, ne quid peccetis pauco.
Pe. at tua precepta, de meo nihil his nouom ipse apposui.
ac. Nempe ludificari militẽ tuum herum uis? pa. exlocuta es.
ac, Lepide, & sapienter, cõmode, & facete res paratæ.
Pa. atq; huius nunc uxorem te uolo assimulare. ac. fiat.
Pa. Quasi militi animum adieceris, simulare sic futurum.
Quasi quæ hæc res per me interpretem & tuá ancillá curetur.
ac. Bonus uates poteras esse, quom quæ sunt futura, uideas.
pa. Quasi quæ ánulú hunc áncillula tua abs te detulerit ad me,
Quem ego militi darem tuis uerbis. ac. nunc uera dicis.
Pa. Quid istis nunc memoratis opus est cómeminere melius?
ac. Nam mi patrone hoc cogitabo, ubi probus est architectus,
Bene liniatam si semel carinam collocauit,
Facile esse nauem facere, ubi fundata & constitutast.
Nunc hic carina satis & fundata est bene, & statuta.
pa. adsunt fabri, architectiq;, eã quidẽ ad rẽ haud imperiti.
ac. Si non nos materiarius remoratur, quod quidem opus est,
Noui indolem nostri ingenii, cito erit parata nauis.
pa, Nẽpe tu nouisti militem meum herum? ac. rogare, mirust,
populi odium quid ni nouerim? magnum illum cincinnatum,
Mœchũ unguẽratum. pa. num ille etiá te nouit? ac, nunq̃ uidit,
Qui nouerit me quis ego sum? pa. nimis lepide fabulare.
Eo poterit uerum lepidius fieri. ac. potine ut hominem

VALLA. Rem omnem accedere. Periplectomenus milphidippã & acrotelantiũ adducit mulieres: ut ab ipso instruantur palestrione, quo dolis militem decipiatur ad ablegãdam a se cõcubinam. ¶ Eam opificinã: ad opus efficiendum meã actionem. ¶ Magis referat. idest intersit. ¶ Mihi clam est: nescio. ¶ Quemadmodum potis est: idest queãdmodũ possibile sit hoies fallere.

Oleas dare qd sit.

Est eni prouerbialiter dictũ oleas dare: q foris amaritudinẽ habeãt intus sansas durissimas nulli usui nuclero.

SARACENVS.

¶ Peioribus conueniunt. i. aptæ sunt ad peiora facinora subeũda. ¶ At tua præcepta. Scilicet docui omnia. ¶ Materiarius remorat faber. Perstat in trãslatione & metaphora: est eni faber materiarius qui ligna parare: & subministrare operi faciundo debet. ¶ Mirust. Pro mirũ est. ¶ Cincinatum. Capillos habentẽ intortos: & crispos. ¶ Vnguẽtatum. Odoribus unguẽtosq; pfusum. ¶ Nõ ille ẽt nouit? Scilicet te: ut tu nosti illũ? ¶ Age periplectomene. Loquitur palæstrio. ¶ Quid tibi mittã muneris? Hoc ad mulierem conuersus dicit quã donari munere pollicet: si de mandatum negocium confecerit: ppterea illa rñdit: nulli alii rei operam dare.

VALLA. ¶ REgionẽ fugere consilii: locum nõ tenere. ¶ Meminisse nequeunt. Vnde illud uetus adagiũ ẽ. Nec mulieri: nec gremio credi oportere. q & illa icerti & leuis aiẽ: & plerũq; i gremio posita: cũ i obliuionẽ uenerũt: p exurgẽtiũ pcidũt. ¶ Mecũ cõuenit: cõtrouersiã habz nullã. ¶ Noster architectus. fabricator nostraq; machinaq;. ¶ Elocuta es. dixisti qd sentio. ¶ Animũ adieceris. adamaueris. ¶ Cõmeminere. antique dictũ: qd nũc cõmeminisse. ¶ Bene liniatã. liui filio nẽpe ad ppẽdiculũ actam. ¶ At non sunt ebrii architecti. liptotẽ figura ẽ. i. sunt itegri. ¶ Qui te armãt nec iperiti. i. nõ sunt nescii q te cõmuniunt. ¶ Materiarius remorat: q materiã parauit in mora detinet. ¶ Dicũt cicinatũ.

Cincinnus quid sit.

Cæsare cõptũ: cicinus. n. itortus ferro capillus. uñ & quẽgræci comẽtẽ uocãt. Pli. stellã crinitatẽ. At Cicero cicinã. ¶ Mœchũ unguẽtũ. adulterq; unguẽtis delibutũ. ¶ In me ipigito. mihi imputato. ¶ Dolũ dolam? Paramus ad pficiẽdũ: trãslatione sũpta a materia quæ primo dolat postea leuigat. ¶ Vbi miles uenerit. cum inquit miles accesserit tunc qua uestrum tenbet.

¶ MVLIEri male: & maliciosæ memoria est sempiterna. ¶ Architectus pro inuentore doli ponitur hoc loco. cum

proprie

Mihi des? quiescas cætera, ni illum ludificata lepide.
Culpam omnem post in me impingito. Pa. age igitur nos i/ tro abite.
Insistite hoc negocium sapienter. Ac. alia cura.
Pa. Age Periplectomene duc has nũc intro, ego ad forũ illũ
Conueniam, atq; illi hunc annulum dabo, atq; prædicabo
A tua mihi uxore esse datum, eamq; illum deperire.
Hanc ad nos, q̃ extemplo a foro ueniemus, mittito tu,
Quasi clanculum ad eum missa sit. Pe. faciemus, alia cura.
Pa. Vos mõ curate, ego illũ probe iã oneratũ huc acciebo.
Pe. Bñ ambula, bñ rẽ gere, at ego hoc nunc efficiam plane.
Vt concubinam militis meus hospes habeat hodie.
Atq; hinc Athenas abeat hodie, hunc nos dolum dolamus
Quid tibi ego mittã muneris? Ac. des ne aliæ mũeri opam,
Pa. Lepidæ sunt & comes sunt. Ac. at confido iam futurũ,
Vbi facta erit collatio nostrarum malitiarum,
Haud uereor ne nos subdola perfidia peruincamur.
Abimus ergo intro, hæc uti meditemur. Pe. cogitate
Ne quid ubi miles uenerit, titubetur. Ac. tu morare.
Vt accurate & commode hoc quod agendũ est, exeq̃mur.

QVARTVS ACTVS.

Pyrgopolynices. Palestrio.

Olupest q̃d agas si id procedit lepide ex sententia.
Nã ego hodie ad Seleucũ regẽ misi parasitũ meũ,
Vt latrones quos cõduxi hic ad Seleucũ duceret.
Qui eius regnum tutarentur, mihi dũ fieret ociũ.
Pa. Quin tu rem tuam cura potius, q̃ Seleuci, quæ tibi
Conditio noua, & luculenta fertur per me interpretem.
Py. Imo omnis res posteriores pono, atq; operam dõ tibi.
Loquere, aureis meas profecto dedo in ditionem tuam.
Pa. Circumspicito dum, nequis nostro auceps sermoni siet.
Nam hoc negocii clandestino ut agerem, mandatur mihi.
Pa. Nẽo adest. Pa. hũc arrabonẽ amoris p̃mũ a me accipe.
Py. Quid hic, aut unde est? pa. a luculẽta atq; festiua fœmia,
Quæ te amat, tuam quæ expetiscit pulchrã pulchritudinem.
Eius hunc annulum ad te ancilla porro ut afferrem, dedit.
py. Quid ea, ingenua, an festuca facta, serua an libera est?
pa. Vah, ego ne ut ad te ab libertina esse auderẽ internũci⁹?
Q ui ingenuis factis responsaret? te capso cupit uti.
py. Nupta ista, an uidua? pa. & nupta & uidua. py. quo pa / cto potis.
Vidua & nupta eẽ eadẽ? pa. q̃ adolescẽs nupta sit cũ sene.
py. Euge. pa. lepida & liberali forma est. py. caue mẽdaciũ.
pa. Ad tuã formã illa una digna ẽ. py. hercle pulchrã p̃dicas.
Sed q̃s ea ẽ? pa. senis hui⁹ uxor Periplectomẽis. py. proximi?
pa. Ea demoritur te, atq; ab illo cœpit abire, odit senem.
Nunc te orare atq; obsecrare iussit, ut tui copiam
Sibi, potestatẽq; facias. py. cupio hercle equidẽ, si illa uolet.
pa. Quæ cupit? py. quid illa faciemus concubina, q̃ domi ẽ?
pa. Quin tu illam iube abs te abire quo lubet, sicut soror

proprie architectus sit: qui ædificandi artem calleat: quam architecturam nominant. Quæ constat ex ordinatione: quæ græce taxis dicitur: & ex dispositione. Hanc autem græci diathesim uocãt: & eurithymia: & symetria: & decore: & distributione: quę græce oeconomia dicitur. ¶ Commeminere melius: hoc uidetur dicere alludẽs ad notum adagium: uidelicet mendacem memorem esse oportere. ¶ Materiarium dicimus lignarium fabrum: materiam uero ligna ipsa: Hinc Victruuius & Plinius de cadenda materia scribunt: & Virgilius. Iacet omnis ad undam: materia: & materiatam domum uocat Marcus Cicero. li. iii. officiorum. ¶ Deperire est amore alicuius tabescere. Catullus. Cælius aufilenũ: & Quintius Aufilenam. Veronensem deperiunt iuuenem. Archite// cturę ptes. Cõmemi// nere.


Olupest. Iam palestrio militem herum conuenerat: eiq; falso suggesserat amatum iri a uicini uxore: sed ille ut gloriosus uult uideri maiorib⁹ rebus intentum esse. ¶ Hunc arabonem amoris. Idest pignus amoris: nam anulum tanquam a muliere missum dedit. ¶ An festuca facta. Idest uirga pretoria: quæ etiam uocabatur uindicta: qua quis fiebat liber: ut alibi diximus. Persius. uindicta postquã meus a prętore recessi: & idem. Non in festuca lictor: quam iactet ineptus. ¶ Hæc celox. Celocem ancillam dicit: quę proprię potest tanquam scaphæ eunti & redeunti comparari: dum internuntia itatq; redit: dictum est: quid sit celox breue nauigii genus celocem rhodi primum inuenerunt. ut lembum cyrenenses: & cymbam phœnices: ut autor Plini. ¶ Phitecrium & spinturnicium: spinturnix genus auis dicitur Festo turpis figuræ: dicit enim ancillam prę hera sua: idest in comparatione illius: quæ formosissima erat turpem potius uideri q̃ pulchram. ¶ Oculis atq; aucupium auribus facere. ¶ Quasi sagatius odoraretur: quid illi rerum agerent. SARA CENVS Virga pto// ria q̃ sit Spiturnix q̃d sit


Olupest quod agas. Palestrio pyrgopolynicem conueniens comminiscitur esse mulierem: quæ illum deperiret: dedisseq; anulũ ad ipsũ perferendum sui amoris monumentum. ¶ Vt latrones: quos conduxi: satelites dicit: cur latrones appellati paulo ante abunde dictum est. Lepide ex sententia cõcine: ut uelis. ¶ Posteriores pono. post habendas puto. ¶ Auceps sermonis: idest arbiter locutionis. ¶ Clandestino. occulto. ¶ Hunc arabonem: idest pro arabone. hoc est ar// VALLA.

Eius gemina uenit Ephesum, & mater, arcessuntq; eā.
SARACENVS. ¶ CALAtor. Dicuntur calatores serui a potu καλεῖν quod est uocare: quasi uocati possunt ob necessitatē seruitutis. ¶ Vlla annis. Recentiores in genere masculino protulerunt. ¶ Dius: i de inter dius Aduerbialr positū. ¶ Diales: Iouiales. ¶ Cape uorsoriā. translatio a nautis sūpta: q uella uertūt: p ut flat uētus. ¶ Fauoni⁹. dictus; q fauet: at a græcis zephyrus uētus est ab occidentę æquoctiali. ¶ Auster. Ab austeritate: q ab eadē parte cœli meridionali noxios flatus cōcitet a græcis notus: ut plurimū pluuiosus: & procellosus. ¶ Religionem illi obicit: Lego ille obicit. & loqtur charinus: nā eutych⁹ cum illū redeuntē conspexisset dixit: sapis o charine. ¶ Quē eo uideam facis: Lege q: non quē. ¶ Vt oblitus: Hūc uerbū integrū fecimus: cū prius legeref: ui ob: & sensū iuuat: sic illud quoq paulo añ omissum: qd miser est: qd miserę est. ¶ Adduxit uos. Pro duxit ad uos. ¶ Inner. Sic ueteres: nos iter. ¶ Sonā sustuli. Locū indico: non corrigo: nam oiño menda ē. ¶ Tollo ampullā: Nunc incipit ueluti amēs delira menta loq: ampula uas erat olearius: & unguentis dicatū ad balneaꝝ usus: postmodū in usum bibēdi receptus: id qd distico notat Martialis: Hac licet i gēma: q seruat noia cosmi: Luxuriose bibas si foliata sitis: de ampula. n. illo meminit disticho: q ex luxuria: potoria dicta est: cū prius tantum esset ad usū unguentorum adinuenta. ¶ Calchas. Qui uates fuit græcoꝝ maxius: dicit ergo illum diuinasse: nā athenis puella erat: ubi hæc fieri uidebantur. ¶ Clementer q̄so calces deteras. Quia nimis propere incedebat: & calcē calce terebat.

Ampulla qd sit.

VALLA. ¶ CALAtor. calatores. n. dñr apparitores: qui p̄sto adsunt: ut euocatū quē q̄ mittāt: calo. n. uoco signat. ¶ Agasso: qui aliud agit: sicut eqso: q equus: & mulio: q mulum. ¶ Quo nā illū curram q̄ritantū: ordo est: cogito: quo nā curram q̄ritatū illum: subaudi charinum q̄ i ere: illam subaudi pasicōpsaꝫ. ¶ Neq mihi ulla obsistat āniis. Docet Priscian⁹ de incertis g̃nibus: ueteres tā fœminino q̄ masculino g̃ne amnes p̄tulisse. est autem amnis: ut inqt Varro ab ambitu dictus: ubi fluminis multi anfractus. ¶ Imbrem ppetiar. pluuia sensim cadēs a græcis ombros. a nfis imber repente: ac cū tumultu ueniens nimbus Ab imbre ibrices canales: & tegulis: & opus ibricatū. Plin. uocat canaliculatū. ¶ Et inde imbricium uas. Martia. Quod tibi crura adsūt simulentq cornua lunę. Imbricio poteras phœbe lauare pedes. ita a nimbo nimbosus: ut nimbosus orion. ¶ Neq diu:

Calatores q dicātur.

Egomet mihi comes calator, equos, agaso, armiger.
Egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi obedio.
Egomet mihi fero quod usust, Cupido quantus es?
Nam quemuis confidentem facile tuis factis facis.
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.
Cogito quo nam illum curram quæritatum. Ch. certa est res.
Mensq mihi illam quærere, quoquo hinc abducta est gentiū,
Neq mihi ulla obsistat amnis, neq modos, neq adeo mare.
Nec calorem, nec frigus metuo, neq uentum, neq grandinē,
Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim.
Non concedam, neq quiescam usq noctu, neq dius,
Prius profecto q̄ aut amicam, aut mortem inuestigauero.
eu. Nescio quoia uox ad aurem mihi aduolauit. Ch. inuoco
Vos diales ut me bene tutetis lares. eu. o iuppiter.
Est ne illic Charinus? Ch. o ciues bene ualete. eu. illico
Sta Charine. Ch. qui me reuocat? eu. spes, salus, uictoria,
Ch. Quid me uoltis? eu. ire tecū. Ch. aliū comitē uob quærite.
Non amittunt hi me comites, qui tenent. eu. qui sunt ii?
Ch. Cura, miseria, ægritudo, lachrumæ, lamentatio.
eu. Repudia istos comites, atq huc respice, & reuortere.
Ch. Siquidem mecum fabulari uis, subsequere. eu. sta illico.
Ch. Malefacis, properantem qui me cōmorare, solabit,
eu. Si huc itē properes, ut istuc properas, facias rectius.
Hic uentus nunc secundus est, cape modo uorsoriam.
Hic fauonius serenus est, hic auster imbricus.
Hic facit tranquillitatem, iste omnis fluctus conciet.
Respice huc ad dextram Charine, non ne ex aduorso uides?
Nubis atra iberq instat, aspice nunc ad sinistrā huc, atq uides
Cœlum ut splendore est plenum, non ne ex aduorso uides?
Ch. Relligionem ille obiecit, recipiam me illuc. eu. sapis
O charine contra pariter fer gradum, & confer pedem,
Porrige brachium, præbende, iam tenes? Ch. teneo. eu. tene.
Quo nūc ibas? Ch. exulatū. eu. qd ibi facer uis? Ch. qd miser.
eu. Ne paue, restituā iam ego te in gaudiū utiq, ut sis maxūe,
Quod uis audire, id audi, quod gaudeas, sta illico, amicus.
Aduenio, multū beneuolēs, tuam amicā. Ch. quid eā? eu. ubi
Sit ego scio. Ch. tum eam, tum obsecro? eu sanam & saluam,
Ch. Sed ubi eā sanā & saluā? eu. ego scio. ch. ego me mauelim.
Eu. potiu ut animo sis trāquillo? Ch. quid si animus fluctuat?
Eu. ego istum in transquieto tuto sistam, ne time.
Ch. Obsecro te loquere ubi sit ubi eam uideris, quid taces?
Dic, enicas me miserum tua reticentia. eu. non longe
Hinc abest a nobis. Ch. quin ergo cōmonstras, si tu uides.
Eu. Nō uideo hercle nūc, modo uidi. Ch. qn ego uideā, facis?
Eu. Faciā. Ch. Lōginquom amāti istuc. Eu. etiam emutis oīa
Commonstrabo, amicior mihi nullus uiuit, atq is est,
Qui illā habet, neq est quoi magis me uelle meli⁹ æquom fiet.
Ch. Non curā de isto ullam q̄ro. Eu. de illa ergo ego dico tibi.
Sane hoc non in mentem uenit, dudum ut urbem obambulo.
Ch. Dic igit ubi illa est? eu. in nostris ædibus. Ch. ædeis pbas,

Si tu uera dicis, & pulchre ædificatas arbitror,
Sed qui ego istuc credam?uidistin?an tu audito nuncias?
Eu. Egomet uidi. Ch. qs eam adduxit ad nos?eu. iniq; rogas.
Ch. Vera dicis. eu. nihil charine te quidē quicq̃ pudet.
Quid tua refert, qui cum istac uenerit, dum istuc?ch. sic est
Profecto, opta ergo ob istunc nuntium, quid uis tibi.
Eu. Quid si optabo?ch. deos orabo, eius ut faciant copiam.
Eu. Derides?ch. seruata res est demum, si illam uidero.
Sed quin ornatum hunc reiicio, heus aliquis actutū huc foras
Exite, illinc pallium mihi huc ferte. eu. hem nunc mihi places.
Ch. Optume aduēīs puere cape chlamydē, atq; hic sine illico
Vt si hæc non sint uera, icœptū hoc itiner perficere exequar.
Eu. Non mihi credis?Ch. oīa eqdem credo, quæ dicis mihi.
Sed quin introducis me ad eā, ut uideā?eu. paulisper mane.
Ch. Quid manebo?eu. tēpus nō est nunc itroeūdi. ch. enicas.
Eu. Non opus est inq̃ nunc intro te ire. ch. responde mihi
Qua cā?eu. opꝰ non est. ch. cur?eu. qa nō est illi cōmodum.
Ch. Ita ne cōmodū illi nō ē, quæ me amat, quā ego cōtra amo?
Omnibus hic ludificatur me dolis, ego stultior
Qui isti credam, commoratur, chlamydem sumam denuo.
Eu. Mane parumper, atq; hoc audi. ch. cape puer hoc pallium.
Eu. Mater irata est patri uehementer, quia scortum sibi
Ob oculos adduxerit in ædeis, dum ruri ipsa abest.
Suspicatur illam amicam esse illi. ch. Zonam sustuli.
Eu. eā nūc rē exquirit intus. ch. iam machærast in manu.
Eu. Nam si te co itroducam. ch. tollo ampullam atq; hinc eo.
Eu. Mane, mane charine. ch. erras, me decipere haud potes.
Eu. Nequolo ædepol. ch. qn tu ergo itiner meū exeq me finis?
Eu. Non sino. ch. ego me moror, tu puer abi hinc intro ocyus.
Iam in currū conscendi, iam lora in manus cæpi meas.
Eu. Sanus non es. ch. qn pedes uos in curriculum coniicitis?
In cyprum recta, quando qdem pater mihi exilium parat.
Eu. Stultus es, noli istuc quæso dicere. ch. certū est exequi,
Operam ut sūmam ad puestigādū ubi sit illæc. eu. qn. domist.
Ch. Nam id qđ dixit, id mentitust. eu. uera dico eqdem tibi.
Ch. Iam cyprū ueni. eu. qn sequere, ut illā uideas, quā expetis.
Ch. Percontatus non inueni. eu. matris iam iram neglego.
Ch. Porro proficiscor quæsitum, nunc perueni Calcidem.
Video hospitem Zacyntho, dico quid eo aduenerim.
Rogito quis eam uexerit, quis habeat, si ibi inaudiuerit.
Eu. Quin tu istas omittis nugas, ac mecum huc ītro ambulas.
Ch. Hospes respondit Zacyntho ficos fieri non malas.
Eu. Nihil mentitus est. ch. sed de amica se inaudiisse autumat
Hic Athenis esse. eu. chaleas iste quidem Zacynthiust.
Ch. nauim conscendo, proficiscor illico, iam sum domi.
Iam redii exilio, salue mihi sodalis eutyche
Vt ualuisti?quid parentes mei?ualent?tibi gratia est,
Bene uocas, benigne dicis, cras apud te cœnauero.
Nunc domi sic decet, sic fieri oportet. eu. io quæ insomnia.
Hic homo non sanus est. ch. medicari amicus quin properas?

Aduerbium sicut noctu a nocte ita a die diu: unde & iterdiu. ꝑ Vos diales: ut me bene tutetis dies. Diales iouiales quoniam genitiuus græcus est dios. i. iouis: unde & flamen dialis: idest sacerdos iouis. Lares diales iuocat: quia iouis benigna stella est. tutetis. quia tam tuto tuta: quam tutor tutaris dixerūt ueteres. ꝑ Iuppiter. exclamātis uox est pariterq; admirantis: ipsum nāq; eutycus quærebat: cui occurrit inspera to. ꝑ Qui me reuocat. relatiquum pro interrogatiuo: qui pro quis. Atquis ꝑ qui nunq̃: ut Priscianus asserit. ꝑ Repudia istos comites. reiice. translatiōe sumpta a matrimōio. ꝑ Fabulari uis. fabulamenta & quæ ad me nihil attineant: loqui uis. ꝑ Istuc ꝑperas: si hoc quod ergo dicas: properanter facias. ꝑ Secundus uentus. Ad nauigandum propitius. ꝑ Cape modo uorsoriam. Conuerte te aliorsum. ꝑ Serenus fauonius est. zephyrus a græcis appellatus: qui serenus bonus. ꝑ Hic auster imbricus imbrem afferens non enim semper eiusmodi natura est: ubi serenum adducat. ꝑ Hic facit tranquilitatem. hic pacat mare. ꝑ Iste omnis fluctus conciet: ab imo mare subuertit. ꝑ Sapis: inquit eutychus sapere mihi uidere cus hoc dicis. ꝑ Confer pedem. propius accedito. ꝑ Ego me mauelim: subaudi scire. ꝑ Tuto sistam. Animum inquit tuum: quem ais fluctuare: ego obfirmabo tuum. ꝑ Emutis omnia: ad omnia cōsilescis. ꝑ Neq; est: cui magis me uelle æquum fiet. Non est inquit alius qui amore mihi carior sit q̃ is: qui habet tuam amicam nempe pater. ꝑ Dudum: ut obiecisti: idest memorasti nempe te scire ubi esset. id ego notissimum scire desidero. ꝑ Qui tua refert. quid tua interest. ꝑ Quid cum istæ uenerit subaudi memorare: cum quo uenerit ista: declinabant enim ueteres istic istęc istuc. quod nunc iste ista istud. ꝑ Sed quin. Cur non. ꝑ Ornatum hunc reiicio. qui subaudi est peregrinantis. ꝑ Hoc itiner. Ita ueteres a quo iuxta analogiaꝫ genitiuus itineris. ꝑ Operi non est. Expecta non est opus: uel tempus introeundi. ꝑ Chlamydem sumā denuo: uestimentum peregrinantis mihi accipiā. ꝑ Capesis. cape si uis. ꝑ Solam sustuli. Amoui sedile: idest fundamendum huius rei. naꝫ ut Festus inqt. solæ sedilia: in quibus singuli tantum possunt sedere: ideoq; soliar sterneꝭ dicuntur: qui solisternium habent: & solaria uocantur babylonica: quibus eadem sternuntur. ꝑ Tollo ampullam. Quod se habiturum minaretur etiam se ampullaꝫ accepturū dicit. qua opus sit in itinere faciundo: quod uas quoniam uentre porrigitur: pro superbia

Diu & iter diu qd & unde

Solaria q dicantur

Eu.Sequere sis.Ch.sequor.eu.cleméter quæso,calces deteris,
Audin tu?Ch.iam dudum audiui.eu.pacem componi uolo
Meo patri cum matre,nam nunc est irata.Ch.i modo
Eu.Propter istác.Ch.i mó.eu.ergo cura.Ch.qn tu ergo i mó.
Tam propiciam reddam,q̃ cum propicia est iuno ioui.

ponitur:tam apud græcos:ut Home. hyperphialos uocat:q̃ apud latinos. Horatius.Proicit ampullas:& sesquipedalia uerba.& inde uerbum ampullor.Idé & ampulatur in arte. ¶ In curriculum conicitis.in paruulus conscéditis currus. ¶ Exequist.exequi est certum:hæc facere constitui. ¶ Operam ut summam:ut laborem mihi capias. ¶ Quid eo aduenerim. Cur in zacynthum insulã me contulerim. ¶ Inaudisse:non audisse. ¶ Calchas iste: idest diuinator:ut calchas uates fuit. ¶ Dorippa mater. subaudi ualuit. ¶ Sic decet: sic fieri oportet.Ita expedit inquit facere. ¶ Clæmenter quæso:idest pedetentim: & placide. ¶ Calces deteris: pedes atteris.Calx testimonio ueterum:siue cemẽtum significet:siue pedis partem extremam:fœminini generis est:nõ ut nonnulli barbari grãmatici iuniores distinxerũt. Ab eo quod est calx:& exustis lapidibus fit calcarius:unde & fornax calcaria apud columellã. Calx uero pro extrema pedis parte a calcãdo:unde calcaneum:& calcar:& calceus:q̃ e corio fit animantis.q̃q̃ ut Fest.tradit:nefas ueteres putauerunt mortuæ pecudis corio calceos:aut soleas fieri flaminicis:sed aut occisæ:aut immolatæ:quoniam sua morte extincta omnia funesta sunt.

Calx qd fit

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ AMNIS generis masculini est:ut scribit Nonius Marcellus de indiscretis generibus citans hunc locum. Virgilius libro primo georgi. Altum funda iam uerberat amnem. Actius in epigono. Apud abundantem antiq̃ amnem & rapidam undas.M.Varro periplu.libro primo. In hac ciuitate agros colunt arenosos præter hos fluit amnis: quam olim Albulam dicunt uocitatam. Alia exempla omisi:quia adeo deprauata erant:ut nihil inde posset elici:quod ad rem faceret. ¶ Quidem ex codi.antiqs addendum fuit. ¶ Ficus zacyntho fieri non malas. ¶ Mei ualent:tibi gratia est:Si coniecturæ locus est ex litterarum similitudine:& cohærentia:atq; ex sententiæ concinnitate:& metri ratione ita scribi debet:non metuat mater dati bene:neq; quid tua mater satin bñ:ut corrigit Pius:cõtra ẽt uersus cõsistẽtiã.

Eutychus.Demipho.Lysimachus. Charinus.

AD patrem ibó,ut matris iram sibi esse sedatam sciat.
De.Iá credo,placet pricipiũ,qd agis,qd fit eutyche?
Eu.Optuma opportũitate ãbo ãt uéistis.Ly.qd rei ẽ
Eu.Vxor tibi placidã & placatast.date dextras nunc iam.
Ly.Dii me seruant.eu.tibi amicam nullam esse nuncio.
De.Di te pdát.Ly.qd negocii est ná qso istuc?eu.eloquar
Animum aduortite igit̃ ambo.Ly.qn tibi ambo operá dom⁹.
Eu.Qui bono sunt genere nati,præditi ingenio malo
Suapte culpa ex genere capiunt genus,ingeniũ improbant.
De.Verũ hic dicit.Ly.tibi ergo dicit.eu.eo illud uerũ ẽ magis.
Nam te istac ætate haud æquom fuerat filio tuo
Adolescenti amanti amicã emptam argento eripere suo.
De.Quid tu ais?an charini amicast illi?eu.ut dissimlat malus,
De.Ille qdé illam sese ancillam matri emisse dixerat.
Eu.propterea igitur tu mercatus nouos amator,uetus
Puer.Ch.optume hercle,perge,ego assistam hinc alterinsecus.
Quibus est dictis dignus usq; oneremus ambo.de.nullus sum.
Eu.Filio suo qui innocenti fecit tantam iniuriam,
Quem qdẽ hercle hodie ego,in exiliũ cũ iret,reduxi domũ.
Nam ibat exulatum.de.an is abiit?eu.ẽt loquere larua?
Temperare istac ætate istis decebat te artibus.
De.Fateor nunc,deliqui profecto.eu.etiam loquere larua?
Vacuum esse istac ætate his re decebat noxiis.
Itidẽ ut tempus anni,ætatem aliam aliud factum conuenit.
Nam si istuc ius est senecta ætate scortari senes,
Vbi loci res summa nostra publica?de.hei perii miser.
Adolescentes rei agendæ isti magis dare operam solent.
Iam obsecro hercle uobis habete cum porcis,cum fiscina,
Eu. Redde filio,si habeas,iá uolt.de.per me sibi habeat licet
Semper ædepol.eu.quoniam ut aliter facias non est copiæ.
De.Supplicii sumat quid uolt ipse ob hanc iniuriam.

SARACENVS

QVasi tu nunc. Cõuenerat lysimachus Demiphones:narrauerat:quo pacto redarguus insons fuerit ab uxore cũ demiphonis:qui non esse uitio dandum inquit:q senex scortaret:quod plærique alii fecere. ¶ In fermento iacet:Intumescit iracundia:quæ ita solet feruẽ:& intumescere:ut fermẽtũ feruet. ¶ Expurgationẽ.Excusationẽ.

QVasi tu nũq̃ quicq̃ ad simile.Coargutus: & obiurgatus a lysimacho demipho ob importunum amorem respondet:hoc me iacis:quasi nunq̃ tu ad hunc modũ deliqueris. ¶ Propter illam:subaudi amicam tuam. ¶ Tota in fermento iacet: idest indignatione: & stomacho.nam sicut fermentũ massam corrumpit frumentaceam:aut saltem turgere compellit:ita & mentes indignatio:unde & pro indignatione ponitur.Iuue. Accipe & illud fermentum tibi habe.

VALLA

IAm credo.Paccatæ & tranquilla omnia hęc scæna facit & finem comœdię:interuentu suo eutychus matri conciliat patrem:& filius patri:suiq; facit sodalem amatæ puellæ compotem. ¶ Cæcus.Ve non uideat a patre: & quasi insidiosus:& in occulto latens uel cæcum lege:scilicet patrem: idest improuidum.in qua significatione ueteres usi sunt:docent Nonio. ¶ Cum porcis cum fiscinas;Sensum hunc alioqn subobscurum sic placet interpretari:disposito prius uerborum ordine:iam obsecro habere uobis subaudias rem cum porcis:cum fuscina:adolescentes enim rei isti agẽdę magis solent operam dare:Responsio quippe est ad ea:quæ obiecerat

Modo pacem faciatis, oro ut ne mihi iratus siet.
Si hercle sciuissem, siue adeo ioculo dixisset mihi,
Se illã amare, nunq̃ facerẽ, ut illã amanti abducerem,
Ly. eutyche te oro sodalis eius es, serua, & subueni
Hunc senem, para me clientem, memorẽ dices beneficii.
Eu. Ora ignoscat delictis tuis, atq; adolescentiæ.
Ch. Pergin tu aũt, eia supbe inuehere, spero ego mihi quoq;
Tempus tale aueturũ, ut tibi gratiam referam parem.
De. Missas iã ego istas arteis feci, & qdẽ ego ꝺhic ia. eu. nihil.
Consuetudine animus rursus te huc inducet. de. obsecro
Satis ut iam habeatis, quin loris cedite etiam, si lubet.
Eu. Recte dicis, istuc sed uxor faciet, cum hoc resciuerit.
De. Nihil opust resciscat. eu. quid istuc? nõ resciscet, ne time.
Eamus intro, non utibile hic locus factis tuis.
Dũ memoramus, arbitri ut sint, qui p̃tereant per uias.
De. Hercle quin tu recte dicis, eadem breuior fabula
Erit, eamus. Ly. hic est intus filius apud nos tuus.
De. Optume est, illac per hortũ nos domũ transibimus
Ly. eutyche hãc uolo prius rẽ agi, q̃ meũ ĩtro refero pedem.
Eu. Quid istuc est. Ly. suã qsq; hõ rem meminit, responde.
Mihi certon scis, non succensere tuã matrem? eu. scio.
Ly. Vide. eu. me uide. Ly. satis habeo, id q̃so hercle ẽt uide.
Eu. Non mihi credis? Ly. imo credo, sed tamen metuo miser.
Ch. eamus intro. eu. imo dicamus senibus leges. Ch. censeo.
Prius habeamus quas leges teneant, contentiq; sint
Eu. Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus.
Seu maritum, siue hercle adeo celibem scortarier,
Cum eo nos hic lege agemus, inscitum arbitrabimur
Er per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit.
Neu quisq̃ posthac prohibeto adolescentem filium,
Quin amet, & scortum ducat, quod bono fiat modo.
Si prohibuerit, plus perder clam, q̃ si non prohibuerit.
Hæc adeo ut ex hac nocte primum lex teneat senes.
Bene ualete, atq; adolescentes, hæc si uobis lex placet,
Ob senum hercle industriam, uos, æquom est, clare plaudite.

cerat eutychus: non decere senes ætate senecta scortari: sed magis rebus publicis operam dare. Demipho autem inquit: iuuenes magis intentos esse solere uenatiõibus: & piscationibus: id quod duobus tm̃ uerbis expressit: cũ porcis: cum fuscina: per porcos uenationem: per fuscinam piscationem intelligens: est enim fuscina telum trisulcum piscatorium: alias neptunni tridens: & ideo fuscina: non fiscina legendum erit: naȝ fiscinã pro uasa ponitur a Columella. Fuscina qd sit
¶ Eutyche te oro. Hallucinantur: qui hunc sermonem dant charino: est sermo uel lysimachi: uel Demiphonis potius ex uerbis sequentibus. ¶ Missas iã ego istas artifici: Lego missas iam ergo istas facito: nihil enĩ aliunde sumo mutuũ. Sed litteras errantes in suas redigo dictiones: & sensus perspicuus redditur: nam patri uidebatur indecoruȝ filium orare: ut ignosceret: est enim responsio ad illud ora: ut ignoscat delictis tuis. ¶ Et quidem ego de hinc iaȝ. Subaudiendum aliquid est. quod sensum iuuet: uel uidelicet: nihil amplius contra filium attentabo: uel neq; puellam persequar: uel quippiã aliud huiusmodi id: quod ex sequẽtibus uerbis clarum fit. ¶ Nihil consuetudine. Loqtur eutychus non charinus: qui ex occulto tantum loquitur: & non præsente neq; audiente patre: nam paulo inferius lysimachus erga ipsum demiphonem inqt: hic est intus filius apud nos tuus maximus hic nobis labor fuit deuios interlocutores in suum ordinẽ reuocare: ut non confusaneum: & omnino diuulsum: sed uerum: & proprium redderent intellectum.



Am credo placet principiũ VALLA.
a lysimacho increpitus: & inclamatus: demipho pate factis eius amoribus missaȝ facit mulierem: & eutychi: lysimachiq; uerbis filio charino ɔcedit. ¶ Certe dextrum nuntium: subaudi attulisti. ¶ Ex genere capiũt genus: idest ex malo genere suo: quia malum consectantur: fallunt genus suum. ¶ Ingenuum improbant: idest nobile genus uituperant: Aut capiunt genus subaudi malum: ut improbent bonum. ¶ Vetus puer. uetus ætate. puer moribus. ¶ Ego assistam hinc altrinsecus: idest ex altera parte aduersus. ¶ Ibat exulatum. archaismos: idest exulabat. ¶ Enã loquere larua: audes loqui quasi larua: ut enim Apuleius inquit: & in libro de ciuitate dei diuus meminit Augustinus fuerunt olim: qui opinarentur animas hominum e corpore exeuntes fieri dæmonas. si bonorum fuissent merito rum lares dici. sin fuisset incertum manes: quod si mali fuissent meriti laruas: aut lemures. putat autem lemures dici Opinio antiquorum de anima
Ouidius mutata littera r in l a remo enim remures inde lemures. ¶ Vt tempus anni ætateȝ aliam: hoc est ut anni tempus uarium est: ita uaria facere conuenit: alia siquidem facta uernum tempus desiderat. alia ęstiuum: alia autumnalea alia ibernum. Ita & ætas. ¶ Habete cum porcis cum fiscina: hoc prouerbialiter dictum ut in omni humili genere dicẽdi. nam in uilaticis pastionibus: aut pecoris: carnis usum tantum spectamus: ut porcorum quemadmodum inquit Varro: & Iune. Animal propter conuiuia natum. Aut cum his alia quoq;: naȝ ex ouillo caprino: & bubulo lac quoq; sumimus: quod concretum in fiscinis componitur. perinde ergo dictum est cum porcis: cum fiscina: ac si diceret cum rebus omnibus. ¶ Redde filio. subaudi amicam. ¶ Ora ut ne mihi iratus. p̃care: ne mihi succenseat. ¶ Hunc senem: cum demipho hoc dicit: se commostrat digito. ¶ Loris cædite. scuticis contundite: me. ¶ Arbitri ut sint: qui tua facta intelligant: qui hac: illacq; iter habeant. ¶ Me uide. cum hoc dicit: bene sperandi signum dedit. ¶ Inscitũ: rerum imperitum. ¶ Suum p̃digerit. suam prodigus reȝ dilapidarit: profligaritq;. ¶ Quod bono fiet modo: ne cuiquam faciat iniuriam. ¶ Ex hac nocte primum ut hæc nox proxime futura sit legis principium: qua lege in posterũ

teneantur. ¶ Ob senum hercle industriam: propter eam industriam: qua senes in uos utuntur.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ DAVE dextras ratione metri & non cedite: ut insulse legit Pius. ¶ Altrinsecus scribendum est. metri necessitate: & ex ueteribus codicibus. & cognitate sententiae: non alternis caecus: ut indocte: atq; inscitissime scribit: & commentatus Pius: tanq̃ puer nullis litteris imbutus: idem & Sarracenus facit. ¶ Nam si istuc ius est metri necessitate: & sententiae concinnitate: nõ iuuisset: ut Pius legit. ¶ Missas iam ego istas artis feci ex fuiq; cõcinnitate: & codicibus antiquis: si ex uaria eoꝝ scriptura uer᷑ cape lectionẽ uelis: & nõ missas iã ergo istas facito ut docte corrigit Sar. cõmẽtator.

¶ In Pseudoli Argumentum.

SARACENVS P Acifcitur cum lenone miles macedonius sibi phoenicium meretricem dari uiginti minis: quindecim illico dinumerat: quinq; debentur minae: pro his reliquit symbolum: ut qui illas attulerit per eundem sibi mulierem destinet hanc deperibat callidorus adolescens: illa mittit amanti litteras. se uenditam asserens a lenone militi: quaerit adolescens undecũq; pecuniam: ut amicam redimat: seruum pseudolum suum facit participem consilii: ei pollicetur seruus operam daturum: & lenonem falsurum: pater adolescẽtis simo monitus filium uelle amicam redimere. Ballione lenonem praemonet: ut caueat a pseudolo: qui si se decipi sinat: ultro ꝓmittit simoni daturum uiginti minas: interim aduenit a milite missus calcula: pecunias reliquas affert: ut mulierem abducat: is dum lenonem quaeritat: incidit in pseudolum: fingit pseudolus subballionem syrum: absentemq; domo lenonem: Tradit ille symbolum. & litteras lenoni: quum uenerit: ut det: post paulum rediturus pecuniam: ut dinumeret: pseudolus: recepto symbolo: subornat sicophantam simiam: is ad lenonem tanq̃ missus a milite: quinq; minas affert: petitq; sibi puellam dari: facile credit leno inspiciens symbolum. Tradit recepta pecunia meretriculam: aduenit postremo uerus arpax cacula: petita lenone mulierem tradi: leno ratus illum missum a pseudolo: eum deludit aliquãdiu: Tandem ut agnouit sibi os esse sublitũ: pactas tradit simoni uiginti minas: Callidorusq; sua potit amasia.

¶ Argumentum in Pseudolum.

VALLA C Allidorus adolescens phaenicium adamabat meretricem: riualis erat miles macedonicus: qui abiens ballioni lenoni: cuius erat phaenicium: reliquerat minas quindecim: & symbolum: ut qui symbolum ferret cũ quinq; minis. ei ad se ducendam traderet phaenicium. Mulier potiorem apud se callidorum. q̃ militem habebat macedonicum. Callidorum itaq; facit certiorem quid inter ballionem & militem conuenerit. Callidorus porro seruum pseudolum cõmonet: oratq;: ut illas uiginti minas inueniat: quibus liberare phoenicium possit. pollicetur pseudolus: se decepturum ballionem: abducturumq; mulierem. Simo callidori pater ballionẽ admonet. ut sibi a pseudolo seruo suo caueat: quod promiserit se a ballione abducturum mulierẽ per fallaciam. ballio promittit simoni: si id effecerit: se uiginti minas daturum. uenit ergo a milite arpax nomine nũtius: qui ad ballionem litteras perfert cum symbolo & minis quinque: quae a milite reliquae debebantur: ut phaenicium abduceret. pro foribus itaq; ballionis ut pseudolus constiterat militis seruum arpagem excipit: tanq̃ de ballionis familia aliqs: quid sibi uelit: percunctatur: cũq; pseudolus non esse domi ballionem dixisset: pseudolo litteras cum symbolo tradidit ballioni referendas: ipse uero arpax ait in diuersorium se rediturum: fessumq; ex itinere conquieturũ: quoad ballio domum redierit expectaturumq;: ut se euocet pseudolus. At pseudolus ballionis fallendi nactus: occasionem: charino adolescente adiutore simiam sicophantam subornat: quasi a macedonico milite aduenientem: perferentẽq; litteras cum symbolo: & minis quinq;: quas a charino acceperat: ut inde abduceret phaenicium, consecutus quod uolebat challidoro phenicium tradit. Harpax autem diu expectans: ut a ballionis seruo uocaretur: cum ad se non iri uidet: ipsemet ballionem addit: ut phaenicium abducat. ratus ballio subornatum mittit aliquem a pseudolo: arpaga irridet primo. Dein re percepta: & sibi impositum a pseudolo intelligens: sese excruciat: simo uiginti minas quas de cõpacto ballio debuerat: sibi dinumerari postulat. & perinde pseudolus apud simonem exultat laeticia.

¶ Nominum etymologiae,

VALLA. P Seudolus mendax seruus: qa pseudos mendacium: & dulos seruus. ¶ Callidor?: qa calos pulchritudo dr̃. & dorõ donũ: quasi munus pulchritudinis. ¶ Ballio: qa ballo iacto: ia͡ctat. n. multa leno aduersum suas ancillas. Simo. ut ẽt diximus alias: a simi nasi ꝓprietate. ¶ Calipho: quia calos. ut pulchritudo ita ẽt honestas dr̃. quę ai q̃dã pulchritudo est: & phos lumẽ: quoniã sermone honestatem prae se fert: uel ẽt quasi uir honestus: nã ut phos neutri generis circumflexu lumẽ significat. Ita masculini generis acutum hominẽ notat. ¶ Arpax. ab harpazo rapio. q̃d militum serui se rapere hostes in bello dicant. Idem quoq;. ¶ Cacula: qa cacos malus: omnes enim serui militum mali. ¶ Charinus: qa charizomae gratificor significat: q̃d fit callidoro gratificaturus. ¶ Simia. quoniam ut simia humanos imitatur gestus. ita & hic militis seruum qui idem: & sycophanta:

M. ACCII PLAVTI PSEVDOLVS.
PROLOGVS.

E Tudete hodie mihi, bona in scenam affero.
Nam bona bonis ferri reor aequom maxume,
Vt mala malis, ut qui mali, habeant mala.
Qui boni, bona, bonos quod oderint mali,
Sunt mali, malos quod oderint boni, bonos
Esse oportet, uosq; ideo estis bõi, quãdo q̃dẽ
Semper odistis malos, & lege, & legionibus
Hos fugitastis, qui rite successit bonis,
Huic uox nunc pariter bonam boni operam date gregi.
Qui bonus est, & hodie ad bonos affert bona.
Aures, oculi animus ampliter fient saturi.
In scenam qui ieiunus uenerit, aut sitiens,
Is risu & uentre raso uigilabit sedulo.
Dumq; ridebunt saturi, mordebunt famelici.
Nunc si sapitis cedite ieiuni, atq; discedite.
Vos stare saturi, imo sedete, atq; attendite.

Non argumentum, neq; huius nomen fabulæ
Nunc proloquar ego, satis id faciet Pseudolus.
Satis id dictum nobis puto iam, atq; deputo.
Vbi lepos, ioci, risus, uinum, ebrietas decent,
Gratiæ, decor, hilaritas, atq; delectatio.
Qui quærit alta, is malum uidetur quærere.
Curas malas abiicite iam, ut ociosi hodie.
Exporgi meliust lombos, atq; exurgier.
Plautina longa fabula in scenam uenit.

cuius etymologiam abunde supra expressimus. non ut fere omnes solent interpretari calumnator. hunc enim ut ostendimus in asinaria: græci diabolū uocant: sed is est sycophanta: quem rusticus sermo barrum uocat. Phœnicis. a gente phœnicia: uel a colore phœniceo ita nōcupata. Exporgi. pro exporrigi: idest extendi. nam qui sese leuat: lumbos uidetur extendere. Cur. autem hoc dixerit: ostendit dicendo lōgam Plauti fabulam in scenam uenire ubi fabulę recitabantur.

ARGVMENTVM.

Præsenteis numerat quindecim miles minas.
Simul consignat symbolum PHOENICIVM
Ei det leno, sibi qui eum cum reliquo afferat,
Venientem caculam interuortit symbolo
Dicens Syrum se Ballionis PSEVDOLVS.
Opemq; herili is ita tulit, nam simiæ
Leno mulierem, quem is supposuit, tradidit,
Venit harpax uerus, res palam cognoscitur.
Senexq; argentum, quod erat pactus reddidit.

SARACENVS. Præsentis numerat. i. statis & illico. Symbolum. Signum: quo ostenso mulier tradi debuerat. Cum reliquo. s. quinq; minis: quod erat præcii reliquum. Interuortit: fallit: decipit. Herili. Callidoro. Opes tulit: quia astu: & opera sua effecit: ut adolescens amata muliere potiretur. Senexq;. Dicidā senię. Dic. n. datas fuisse Simōi uiginti minas a lenone: q̄s dare pactus fuerat: si a pseudolo falleret.

VALLA. Præsentis numerat quindecim miles minas. præsentes dicit in manum dinumeratas. non in libris debitas: ut solēt i ephemeridibus: idest diariis notari. Consignat symbolum. signum quo inter se conueniebant: quia symballo confecto. Vt phœnicium: meretricem ballionis. Ei det leno: ballio. Cū reliquo. Cum quinq; minis: quæ reliquæ erant. Venientem caculam quem diximus etiā harpaga nominari. Interuortit symbolo. intercipiendo symbolum euertit. Dicens syrum: e syria adductum seruum. Pseudolus. sane quoniā ex primis argumenti litteris apparet: pseudolum non pseudulum dici a mendacio doloso nomen habuerit: ut sit nō dulos: sed dolos. Opemq;: auxiliū. Herili. subaudi filio: nempe callidoro. Nā simiæ: qui & sycophāta. Harpax uerus: idest qui non falsus a milite nuntius: ut simia. Senexq;: subaudi simo. Argentū: qd erat pactus reddidit. pactus enim erat cum pseudo si phœnicium per fallaciā ballioni subduceret. se traditurum argentū: quāta mulier empta fuisset pecūia. (Symballo quid sit.)

VGOLETVS ET GRAPA. ARgumētū pscribi debet his nouē uersibus: non plogus: ut Pius iterpres indoctus pscripsit. Sibi ascribēdum est metri necessitate: nec aliter legēdus uersus est: ut facit Pius interpres legis metricæ ignarus.



PRIMVS ACTVS.

Pseudolus seruus. Callidorus adolescens.

Si ex te tacente fieri possem certior
Here, quæ miseriæ te tam misere macerant,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei, te rogandi, & tui, respondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
Me subigit, ut te rogitem, responde mihi.
Quid est quod tu exanimatus iam hos multos dies

SARACENVS. Si ex te tacente. phœnicium epistolio callidorum mōuerat intra paucos dies tradē das esse militi: qui eam ab lenone pecūia abducturus erat in aliquo pacto lenonem interuorteret: quo malo nuncio adolescēs affli ctabatur: & mœstus erat. Nescius ergo tāti mœroris cāæ pseudolus: herilē filiū interpellat: ut suus detegat cōsiliū.

VALLA. Si ex te tacente fieri possem certior. Pseudolus inqt callidoro gestanti a phœnicio secum litteras: & diu gemētiquid nam sit id: cui callidorus legendas dedit litteras: liberationes a lenone sua depofcētes: ac nisi det pecūia a callidoro sos ppedit: ut a milite redimat macedonico. pseudolus ergo pollicetur se callidoro redēpturū

SARA CENVS

ANTIdhac: Interpositum d propter hiatum uocalium. Quærunt hæ sibi liberos: Nam ita simul conculcatæ litteræ:& unæ super alias positæ apparebant:ut omnes simul coire uiderentur. At tu cita. Reuoca ad te animum. Non in pectore: Id quod alias diximus ex Platonis sententia: amans mortuus in se ipso: uiuit in alieno. At te dii deæq; Non finit pseudolus absolui sermonem: nam dicturus erat: perdant. sed uerbum interrumpens dixit seruassint quidem. Quasi solsticialis herba. Pli. Solsticialem herbam appellat condurdon flore rubeo. idez quoq; heliotropium herbam uocari: ideo tradit q æstiuo solsticio floreat:& q solis motibus folia circumacta conuertat: nam oriente sole flores suos aperit:& se iterum recludit: cum sol occubuerit: tantus enim est syderis amor: nocte enim desiderio contrahit cerulenm florem: quā nostri uerrucariam appellauere: de qua forte hoc loco Plā. intellexit alludens ad naturam herbæ: q sole existente super terram floreat: occidente autem flores contrahat: quasi simul cū sole stare: cumq; eo uideatur occidere. Frui. Corrupte legitur: dicendū fuit: res omnino parua: Sed quæ lectorem ambiguum faciat. Sensus ergo uerborum est: quandoq; amore recreor: sed statim pereo. Phoenicius callidoro. Principium est epistolæ.

Solsticialis herba q̄ sit

VALLA

Lachrymis lauis. notauit hoc: quoq; Priscianus tam lauo lauis q̄ lauo lauas dixisse ueteres. Iuppiter probibescit: prohibeat. Nisi sybilla legerit: idest diuina aliqua mulier. sane sybillas ueteres puellas omnes dixerunt: q̄ rum pectus numen reciperet:& a consilus deorum nunciandis hoc nomen imposuerunt: sius enim deos non the: & consilium non bulē. sed bylen æoles dicebant: itaq; sybillam dixerunt quasi θεοῦ βουλὴν. fuerunt autem sybillæ decem: quarum prima nominata ē sambethe: hāc chalcidicā ueteres fuisse perhibent: sunt qui hębræam dicāt & uni filiorum Noe. nupsisse:& cū ipso archam conscendisse. & ipsam prædixisse: quæ de turri constructa feruntur linguarumq; uarietate: linguaq; usa hæbraica:& de Alexandro macedone prędixisse multa: ut nicanor refert qui alexandri uitam scripsit. Secūda libyssa. cuius facit mentionem Euripides in salaminis prologo. Terna delphis: q̄ nata in delphis ē. sicut chrysiphus scribit. Quarta italica: quæ in italiæ solitudinibus uixit. Quinta erythręa: quę bellum imminens troianum prędixit: de qua apollodorus scribit erythręus. Sexta samia: quā pytho nominatam ferunt. Septima cumæa: nomine amalthia: ut alii erophile sunt q̄ taraxandrā uocent. Virgilius autem ipsam deiphoben nominat. Octaua helespontiacha: quæ in uicomarmisso nata fertur: prope quoddam oppidulum georgetiona. Nona phrygia. Decima autem tiburtia nomine albunea: hanc aiunt oracula conscripsisse certissima: cunctis uero præstitisse erithræam ferunt: quæ cum primum nata est: cæpit loqui:& grauia:& nomine suo multos compellare. Cur inclementer dicis: perperam:& nequiter. Atttu cita: uoca: ut adsit. In cæra cubat. In sigillo impręssa. aut in cęra in tabella. propter uerba: quæ affectum ostendunt. Quasi solsticialis herba. Plini. condurdon herba solstitialis: flore rubeo: suspensa in collo comprimere dicitur strumas. Dicitur etiā græce heliosc opos & helioscopium: quæ semper solem intuetur:& heliotropium maius & heliotropium minus q d tropas: idest solstitia spectent. Heliotropium minus in hiberno solsticio statim concidit: & exarescit: & ex radiculis suis repululat statim. Litterasq; interpretes. subaudi eius mentis.

Sybillæ q̄ dicant & quot sybillæ fuere

Proprietas helioscopos quę sit

Gestas tabellas tecum, eas lachrumis lauis.
Neq; tui participem consilii quenquam facis:
Eloquere, ut quod ego nescio, id tecum sciam.
Ca. misere miser sum Pseudole. ps. id te iuppiter
Prohibessit. Ca. nihil hoc iouis ad indicium attinet.
Sub Veneris regno uapulo, non sub iouis.
Ps. Licet me id scire quid sit? nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.
Ca. Idem animus nunc est. Ps. fac me certum, quid tibi sit.
Iuuabo aut re, aut opera, aut consilio bono.
Ca. Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi
Quæ me miseria & cura contabefacit.
Ps. Mos tibi geretur, sed quid hoc quæso? Ca. quid est?
Ps. Vt opinor quærunt literæ hæ sibi liberos.
Alia aliam scandit, Ca. ludis me ludo tuo.
Ps. Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Interpretari alium posse reor neminem.
Ca. cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?
Ps. An obsecro hercle habent quoq; gallinæ manus?
Nam has quidem gallina scripsit. ca. odiosus mihi es.
Lege. uel tabellas redde. Ps. imo enim eas pellegam.
Aduortito animum. ca. non adest. ps. at tu cita.
Ca. Imo ego tacebo, tu hinc quidem ex cera cita.
Nam istic meus animus nunc est, non in pectore.
Ps. Tuā amicā uideo calidore. ca. ubi eā est obsecro?
Ps. Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.
Ca. At te dii deæq; quantus es. Ps. seruassint quidem.
Ca. Quasi solsticialis herba paulisper fui,
Repente exortus sum, repentino occidi.
Ps. Tace dum tabellas pellego. Ca. ergo quin legis.
Ps. Phœnicium Calydoro amatori suo
Per ceram & linum litterasq; interpretes

VGOLETVS ET GRAPA.

POSSE reor neminem: reor addendum est: si metri rationem habere uelimus: aliter claudicabit: uno deficiēs pede a Pio interprete de sioculo non animaduerso.

alutem

Salutem mittit,& salutem abs te expetit.
Lachrumans animo titubanti,corde,& pectore.
Ca.Perii,salutem nusq̃ inuenio Pseudole?
Quam illi remittam.Ps.quam salutem.Ca.argenteam.
Ps.Pro lignea salute,uis argenteam
Remittere illi?uidesis quam tu rem geras.
Ca.Recita modo,ex tabellis iam faxo scies
Quam subito argento mihi usus inuento siet.
Ps.Leno me peregre militi macedonico
Minis uiginti uendidit uoluptas mea.
Et priusq̃ hinc abiit,quindecim miles minas
Dederat,nunc unæ quinq; remorantur minæ.
Ea caussa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem,
Vt qui huc afferret eius similem symbolum
Cum eo simul me mitteret,ei rei dies
Hæc præstituta est proxuma Dionysia.
Ps.Cras ea quidem sunt.Ca.prope adest exitium mihi,
Nisi quid mihi in te est auxilii.Ps.sine pellegam.
Ca.Sino,nam mihi uideor cum ea fabularier.
Lege,dulce amarumq; una nunc misces mihi.
Ps.Nunc nostri amores,mores,consuetudines.
Iocus,ludus,sermo suauis,sauiatio.
Compressiones arctæ amantum compares,
Teneris labellis molles morsiunculæ.
Papillarum horridularum oppræssiunculæ.
Harum mihi uoluptatum omnium,atq; itidem tibi
Distractio,dissidium,uasticies uenit,
Nisi quæ mihi intest,aut tibi est in me salus.
Hæc ego,quæ sciui,ut scires,curaui omnia.
Nunc ego te experiar quid ames,quid simules,uale.
Ca.est misere scriptum pseudole.ps.o miserrime.
Ca.Quin fles?ps.pumiceos oculos habeo,non queo
Lachrumam exorare ut expuant unam modo.
Ca.Quid ita?ps.genus nostrum semper siccoculum fuit.
Ca.Nihil ne adiuuare me audes.ps.quid faciá tibi?Ca.heu.
Ps.Heu?id quidem tibi hercle ne parsis,dabo.
Ca.Miser sum,argentum nusquam inuenio mutuum
Pseudole.ps.heu.ca.neq; intus nummus ullus est.ps.heu.
Ca.ille abducturus est mulierem cras.ps.heu.
Ca.Istocine pacto me adiutas?ps.do id quod mihi est,
Nam is mihi thesaurus iugis in nostra est domo.
Ca.Actum hodie de me est,sed potes nunc mutuam
Drachmam dare mihi unam,quam cras reddam tibi?
Ps.Vix hercle opinor,si me opponam pignori.
Sed quid de drachma facere uis?Ca.restim uolo
Mihi emere.ps.quamobrem?Ca.qui me faciam pensilem.
Certum est mihi ante tenebras persequi tenebras.
Ps.Quis mihi igitur drachmam reddet,si dederim tibi?
An tu te ea caussa uis sciens suspendere,

SARACENVS.

ARgenteam. Naȝ ei pecunia opus erat: ut mulieres abduceret ab lenone. Pro lignea: Vel pro linea: quia dixit per ceram: & linum salutem mittit. Proxima dionysia. Ventura bacchanalia. Pumiceos oculos: naȝ pumex aridus est. Siccoculum. Non sic conclitũ: ut prius legebatur. Siccos eniȝ oculos eos dicimus habere: qui nõ lachrymant. Hora. Qui siccis oculis monstra natantia: qui uidit mare turbidũ: infames scopulos acroceraunia: sic Luca. qui sicco lumine cãpos: uiderit emathios: Neq; intus ullus nũmus. Loquitur callidorus: & rursus ille abducturus ẽ mulierem cras: Ita ut tantum pseudolo relinquatur uerbum heu: ut emẽdauimus. Cuculus. A uoce propria nomen habet: auis peregrina est: & loco non stabilis: non nidificat: sed in uidis parit alienis: & ut traditur ab Aristot. cum.n. se ignauum: minimeq; opitulãdi potẽtem nouerit: facit: quasi suppositios suos pullos: quo fuari possint: timiditate enim hęc auis excedit: quippe ab auiculis uallatur: & prę metu earum fugiat. Tradit Pli. quoddam mirabile: sed potius ridiculũ de cuculo: quo quis loco primum audiat alitem illam: si pes dexter circũscribatur: ac uestigium id effodiatur: nõ gigni puplices ubicũq; aspergatur. Mea si cõmouit sacra. i. si quid facere accipiã. Verbis cõquiescito. Quid si cõgniscito potius legatur: est.n. cõquiniscere: ut in cistellaria dictum est inclinare: sensus ẽ: dic mihi: an potius optes patres fallã: an matrem: id dicito in oculum: cũ in aurem dicere debuisset: sed peruulgata nimis oratione uti noluit: ut magis iocosum dictum redderetur. Pube pręsenti: Populo astante: id quod sentit Festus.

Cuculus q & unde.

Miraculũ plinianum

VALLA.

VSVS inuento fiet: idest opus sit inuenire. Vnę quinq; non iteratę: sed semel quinq; remorantur: in mora tenẽt. Exprçssam in cęra ex anulo suã imaginem. hoc erat: quo inter se conuenerãt symbolum. Ei rei: ad hanc reȝ conficiendaȝ. Dies hęc praestituta ẽ: hęc dies constituta prę cęteris. Quę est proxima dionysia: idest bacchanalia. Horridularum: quę horrorẽ mẽbris moueãt. Puniceos oculos habeo .i. aridos: quia nihil ęque aridũ: ac pumex. Vt expuant unam modo. ut lachrymã eliciant: si exprimãtur. Genus uostrum semper siccoculum fuit. Fest. cocula uasa ahenea coctionib⁹ apta. Alii cocula dicunt ligna minuta: quibus facile decoquantur obsonia. coculum ergo: ut ligna sunt arida. Sinco clatuȝ legatur. quia coclaces sunt lapides durissimi: & glareosi: melius tamẽ ac simplicius erit legere: sicco occulo

Cocula q̃ sint

Vt me defrudes drachma, si dederim tibi?
Ca. Profecto nullo pacto possum uiuere,
Si illa a me abalienatur atq; abducitur.
Ps. Quid fles? cucule? uiues. Ca. quid ego ni fleam.
Quoi nec paratus nummus argenti siet?
Neq; libellæ ulla spes sit usquam gentium?
Ps. Vt literarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illi drachmis fleueris argenteis,
Quod tu istis lachrumis te probare postulas.
Non pluris refert, q̃ si imbrem in cribrum geras.
Verum ego te amantem, ne paue, non deseram,
Spero alicunde hodie me bona opera, aut mala
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
Ca. At id futurum unde? Ps. unde dicam? nescio
Nisi quia futurum est, ita supercilium salit.
Ca. Vtinam quæ dicis, dictis facta suppetant.
Ps. Scis tu quidem hercle mea si commoui sacra,
Quo pacto & quantas soleam turbellas dare?
Ca. In te nunc sunt omnes spes ætati meæ.
Ps. Satin est si hanc hodie mulierem efficio tibi
Tua ut sit? aut si tibi do uiginti minas?
Ca. Satis, si futurum est. Ps. roga me uiginti minas.
Vt me effecturum tibi, quod promisi, scias,
Roga. Ca. obsecro hercle. Ps. gestio promittere.
Ca. Dabis ne argenti mihi hodie uiginti minas?
Ps. Dabo, molestus nunc iam tu ne sis mihi,
Atq; hoc ne dictum tibi neges, dico prius,
Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.
Ca. Dii te omnes mihi seruent, uerum si potes,
Pietatis caussa, uel etiam matrem quoq;.
Ps. De ista re in oculum utrumuis conquiescito.
Ca. Oculum utrũ, an ne in aurẽ? Ps. at hoc puolgatũ est minus.
Nunc ne quis dictum sibi neget, dico omnibus,
Præsenti pube, in contione, omni populo,
Omnibus amicis, notisq; edico meis,
In hunc diem a me ut caueant, ne credant mihi.
Ca. Tace obsecro hercle. Ps. quid negocii est? Ca. ostium
Lenonis crepuit. Ps. crura mauellem modo.
Ca. Atq; ipse egreditur, penitus periurum caput.

nec i sermone ulla apparebit asperitas quod maxime conuenit comicis congruitq; cum superiore puniceos oculos habeo. ¶ Vt par sis: idest ęq̃lis mihi: Drachmam dare mihi. drachma. quæ & dragma dicitur a latinis. c h in mediam litteram mutata: siue: ut inqt Priscianus: argẽteus nũmus: siue scrupuli tres. ¶ Qui me faciam pensilem: idest suspendam: ut inde pendeã. Quãdoq; pensile quod pependerat. Horatius. Pensilis una ornabat mensas cum duplice ficu. ¶ Non pluris refert. Non plus interest. ¶ Quã si imbrem in cribrum geras: idest genere tentaueris. nã geri qui potest imber in cribro facta supperant: ita facta suggerantur: ut tu dicis. ¶ Mea si commoui sacra: idest si me: ut possũ commouero. & hoc prouerbialiter dictum. nam cum ad sacra uentum est: nihil ultra quærendum eẽ sunt ueteres opinati. ¶ Dabis ne argenti mihi hodie uigiti minas: dabo. Hæc stipulatio perfecta est. ideo subdit: molestus nunc iam ne sis mihi. ¶ Vtrumuis conquiniscito: idest iclinato. id. n. conquiniscere est: ut supra quoq; ostensum conquinisco conquexi pręteritũ. ¶ Pube præsente. Fest. pube præsente: est populo præsente ab his: qui puberes sint omnem populum significans. ¶ Crura mauel. mõ. s. audi crepuisse.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ COMpræssiones arctæ amantum compares. ita scribẽdus est uersus hic: nisi trimetro iambico iniuriam facere uolumus: & sententiæ. arctæ enim ex codicibus scriptum est amantium cõparatæ: non patitur: ut dixi: lex carminis. quod Pius non uidens: ut pote luscitius: præteriit. ¶ Siccoculũ profecto legendũ est ex codicibus antiqs: & sententiæ concinnitate: hoc est: oculorum siccorum: & non procliue ad lachrymas non sic conchitum: hoc est lusciorum: ut instar orborum oculos nõ haberent: quibus: expuuntur lachrymæ: ut inepte legit: & exponit Pius amens interpres addens etiam secũdũ delirium his uerbis in priscis tamẽ exẽplaribus legitur coculum: hoc est durum: quia res coctæ duriores sunt. ¶ Neq; libellæ ulla spes: ulla addi debet: necessitate metri: quod Pius commentatur ignarissimus non aduertit. ¶ Nisi quia futurum est: nisi a scribendum est: ita metri lege exposcente: & sententiæ congruitate: aliter enim non quadret sententia id quod a pio interprete non est uisum: qui etiã pro quia: quæ legendum censet. ¶ Atq; hoc: a scribendum est hoc ex ueteribus codicibus: & metri necessitate: cui pes unus deficeret. ¶ Dii te omnes mihi: seruent: ita scribendus est uersus: & omnes: inter scribẽdum metri ratione: ne uersus claudicet: ut claudum Pius reliquit: ac legit.

Exite:

SARA CENVS.

EXite:agite. Leno celebraturus suũ natalẽ diẽ cũctos arguit domi familiares:q̃ nullam adhibeãt in rebus agẽdis solertẽ operã. ꝟ Quibus nisi ad hoc exẽplũ. s.ut nihil recte faciant. ꝟ Nõ põt usura usurpari.i. eo rũ opa uti:ne quo uel eoꝝ opera usui esse nõ põt. ꝟ Hi sunt flagricibæ. Melius flagritribæ:ut olmitribæ a tribo græco uerbo.i.frico & cõteto: flagritribæ ergo q̃si flagra cõterentes: qd fit ex pcussione nimia dũ uapulant. ꝟ Callẽt.i.calla admiscere pp plagas. ꝟ Consilia:Instituta:mores. ꝟ Clepe. Fureris:est.n.clepere furari a græco clepto:ut rettulit Nonius. ꝟ Harpaga. Rapias de hoc uerbo alias. ꝟ Valde uaria. Nã caro pcussa:& flagris cę

Clepere qd sit

Ballio leno. Lorarii.iiii. Pseudolus. Callidorus.

EXite hinc agite, ite ignaui, male hiti, & male cóciliati.
Quorũ nunq̃ qcq̃ quoiq̃ uenit in mẽtẽ, ut recte faciant,
Quis nisi ad hoc exẽplũ experior, nõ p̃t usura usurpari.
Neq; homines magis asinos unq̃ uidi, ita plagis costæ callent,
Quos dũ ferias, tibi pl⁹ noceas, eo.n.igenio hi sũt flagritribæ,
Qui hæc hñt cõsilia, ubi data occasio ẽ, rape, clepe, tene, harpa
Bibe, es, fuge. op⁹ hoc eoꝝ, ut malis lupos apd oueis liq̃re, (ga.
Quam hos domi custodes, at faciem quom aspicies eorum,
haud uidentur mali.
Opera fallunt, nunc adeo hãc edictionẽ animo oẽs aduortite.
Nisi somnum secordiãq; ex pectore, oculisq; amouebitis.
Ita uostra ego latera loris faciam, ut ualide uaria fient,
Vt ne peristromata quidem æque picta sint campanica.
Neq; alexandrina belluata, consutaq; tapetia.
Atq; here ante cixeram omnibus, dederamq; eas prouincias.
Verum ita uos estis perditi, neglegentes, ingenio improbo,
Officium uostrum ut uos malo cogatis commonerier.
Nẽpe ita animati estis, uos uincere hoc duricia tergi, atq; me.
Hoc, uide sis, ut alias res agũt, hoc agite, huc aium aduortite.
Huc adhibete aureis, q̃ ego loq̃r, plagigera gña hoium, nunq̃
Aedepol uostrum durius tergum erit, q̃ terginum hoc meum.
Quin nunc dolet ne? hem, sic daẽ, si qs herũ seruos spreuerit,
Assistite oẽs cõtra me, & quæ loquor, aduortite hũc animũ.
Tu qui urnam habes, aquam ingere, face plenũ ahenum sit.
Te cum securi, caudicali præficio prouinciæ.
Lo. At hæc retõsa ẽ. Le. sine fiet, itidẽ quoq; uos estis plagis
Omnes, num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor?
Tibi hoc p̃cipio, ut niteãt ædes, hẽs qd facias, ppera itro abi.
Tu esto lectisterniator, tu argẽtũ eluito, atq; id extruito.
Hæc, quom ego a foro reuortor, facite ut offendam parata oĩa,

sa uarios colores admittit ex percussionibus. ꝟ Peristromata: & peripetasmata: ac aulæa sunt ornamẽta: quibus parietes: & aulæ teguntꝰ: quæ ex diuersis picturis: & floribus: lana: uꝰ serico cõtexta fiunt: dicta nãq; sunt aulæa: ut quidã uolũt: q̃ primũ i aula Attali regis: q romanũ populũ heredẽ instituit: uisa sunt. ꝟ Tapetia. Diciꝰ hoc tapete: ut hoc sedile: & tapetũ ti. ut hoc tẽplũ: qbus mẽsę & pauimenta sternunꝰ. ꝟ Vos uincere duricia tergi: Verbera cõstanter pati: ut magis uerbera uincere q̃ uinci a uerberibus uideanꝰ. ꝟ Terginum hoc: Scuticã: uel flagrũ dicit: fit.n.e tergo bubulo. Hem Sic daꝰ: Percutit deide seruos. ꝟ Caudicali puinciæ: Ad ligna scindenda: caudex.n.siue codex tabula diciꝰ Seruio: ita.n.apud antiquos caudex plurĩũ tabularũ contextus dicebaꝰ: uñ caudicariæ naues dicunꝰ a Festo ex lignis grossioribus factæ: uel q̃ cõmeatus per tyberi subuehebãt. ꝟ Retõsa. Scilꝫ acie obtusa.

Caudex qd sit

EXite agite. ballio qd dies eius eẽt natalis: obsonium erat amplũ paratur⁹. qd domi fieri uelit: primũ p̃scribit seruis. dei nancillia mandat: ut amatoribus singulæ suia pro ut illorũ sunt facultates: afferri iubeãt munera. ꝟ Ite ignaui. Nauus uñ nauiter.i.solerter: & nauare operam.i.solerter operã dare hinc ignauus. Nauus quoq; celer: ac strenuus a nauium uelocitate uꝰ dictus. Ennius lib.vi. nauus repertus hõ: graio p̃re: graius hõ rex. & lib.xvi. nauoꝝ imperiũ seruare ẽ insupatũ. Plau. in friuolaria. naue agere oportet: q agas nũc ductarier. ꝟ Male cõciliati. sub/

VALLA.

cassum. ¶ Sicut hæc est præstituta. ordo est: sicut hæc dies prestituta. i. ordinata. ¶ Tui misereri postulas: ut me commiseratione erga te putes cõmoueri. ¶ Vt murenã coqu9: hoc in amphytrione dictũ. ¶ Non qui uigilans dormiat: hoc prouerbiũ sumptum est a cepiõe: qui pararenchus est appellatus nõ omnibus dormio. is nanq; se dormire simulabat: quo uxor ipune mœcharetur: eiusq; meminit Lucilius. Iuue. quoq;. Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso. ¶ Quid es facturus: quid constitueris inquit facere: me admone. ¶ Qui certi fient. Qui stabiles amici. ¶ Faxo aderit. faciam præsto erit. ¶ Potin: ut abeas. possibile ẽ: ut discedas; ¶ QVA q; id promisit die: ita scribendum est ex codi. antiquis. & sententiæ concinnitate, non: q̃ q̃ id promisit die: ut legit Pius omnium ignarissimus. ¶ Non dedisse istum pudet scribendum est ex codicibus antiquis: recta lege metri: & sententiæ congruitate: non autem: non dedissetis tum pudet: ut plenus omni inscitia Pius interpres legit: & Sarracenus quoq;. ¶ Surriperes patri scribendum est: non subrepuisses ut legit pius contra metri rationem: & sententiæ concinnitatem. ¶ Heus tu. sensus horum trium uersuum a pio interprete non expositus: quum fortasse illum elicere nequiuerit ingenio suo obtulissimo: hic uidetur esse ut dicat ballio sententiam hanc catholicam: non mirum est: si nemo inuenitur: qui mutuum alteri credere uelit: quum mutuum accipientes: dum bene edant: & potent ex pecunia mutuo sumpta: non curẽt illam postea reddere: & sic mutuum dantes cautiores redduntur: ne cuiq̃ credant amplius: & ne credant alteri: scribẽdum censemus: & non nec reddant alteri. ¶ Inanis accedas? ita scribẽdum est: & interrogatiue: ex codicibus antiquis: & metri: & sententiæ congruitate: non cedes: neq; cædis: ut corrigit pius amens: nulla habita metri; neq; sententiæ ratione. ¶ Eho an unq̃ huius nupsisti patri: quia ballio respondit callidoro dicenti: nihil nec te mei miseret: apud nouercam querere: hoc est: quærimonias fundis tuas: mihi non aliter audituro: q̃ soleat nouerca exaudire priuignorum preces. Nunc pseudolus iocose ipsi ballioni dicit: an unq̃ huius nupsisti patri? ut. s. nouerca ei factus esse possis? & quia cum uterq; uir sit: uisus est pseudolus uelle ballioni obiicere suppositionem a patre callidori fortasse ei factã. ideo ballio ipse respondet: dii melius. q̃. s. ego illi nupserim aut suppositus fuerim: & uersus ita scribi debet: ut diximus: & non: nunquid tu huius nupsisti patri: ut pius interpres corrigit: contra metri rationem: mentiens ita scriptũ esse in priscis codicibus: quinimmo in illis scriptum est: eho ah nunq̃ i ex quo facile fuit aduertere: scribendum esse: ut nos diximus: an unq̃. ¶ Quam iuppiter scribendũ ex antiquis codicibus: & recta sententiæ concinnitate: uerbaq; sunt callidori continuata: nec scribendum est: inquam iuppiter: nec uerba sunt ballionis: ut somniat Pius cõmentator. ¶ Agninis me extis placari uolo. garrit hic Pius corrigens nolo: nec quid dicat intelligens: nam ballio se non uictim: s placari uelle ait: sed extis agninis: uolebat quippe uiscera: & exta agnina sibi in mensam apponi: quæ comederet. Ex tua re: non est: &c. uersus hic delendus est totus utpote superfluẽs: & in codicibus antiquis nõ scriptus nec sententiæ concinnitati necessarius. ¶ Nunq̃ ad prætorem æque cursim curram: licet utar manu hic uersus ita est cẽsura nostra scribẽdus: hoc sensu: nunq̃ tam cito ad prætorem curram: distraharq;: etiam si manu usus sim in quẽq̃ q̃ hoc quod me iubes statim efficiam: ut. s. ballionem maledictis onerem: nec scribendum est: atq; cursim: sed æque cursim: ut diximus: neq; scribendum est: lite utar manu: eo sensu ut Pius nescius interpres ait ut in illum manu: & pugnis se usurum asserat: loco litis iuridicæ: & legalis: quippe nec calidorus iubet illi: ut manu utatur: sed maledictis: nec ipse pseudolus in illum iacit: nisi maledicta: & codices antiqui habent licet: non lite. ¶ Acerrime: cur pius corrigat & scribat acerrima: nescimus quippe codices omnes acerrime habent: & concinne satis: quum supra etiam ualide dixerit: & infra planissime. sed facilis usq; adeo est Pio aliorum taxatio: ut neq; hic nouũ egisse uideatur. ¶ Sed quanq̃: uersum hunc: qui ita correxerit: ut deleat uocem illam: quæ: & pro mihi scribat modo: rectior sensus elicietur: & elegantior oratio fuerit: & non trunca: qualem pius interpres impius reliquit. ¶ Simulter: pro similiter: ut ait No. adducens hunc locum. ¶ Adhuc hominem ex codi. antiquis: & recta sententia. non adi hac: ut inscite: & demẽter corrigit: & exponit pius interpres.

VGOLETVS ET GRAPA.

Hem illuc est patrem esse, ut æquior sis filio.
Si. Sed quis hic loquitur? meus hic est quidē seruos Pseudolus.
Hic mihi corrumpit filium scelerum caput,
Hic dux, hic ille est pædagogus, hunc ego
Cupio excruciari. Ca. iam istæc insipientia est,
Iram in promptu gerere, nam quanto satius est
Adire blandis uerbis, atq; exquirere
Sint illa, nec ne sint, quæ tibi renunciant?
Bonus animus in mala re dimidium est mali.
Si. Tibi auscultabo igitur. Ps. itur ad te Pseudole,
Orationem tibi para aduorsum senem.
Herum saluto primum, ut æquom est, postea
Siquid superest uicinos impartio.
Si. Salue, quid agitur? Ps. statur hic ad hunc modum.
Si. Statum uide hominis callipho, quasi basilicum.
Ca. Bene, confidenter quæ te astitisse intellego.
Ps. Decet equidem innocens qui sit atq; innoxius,
Seruom superbum esse apud herum potissumum.
Ca. Sunt quæ te uolumus percontari, quæ quasi
Per nebulam nos met scimus, atq; audiuimus.
Si. Conficiet iam te hic uerbis, ut tu censeas
Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.
Ps. Ita est, iampridem tu me spernis, sentio.
Paruam esse apud te mihi fidem ipse intellego.
Cupis me esse neq̄, tamen ero frugi bonæ.
Si. Fac sis iam uacuas Pseudole ædeis aurium,
Mea ut migrare dicta possint quo uolo.
Ps. Age loquere quid uis, tametsi tibi succenseo.
Si. Mihin domino seruos tu succenses? Ps. iam tibi
Mirum id uidetur? Si. hercle, quin ut tu prædicas
Cauendust mihi abs te irato, atq; alio tu modo
Me uerberare, atq; ego te soleo, cogitas.
Ca. Quid censes? ædepol merito esse iratum arbitror
Quom apud te stet parum fides. Si. iam sic sino
Iratus sit, ego ne quid noceat, cauero.
Sed quid ais? quid hoc, quod te rogo? Ps. si quid uis roga.
Quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.
Si. adhorte ergo animum, & fac sis promissi memor.
Quid ais? ecquam scis filium tibicinam
Meum amare? Ps. negare mea est. Si liberare quam uelit.
Ps. Pρεπον και τουτο negari. Si ecquas uiginti mnas
Per sycophantiam, atq; per doctos dolos
Paritas ut a me auferas? ps. ego abs te ut auferam?
Si. Ita quas meo gnato, des, qui amicam liberet,
Fatere πυσαιτο, ινα καιαυτος ρυσαιην.
Si. Dixin Callipho dudum tibi?
Ca. Memini. Si. cur hæc ubi tu resciuisti illico
Cælata me sunt? cur non resciui? Ps. eloquar.
Quia nolebam ex me morem prægigni malum,
Herum ut ego seruos criminarer apud herum.

¶ Dabo inique. Si uolumus sermonem dare chaliphoni: legamus inqe. i. dicito te. s. pecuniam daturuȝ: uel legamus: dabo inquā: & sermo erit Simoni accommodatus. ¶ Iisce. Scilicet spseudolus leno: & callidorus. ¶ Stilis ulmeis cōscribito. Flagris: & uirgis cædito. Iudice. Palā profer. ¶ Operā discōflatuo do: ab eo qđ dico. as. ¶ Suspitio est mihi. Ad spectatores loquitur. ¶ Centurio. Congrego: conuoco. ordino: tractū a centuriis ordinādis. ¶ Tibicen uos interea. Videtur mos fuisse: cum e scæna aliqs se subduxisset quoad aliis auentarit: tibicen interea perflarret tibias. ¶ Cluant: sint: alias cluere pro certare.

Centurio quid sit.

VALLA.

Si de damnosis. dū simo cuȝ caliphone filii sui callidori quærit intemperantiam amoris: interuenit pseudolus: qui pollicet se effecturū: ut uiginti minas dinumeret pro liberāda amica callidori. Ait ergo simo primū: si oportuerit de eis. qui damnū faciant: maioribusq; amatoribus eū deligere: qui sit dictator. nō potius quisq̄ q̄ meus diligeretur fili⁹. ¶ Athenis atticis. qa tres athenæ. Varro cum trinæ fuerint athenæ: ab una dicti athenæi. Ab altera athenausi. a tertia atheneopolitę. Fest. autem quadrubē inquit athenas actius appellauit: qđ sic ex q̄ttuor urbibus in unā domicilia cōtulere braurone: eleusine: piræheo: Iunio. Et subolet mihi in suspitionem uenit. Hæret hoc negocium ambiguū est: quomodo possim hominē inter uertere. Cōmeatum uolui argentariū proficisci. i. uolui proficisci: ut quēadmodū ad exercitū cōmeatus subportaṫ: ita ego ad cōmeatum argentariū ab sene auferēdū ad herilē filium cōtenderē callidoruȝ. ¶ Nihil est prędæ pdonibus: prædaȝ nullam nos prędones possumus auferre. ¶ Si meo arbitratu liceat. Si me arbitrio fiat. ¶ Nequicq̄ uis. Frustra hoc tibi. Viritim potuit dispartirier. Taȝ magnum malū inquit: atq; flagitiū: ut ingens multitudo populi particeps eē potuerit: ut singuli suam haberēt partem. ¶ Si patrissat filius. idest patris mores cōsectatur ωζευ q̄ pauci. o iupiter. uocatiu⁹. n. est a noiatiuo ζευς. ¶ Est pedagogus. i. ad male faciendūȝ custos. Sint illa nec ne. num uera sint an non sint. ¶ Bonus animus i mala re dimidium est mali. Si bonū inquit animum habeas. ubi res sit mala: mali pe dimidia auferetur. ¶ Quasi basilicuȝ. i. regificuȝ. Quia basileus gręce rex dicitur. ¶ Per nebulam nos met scimus. Cognouimus inquit in obscuro rē usq; quaq; exploratissimā nō habentes. Socratem tecum loqui. i. tam argumē

Athene quot fuerit

Patrissare quid sit.

tosum & argumētis inseparabilē q̃ socrates apud Platonem disputat. ¶ Aedis aurium.i.spaciū:per qd uerba ingredi mea possint auriū tuarum sae uacet uerbis meis.i. me audias. ¶ Hercle quintum tu p̄dicas. Ironicos dictū:& irrisorie pronūciādū. ¶ Delphis respōsum dicito. In delphis enim oraculum fuit appollinis in phocide:unde & delphicus apollo: q̄q̃ Nacrobius aliorsum noiat. Delphos.n. inquit græca prisca lingua solus diciē:unū & adelphos frater:qa non solus.qa inter cętera sidera ita eminet sol:ut prope modū solus habere potestatē uideatur. ea dem rōne: & a latinis sol dictus. ¶ Negas meum esse liberare:quam uelit amicā prohibere. Ordo uerborum est simul & sensus negas meū.i.an me attinere subaudi filium meum prohibere q̃ uelit amicam liberare. κα τα ςαυτον καλ τος τον.i.per te ipsum: & hunc subaudi filium meū. ¶ Ecquas uiginti minas. Ecce:quā hanc pecuniā. ¶ Paritas.i.multum paras. ¶ Vt a me auferas:ut mihi subtrahas. ρυςαι το ινα καιαυ τος ερυςομην. Liberetur:subaudi amica: quo ēt ipse liberem:subaudi me. ¶ En tibi fateē:uerba caliphonis. ¶ Prægnimalū:ne tua cognitione malus euaderes. ¶ Istuc.subaudi: qd abs te malum. ¶ Illud subaudi:quod a filio. ¶ Erat dieculæ.i. paruulæ diei interuallum. ¶ Strēue:acriter:subaudi sumā. ¶ Excludito mihi hercle oculū. Eruito inqt mihi oculū: si argētū dedero. ¶ Scio dabis. subaudi uiginti minas. ¶ Te ætatem.i.q̃diu uixeris. ¶ Mortalem graphicum si seruat fidē:hominē uersutissimum: si facit:quod dicit. ¶ Eā circunducā lepidule oēm. liberā illam faciendo uenuste ab lenone auferam per fallaciam. ¶ Virtute regi agatocli antecesseris:qui in sicilia multum probabatur. ¶ Quantus.subaudi sum: condar in pistrino. ¶ Dabo inquit. dicito inquit calipho dabo. ¶ Argento circūuenerat.idest fallant. ¶ Stilis me totum usq̧ ulmeis cōscribito:sensus est:si unquam conuenimus inter nos:nulla causa erit:quin totum corpus meū ita uirgarū uibicibus facias insignitum: q̃ liber litteris est insignitus. Sane scribere componere:unde scriptor author scriptorum. Hora. Scriptor honoratum si forte reponis Achillem. Cicer. in. P. Clodium. Quære hoc est clodio scriptorem legum tuarum. ascriptor aūt: qui in exemplum ducit scripta: & subscriptor ibidem. Cice. deniq̧ ille nouitius: ligur: ascriptor: & subscriptor tuus. Scriba uero: q̃ publica monumenta scripius notat ibidem Cice. scribæ: qui nobiscum in rationibus: monumētisq̧ publicis uersantur non obscurus

Delphos qd sit.

Scribere qd sit.

Si.Iuberes hunc præcipitem in pistrinum trahi?
Ca.Nunquid peccatum est hic simo?Si.imo maxume.
Ps.Desiste,recte ego meam rem sapio Callipho.
Peccata mea sunt,animum aduorte,nunc iam
Quapropter expertem amoris nati te habuerim.
Pistrinum incundum scibam,si id faxem,mihi.
Si.Non a me scibas pistrinum incundum tibi
Quom ea mussitabas?ps.scibam.Si.cur non dictū est mihi?
ps.Quia aliud malum aderat,istuc aberat longius.
Illud erat præsens,huic erant dieculæ.
Si.Quid nunc agetis?nam hinc quidem a me non potest
Argentum auferri,qui præsertim senserim,
Ne quisq̃ credat nummum,iam edicam omnibus.
ps.Nunq̃ ædepol quoiq̃ supplicabo,dum quidem
Tu uiues,tu mihi hercle argentum,tu dabis.
Abs te equidem sumam.Si.tu a me sumes?ps.strenue,
Si.Excludito mihi hercle oculum,si dedero.ps.si dabis?
Iam dico ut a me caueas.Ca.certe ædepol scio,
Si abstuleris,mirum,& magnum feceris facinus.
ps.Faciam.Si.si non abstuleris?ps.uirgis cædito.
Sed quid si abstulero?Si.do iouem testem tibi,
Te ætatem impune habiturum.ps.facito ut memineris.
Si.Egon ut cauere nequeam,quoi prædicitur?
ps.prædico ut caueas,dico inq̃ ut caueas,caue.
Hem istis mihi tu hodie manibus argentum dabis.
Ca.Ædepol mortalem graphicum,si seruat fidem.
ps.Seruitum tibi me abducito,ni fecero.
Si.Bene,atq̧ amice dicis,nam nunc iam meus es.
ps.Vin etiam dicam,quod uos magis miremini?
Ca.Studeo hercle audire,nam te auscultabo lubens.
Si.Agedum,nam satis lubenter te ausculto loqui.
ps.priusq̃ istam pugnam pugnabo,ego etiam prius
Dabo aliam pugnam claram & commemorabilem.
Si.Quam pugnam?ps.hem ab hoc lenone uicino tuo
per sycophantiam,atq̧ per doctos dolos
Tibicinam illam,tuus quam gnatus deperit,
Eam circunducam lepidule.Si.mirum quidem est.
ps.Effectum hoc hodie reddam utrunq̧ ad uesperum.
Si.Siquidem istæc opera,ut prædicas,perfeceris,
Virtutem regis Agathocli antecesseris
Sed si non faxis,nunquid caussa est,illico
Quin te in pistrinum condam?ps.non unum quidem
Diem modo,uerum in omneis hercle,quantum potest.
Sed here,si itidem ego quod iam dixi,effecero,
Dabin mihi argentum quod dem lenoni illico
Tua uoluntate?Ca.ius bonum orat pseudolus
Dabo inque.Si.at enim scin quid mihi in mentē uenit?
Quid si hisce inter se consenserunt Callipho,
Aut de compacto faciunt confutis dolis,
Qui me argento circumuortant?ps.quis me audacior,

de meis

Si istuc facinus audeam?imo sic simo,si sumus
Conspecti,seu consilium unq̃ inimus de istac re,
Aut si de ea re unq̃ inter nos conuenimus,
Quasi in libro cum scribuntur literæ calamo,
Stilis me totum usq; ulmeis conscribito.
Si.Indice ludos nunc iam,quando lubet.
ps.Da in hunc diem operam Calliphoquæso mihi.
Ne quo te ad aliud occupes negocium?
Ca.Quin rus hodie ut irem,iam here constitueram.
ps.At nunc disturba quas statuisti machinas.
Ca.Nunc non abire certum est istac gratia,
Lubido est ludos tuos spectare pseudole
Et si hunc uidebo non dare argentum tibi,
Quod dixti,potius q̃ id non fiat,ego dabo,
Non demutabo.Ps.nunq; ædepol si non dabis,
Clamore magno,& multum flagitabere.
Agite amouemini hinc uos intro nunc iam,
Ac meis uicissim date locum fallaciis.
Si.Fiat,geratur mos tibi.ps.sed te uolo
Domi usq; adesse.Ca.quin tibi hanc operam dico.
Si.At ego ad forum ibo,iam hic adero.ps.actutum redi.
Suspicio mihi nunc est uos suspicarier,
Me hæc iccirco tanta facinora promittere,
Qui uos oblectem,hanc fabulam dum transigam,
Neq; sim facturus,quod facturum dixeram.
Non demutabo,atq; etiam certum quod sciam
Quo sim facturus pacto,nihil etiam scio.
Nisi quia futurum est,nam qui in scenam prouenit
Nouo modo,aliquid nouum inuentum afferre addecet.
Si id facere nequeat,det locum illi,qui queat.
Concedere aliquantisper hinc mihi intro lubet,
Dum concenturio in corde sycophantias.
Tibicen uos interea hic delectauerit.

SECVNDVS ACTVS.

Pseudolus.

PRoh iuppiter,ut mihi quicquid ago,lepide omnia,prospereq;
Veniunt,neq;,quicq̃ ē qd dubitē,neq; qd timeā ag/
Ita meo conditum nunc est in pectore consilium. (gredi,
Nam ea stultitia est,facinus magnū timido cordi credere.
Nam omnes res perinde sunt,ut agas,ut eas magnifacias,
Nam ego in meo pectore prius ita paraui copias
Dupliceis,tripliceis dolos,perfidias,ut ubiq; cum hostibus
Congrediar,malorum meum fretus uirtute,ne mei
Dicam industria,& malicia fraudulenti,ut facile uincam,
Vt facile spoliem meos perduelleis perfidiis meis.
Nunc inimicū ego hunc cōem meum,atq; nostrorū omniū.
Ballionem exbalistabo lepide,date operam modo.
Hoc ego oppidum admœnire,ut hoc die capiatur,uolo.
Atq; ad hoc meas legiones adducam,si ego hoc

de meis in re publica beneficiis suu; iudicium:decretumq; esse uoluerunt. Scribas ēt inquit Fes.proprio noīe antiqui librarios:& poetas uocabāt:a numero dicunt scribę equidem librarii:q rationes publicas scribūt in tabulis. itaq; cum Liuius Andronicus bello punico secūdo scripsisset carmen qd a uirginibus est cantatū:qa prosperius res.p. populi R.geri cęptą ē:publice attributa est in auētino ædis mineruæ:in qua liceret scribis:& histrionibus cōsistere:ac dona ponere in honorem liuii:quia is etia; & scribebat fabulas:& agebat. ¶ Disturba:quas statuisti machinas. dissipa quæ tecu; fueras machinatus. ¶ Flagitabere.Vt eam dinumeres pecuniam. ¶ Operam dico.i.tribuo:est enim dico dicas. ¶ Cōcedere aliquantisper.paululū modo ingredi domus. ¶ Cum cōcenturio:donec congredo: quasi centurias. ¶ Facinus magnum timido cordi credere.si quidem ex corde omnes emanāt cogitationes bonæ uel malæ. ¶ Cu; hostibus congrediar:manum conferam. ¶ Malicia fraudulenti.ab eo quod est fraudulens.na; & fraudulentus fraudulenta fraudulentum etiam dicimus. ¶ Mos perduelleis i.est hostes. ¶ Ballionem ex balistabo lapide.i.iaculabor tanq̃ e balista. ē enī balista ad iaculandum instrumentu;:qa ballo ide; estquod iacio. ¶ Admœnire.quod nunc admunire hoc est eo modo adaptare:ballionem enim oppidu; uocat. ¶ Huc meas legiones abducam.i.meum sycophantiarum exercitum parabo in balliones. ¶ Oppidum hoc uetus.i.simonem senem. ¶ Meum exercitum.mea promissa. ¶ Opplebo mecum.implebo:sicut:& me subaudi crapula. ¶ Mihi clara:& diu cluant.i.grandina facta:quæ memorent longo tēpore:meq; condecorēt. ¶ Ignorabilis obiicitur.qui mihi inquit incognitus obuiā factus est. ¶ Huic dabo insidias:ad insidiandū me cōparabo. Balista qd fit.

¶ ωζευ q̃ uere pauci estis homines cōmodi.Hem illuc est patrem esse:ut æquor sis filio.Si quid modo uiui ingenii: qn poti⁹ mineruę Pio interpti extinxisset: hos ita uersus correxissē:tā ex codicib⁹ ātiqs:q̃ ex recta snia:& metri ɔcinitate: sed oscitabat fumo iam cerebrum occupante:& somnum suadente:legens & uersus ipsos mutilos:& commodiorem illic esse patrem:ac subaudiens decuit:& ut solitus est uana multa ad glutinans.nec Sarracenus melius q̃ Pius ē locutus. ¶ Pseudolus scribēdum est ex codi.antiquis:& lege metri.non Pseudolosus:ut Pius gānit dicens iocum esse in nominis similitudine:& naturam serui uersipellē aperte desipiens. ¶ Renunciant & ex codi.antiquis:& ex me VGOLETVS ET GRAPA.

Expugno, facilem hanc rem meis ciuibus faciam.
Post ad oppidum hoc uetus continuo mecum exercitum
Protinus obducā, inde me & simul participes omnes meos
Præda onerabo, atq; opplebo spoliis, tum metum, & fugam
Perduellibus meis iniiciam, esse me ut sciant natum,
Quo sum genere gnatus, magna me faciora efficere decet.
Quæ post mihi clara, & diu cluant, sed hunc quē uideo qs?
Quis hic est qui oculis obuiam ignorabilis obiicitur? lubet
Scire quid hic uelit, cum machæra, & hic quam rem agat,
hinc dabo insidias?

tri necessitate. nō renūciant: ut legit Pius semisomnus. ¶ Igitur ex ueterib⁹ codicib⁹: & necessitate metri: cui pes unus deficeret: quod Pius nō sensit iam stertens. ¶ Herum saluto primum: metri necessitate: & sentētiæ cōgruitate: & ex codi. antiquis & non salutato: ut Pius legit oppressus omne ingenium ruditate. ¶ Impartio ex codi. antiquis: metri necessitate: & sensus concinnitate: qui est talis: quū pseudolus solus secum dixisset prius: itur ad te pseudole. orationem tibi para aduersum senem: postea uoce exerta loqui cœpit erga herum: dicens: herum saluto primum: &c. deinde prosequens ait: si quid supersit, uicinos impertio: nec enim uersus uterq; cōstaret: si salutato: & imparti scribas: ut Pius iam sepultis sensibus legit & corrigit. ¶ Ipse scribendum est ex codi. antiquis: & recta elocutione. & non esse: ut legit Pius. ¶ Quia nolebam exmemorem prægigni malum. Herum: ut ego seruos criminarer apud herum: ita legendi sunt duo isti uersus ex codicibus antiquis: metri lege: & sententiæ concinnitate: quæ est: ut pseudolus respondens Simoni dicat: noluisse eum monere de iis: quę interrogauit: ne per eum is mos induceretur: ut seruus herum hero accusaret unq̄: ac sic pseudolus diceretur fuisse author eius mali moris: nec superfluit: herum: nec legendū est memorem: nec malum pro malorum. nec exponēdus est locus hic: ut futiliter exponit Pius: atq; Sarrace. alter Plauti interpres: uterq; uero ignarissimus. ¶ Virtutem regis agathocli antecesseris: ita scribendus est uersus ex codicibus antiquis: metri lege & recta sententia & agathocli genitiuus casus est: ut Vlyssi: Achilli: nec scribendum est: uirtute regi agathocli: ut Pius interpres legit contra metricam rationem. ¶ Verum in omnis hercle quantum potest: ita scribendus est uersus: ex codi. antiquis sententiæ concinnitate: & metri ratione: non quantus est: ut Pius legit insulse. ¶ Sed here: si itidem: &c. Hic uersus ita a scribendus est: & supplendus ratione metri: & sententiæ integritate sic exigentibus: nam in codicibus priscis principium & finis ipsius tantum legebantur: cętero relictus erat locus. ¶ Inque ex codicibus uetustis scribendum est: & non inique: quod & sensui maxime congruit.

Harpax. Cacula. Pseudolus.



I loci sunt, atq; hæ regiōes, q mihi ab hero sūt meo
Demōstratæ, ut ego oculis rōnē capio, quam mihi
Ita dixit herus meus miles ædeis esse septumas
A porta, ubi ille habitat Leno, quoi iussit symbolū
Me ferre, & hoc argentum, nimis uelim, qui certum mihi
Faciat Ballion hic leno ubi habitat. Ps. sed tace tace
Meus hic est homo, ni omnes dii me atq; homines deserūt,
Nouo consilio nunc mihi opus est, noua res subito mihi
Hæc obiecta est, hoc præuortar principio, illa omnia
Missa habeo nunc, quæ ante agere occœpi, nā pol hūc ego
Stratioticum nuncium aduenientem perueriam probe.
Ha. Ostium pultabo, atq; intus euocabo aliquem foras.
Ps. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi uolo.
Nam ego præcautor, & patronus foribus processi foras.
Ha. Tu ne es Ballio? Ps. imo uero ego eius sum suballio.
Ha. Quid istuc uerbi est? Ps. cōdus, pmus, procurator peni.
Ha. Quasi te dicas atriensē. Ps. ego? imo atriēsi ego impero.
Ha. Quid tu seruos ne es, an liber? Ps. nūc qdē etiam seruio.
Ha. Ita uidere, & non uidere dignus qui liber sies.
Ps. Non soles respicere te, quom dicas iniuste alteri?
Ha. Hūc hoiem malū esse op; Ps. di me seruant, atq; amant.
Nam meus hic est, procudam ego hic hodie multos dolos.
Ha. Quid secum illic solus loquitur? Ps. quid ais tu adolescens? Ha. quid est?
Ps. Es tu ne, an non es ab illo milite macedonico
Seruos eius, qui hinc a nobis est mercatus mulierem?

SARACENVS.



I sunt loci. Harpax inducitur a macedonico milite missus lenoni: ut reliquas debitas minas dinumeret pro phœnicio: & mulierem abducat: ostēso symbolo: sed dum lenonem quæritat: incidit in pseudoli laqueos. ¶ Condus promus: a condendo & promēdo dicti.

Condus quid sit.

¶ Et cui debet dato: ab eo quod dato as. Strenuas. strenuū facis. ¶ Forcilles. Formatum uerbū uidetur a furcillis quibus (ut inquit Festus) homines se suspendunt: forcilles ergo quasi suspendis: & dubiam facis. ¶ Doliares chrysidem. Forte non mentitus est de muliere: quam doliarē appellat. i. uētriosam a dolio uase grādiori. ¶ Quæstione sis. i. inquisitione.

VALLA.



I loci sunt: atq; hę regiones harpax cacula a milite ad ballionem missus: cum literis: symbolo: & quinq; minis: quæ debebātur ballioni pro phœnicio: ut phœnicium secum abducat: pseudolo fit obuius a quo dolis: symbolo: & literis interuortitur: cum se ballionis seruum syrum uocat. ¶ Ab hero. subaudi milite macedonico. Si taceita cete. si uox est iubentis silentium. ¶ Hoc præuortar. præoccupabo ante alia. ¶ Hunc stratioticum. i. seruum militarem. nam strationes dicitur miles: unde possessiuum strationicus ca. cum.

Stratiotes q dicant.

¶ Compēdium ego te facere pultandi uolo. hunc laborem missum facias: qui ad pulsandum pertinet. ¶ Cōdus pro-

mus. f.

Qui argenti meo hero lenoni quindecim minas dedit,
Quinq; debet? Ha. sum, sed ubi tu me nouisti gentium,
Aut uidisti, aut collocut' ? nam equidẽ Athenis antidhac
Nunq̃ adueni, neq; te uidi ante hũc diem unq̃ oculis meis.
Ps. Quia uidere inde esse, nã olim cũ abiit, argẽto hic dies
Præstituta est, quo ad referret nobis, neq; dum retulit?
Ha. Imo adest. Ps. tum attulisti? Ha. ego met. Ps. quid dubi-
ras dare?
Ha. Tibi ego dẽ? Ps. mihi hercle uero, qui res, rõnesq; heri
Ballionis curo, argentum accepto, & quoi debet daro.
Ha. Sqdẽ hercle etiam supremi promptas thesauros iouis,
Tibi libellam argenti nunq̃ credam, dum tu strenuas.
Ps. Res erit soluta. Ha. nunc iam potius sic seruauero.
Ps. Væ tibi, tu inuentus uero meam qui furcilles fidem?
Quasi mihi non sexcenta tanta scleant credier.
Ha. Potest, ut alii ita arbitrentur, ego ut ne credam tibi.
Ps. Quasi tu dicas me te uelle argento circumducere.
Ha. Imo uero quasi tu dicas, quasiq; ego autẽ id suspicer.
Sed quid est tibi nomen? Ps. seruos est huic lenoni syrus,
Eũ eẽ me dicã, syrus sum. Ha. syrus? ps. id nomẽ mihi est.
Ha. Verba multa facim'. herus si domi est tuus, qn prouocas?
Ve id agã, quo missus hic sum. Ps. qd, qd est nomen tibi?
Si intus esset, euocarem, uerum si dare uis mihi,
Magis erit solutũ, q̃ ipsi dederis. Ha. at enim scin quid est?
Reddere hoc, non perdere herus me misit, nunc certo scio
Hoc, febrim tibi esse, quia non licet huc inicere ungulas.
Ego nisi ipsi Ballioni, nummum credam nemini.
Ps. At illic nunc negociosus est, res agitur apud iudicem.
Ha. Di bene uortant, at ego quando eum esse cẽsebo domi,
Rediero, tu epistolam hanc a me accipe, atq; illi dato.
Nam istic Symbolum est inter herũ meũ, & tuũ de muliere.
Ps. Scio eqdẽ, ut q argẽtũ afferret, atq; expressam imaginẽ
Suam huc ad nos, cum eo aiebat uelle mitti mulierem,
Nam hic quoq; exẽplum reliquit eius. Ha. oẽm rem tenes.
Ps. Quid ego ni teneã? Ha. dato ergo istũ illi symbolũ, ps. l.
Sed quod est tibi nomen? Ha. Harpax. Ps. apage te Har-
pax, haud places.
Huc quidem hercle haud ibis intro, ne qd harpax feceris.
Ha. Hosteis uiuos rapere soleo ex acie, hoc nomẽ mihi est.
Ps. Pol te multo magis opinor uasa ænea ex ædibus.
Ha. Non ita est, sed scin qd te orem scire? Ps. sciã si dixeris.
ha. Ego deuortor extra portam huc in tabernam tertiam
Apud anum illam doliariam, claudã, crassam, Chrysidẽ.
ps. Quid uis? ha. inde ut me arcessas, herus tuus ubi uenerit.
ps. Tuo arbitratu maxume? ha. nam ut lassus ueni deuia,
Me uolo curare. ps. sane sapis, & consilium placet.
Sed uide sis ne in quæstione sis, quando arcessam te ibi.
ha. Quin ubi prandero, dabo operã somno. ps. sane cẽseo.
ha. Nũc qd uis? ps. dormitũ ut abeas. ha. abeo. ps. atq; audin
Iube sis tu operiri, beatus si consudaueris. (harpage?

mus. i. condo domi: quæ afferuntur: & promo: quæ prolata sunt necessaria: qui procuro penus. ¶ Quasi te dicas atriẽsem. Atriensis est: quem Arist. tamian uocat: qui familiæ pẽst. ac dispẽsatiou. ¶ Vbi tu me nouisti gẽtium. i. ubi cognouisti me a milite huc ire. Antidhac. i. antea pro ante hac ad uitandum hiatũ uocalium d interpositum: ut redhibeo: redordior: & similibus. ¶ Quia uidere inde esse. qa inquit mihi a milite esse uideris. ¶ Dies pstituta est. i. ordinata: ut nũtiũ mitteret. ¶ Argentum accepto. ballionis noie inquit: qd affertur accipio. ¶ Expenso. i. pro familia facio impẽdiũ. ¶ Et cui debet dato. iteratioñ uerbũ est dato. ¶ Promptas thesauros iouis: idest frequenter promis incidẽ iteratiuũ uerbũ: si ẽt inquit sis promus iouis. ¶ Ne tu strenuas. i. strenuũ te facias. ¶ Qui furcilles fidem. idest existimationẽ meã pessum des. Festus: furcilla siue furcilles qbus homines suspendebant. ¶ Argento circumducere: ut argentum auferã te fallere. ¶ Quin prouocas. i. ante ædes uocas. ¶ Hoc febrim tibi esse: qa non licet tibi habere: idẽ tibi febris uidetur oboriri. ¶ Hoc inijcere ungulas: deest in ppositio: ut sit in hoc subaudi argentum. Aduertendumq; ungulas dixisse: quæ animalium dicitur collectum unguẽ habẽtium: ut equorum: hic autem diminutiuum: ergo & ungula: & unguicula. ¶ At illic. uetuste dictum. nam ut nunc ille illa illud: ita ueteres illic illæc illuc dixere. ¶ Ne quid harpax feceris. i. rapueris quippiam: quãdo quidem nomen a rapiendo inditum. ¶ Ego deuortor. i. diuersorium habeo. ¶ Anus illam doliarẽ: quæ uenditat dolia. Clodam. i. claudam nempe claudicãtem: quia ut sæpe diximus: o & au apud ueteres fuerunt reciproca. ¶ Me uolo curare. ibidem quiescere. ¶ Ne in qõne sis: ne quærendi mihi laborem obiicias. ¶ Arcessante: euocabo. ¶ Sane cẽseo: bene feceris. ¶ Iube te sis operiri. i. iube: si uis tegi: nam ab eo quod est operio unico p uerbum actiuũ: cuius passiuum operior.

Furcilla qd sit.

¶ NVNC iam ex codi. antiquis: recta lege metri: & sentẽtiæ cõgruitate: & nõ utinam: ut Pius uanus interpres legit: dicẽs subintellige ressoluta sit cõtra metri: & codicum: & sententiæ rationem. ¶ Sexcenta tanta: absq; ea dictione tãlenta: quam Pius cõmentator cõtextui intrudit cõtra metri: & suæ rõnem: & dicum ueterum scripturam. ¶ At nũc negociosus est: res agitur apud iudicẽ: ita scribendus uersus est absq; illic: ex ueteribus codicibus: & necessitate metri: cui pes unus abũdaret: quod Pius interpres cæcus non uidit.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS. Atheloi fabula.

Di immortales. Gestit lætitia pseudolus suæ ꝓbeti opportunitatem maximã fallaciæ. ¶ E cornu copiæ est. Quod ad fabulam pertinet: hoc est herculẽ ferunt acheloum se in uarias mutantẽ formas in taurũ trãsformatum insignẽ cornibus superasse singulari certamine: altero erepto cornu: quod positum in tẽplo fortunæ cum plenum floribus fuerat copiam indicabat annonæ. ¶ Copi pectore. i. copioso. ¶ Dea fortuna: iuuenalis. Sed nos te facimus fortuna deam: cœloq; locamus: hoc enim ex illorum mente est: qui sine consilio uiuunt: cõmittuntq; se ludo fortunæ: quæ ut incõstans: & temeraria plerisq; indignis bona: malaq; bonis distribuit:

Fortuna quid sit.

prout uoluit ipsa uocari. unde Horatius: fortuna sæuo læta negocio: & ludum insolentem ludere ptinax: trãsmutat incertos honores: nunc mihi nunc alii benigna. fortunam: neq; natura: neq; diuina prouidentia oriam Aristo. docet: hanc quidã ludũ esse dæmonũ diffinierunt: propterea de fortuna loquẽtem pseudolum Plautus inducit: ut seruus cũcta potius fortuita & a fortuna: & casu tanq̃ hominibus demissa cõtingere sentientem: q̃ ea prudẽtia: aut cõsilio: diuinaq; potius pꝛuidẽtia gubernari. ¶ Orichalco. ¶ Qd authoritate Fotana sup. diximꝰ auꝝ ꝓcio supasse.

VALLA.

Di immortales. Pseudolus secũ: ac sibi cõgratulatur: fortunamq; laudat suum: quã cunctis rebus humanis pferendam autumat quod ea adueniens sapientem: abiẽs stolidos faciat hoies. ¶ Illic homo subaudi hat pax. Suo uiatico. i. suo accessu: licz uiaticum proprie sit uiæ impẽsa. ¶ Cauata est mihi. i. eruta. ¶ Ea cornucopiæ est, hoc ipsum cornucopię aiunt fuisse acheloi: q cũ se in diuersas formas trãsmutaret cum hercule colluctatus mutatus in taurus cornu priuatus est. qd in templo fortunæ collocatus floribus plenum: annonã uberem fore ostendebat. Inane sterilem. Alii idẽ cornu fuisse amalteæ capræ tradunt: quæ iouez aluit infantem: qd nectar: & ambrosiam effunderet. ¶ Et copi pectore. No. copi pro copioso. Plau. in pseudolo. at

Copi quid sit.

quego. Tur. in ephichero. te qdẽ oium iam pater copẽ causa rem facit. Pacu. in perhiboea o multimodis uarie dubium: & prosperũ copem diẽ. ¶ Doctuz hominum, pro doctorũ: de hac syncopa supra abunde dictũ. ¶ Cupiẽter dari, i. cupiditate allecti petimus. ¶ Ignari, bene ne: an male cessurũ sit. ¶ Quid in rem sit ad utilitatem attineat. ¶ Iaz satis est philosophatum: qm hęc a philosophis disputãtur: & in comœdiis se re uulgaria proferũt: se coarguens ait: satis esse philosophatum. ¶ Aurichalco contra. i. si ematur aurichalco: non erit carum. Admonuimus enim supra aurichalcum prælatum auro a ueteribus. ¶ Commentus sui: idest confinxi, ¶ Sed uenit eccum callidorus. dum hæc pseudolus loquitur. Callidorus obuius effectus est.

Pseudolus seruus

Di immortales, me conseruauit illic homo aduentu suo.
Suo reduxit uiatico me usq; ex errore in uiam.
Nam ipsa mihi opportunitas nõ potuit opportunius
Aduenire, q̃ hæc cauata est mihi opportune epistola,
Nam hæc illa ea cornu cõpiæ est, ubi inest quicquid uolo.
Hic doli, hic fallaciæ omnes sunt, hic sunt sycophantiæ
Hic argentum, hic amica amanti herili filio.
Atq; ego nunc me gloriosum faciam, & copi pectore.
Quo modo quidq; egero, ut lenoni surripiam mulierculam,
Iam institũta, ornata cũcta in ordine habeo, ut uolueram.
Certe deformata habebam, sed profecto hoc sic erit.
Centum doctum hominum consilia hæc una deuincit dea
Fortuna, atq; hoc uerum est, perinde, ut quisq; ea utitur,
Ita præcellet, atq; exinde sapere eum omnes dicimus,
Bene ubi quid discimus consilium accidisse, hoiem cautũ eum
Esse declaramus, stultum autem illum, quoi uortit male.
Stulti haud scimus, frustra ut scimus, quom qd cupiẽter dari
Petimus nobis, quasi quid in rem sit possimus noscere,
Certa amittimus, dum incerta petimus, atq; hoc euenit
In labore atq; in dolore, ut mors obrepat interim.
Sed satis est philosophatum, nimis diu & longum loquor.
Di immortales, aurichalco contra non carum fuit
Meum mendacium, hic modo, quod subito cõmentus fui.
Quia lenonis me esse dixi, nunc ego hac epistola
Treis deludã, herũ, & lenonẽ, & q hãc mihi dedit epistolam.
Euge par pari, aliud autem quod cupiebam contingit.
Venit eccum Callidorus, ducit nescio quem secum simul.

Callidorus. Carinus adolescens. Pseudolus.

Dulcia atq; amara apud te sum elocutus omnia.
Scis amorem, scis laborem, scis ægestatem meam.
Car. Cõmemini oĩa, dic tu mõ, me qd uis facere, faciã.
Ca. Cũ hoc tibi alia sum elocutꝰ, ut scires, de symbolo.
Car. Omnia inq̃, tu modo quæ me facere uis, fac ut sciam.
Ca. Pseudolus ita mihi imperauit, ut aliquem hominẽ strenuũ,
Beneuolentem adducerem ad se. Car. seruas imperium probe.
Nam & amicum & beniuolentem ducis, sed istic Pseudolus

VGOLETVS ET GRAPA. SARACENVS VALLA.

DOCTVM pro doctorũ. ¶ Ea utitur: & nõ fortuna metri ratione repugnãte: qd Pius iterpres lusus non aspexit. ¶ De aurichalco alibi copiose dictũ. ¶ Graphicus mortalis Heuretes idest inuentor. Dulcia atq; amara. Callidorus amicum: & beneuolum sodalem compererat: cui singula amorum suorum facta propallauerat: hi cum pseudolo una constituũt: de muliere abducẽda cõsiliũ. ¶ Heuretes. Inuẽtor. Dulcia: atq; amara. Nactus litteras cũ symbolo a milite pseudolus cõmonuit callidoꝝ: ut inueniret hoiem: qui ad eã rẽ trãsigẽdã opitularetꝰ: is ergo sodalẽ suũ adduxit charinũ. ¶ Dulcia: atq; amara: q̃ pro me: & q̃ cõtra me. ¶ Mortalis graphicus. hõ uersutus. ¶ Heuretes mihi ẽ: græce. εὑρετής. i. cõpertus.

d

Tyrãne.

¶ Tyranne. Domine princeps. Virg. Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni: io aũt uox triumphis proferri solita. Hora. nõ semel dicemus io triũphe. ¶ Quoi ter. Forte pseudolus digito tria signauerat; propterea cũ iterrogaret callidorus. quid sibi uelit ter illud manu significatum: nam subdit: ille trina triplicia tribus modis & quæ secuntur. uel lege: quod tñ nõ æque placet. quo iter? ¶ Paratragœdiat. i. magnifice: atq; elate incedit prout in tragœdiis: ubi inducuntur heroes: & dii. ¶ An spem: an matrẽ te resalutem. Ac dixisset: res mea est: nc in spe cõstituta: an in salute: per spem designãs rem in dubio positã. per salutẽ uero rem confectam: & in tuto locatã. ¶ Horum cã. Non uidentur

Nouos mihi est. Ca. nimiũ ẽ mortalis graphic⁹ mihi heuretes.
Is mihi hæc esse effecturum dixit, quæ dixi tibi.
Ps. Magnifice hoiem cõpellabo. Ca. quoia nã uox sonat? ps. io,
Io te tyranne, te rogo, qui imperitas Pseudolo.
Ca. Quæro quoi ter? Ps. trina, triplicia, trib⁹ mõis, tria gaudia.
Artibus tribus, ter demeritas dem lætitias, de tribus
Fraude partas, per maliciam, & per dolum, & fallaciam,
In libello hoc obsignato ad te attuli pauxillulo.
Ca. illic homo est, uide ut paratragœdiat carnufex.
Confer gradum contra. ps. affero ad te salutem, brachium.
Ca. Dic utrum spem ne, an matrem te resalutem Pseudole?
Ps. Imo utrũq;. Ca. utrũq; salue, sed qd actum est? Ps. qd times?
Ca. Attuli hunc. Ps. quid attulisti? Ca. adduxi uolui dicere.
Ps. Quid istic est? Ca. charinus. ps. euge, iam Carinum uolo.
Car. Quin tu quicquid opus est, mihi hic audacter imperas.
Ps. Bene fit Charine, nolo tibi molestos esse nos?
Car. Vos molestos mihi? molestũ ẽ id qdẽ. Ps. tũ igitur mane.
Car. Quid istuc est? Ps. mõ epistolã hãc intercepi, & symbolũ.
Ca. symbolũ? quẽ symbolum. Ps. qui a milite alienatust, modo,
Eius seruos, qui hunc ferebat cum quinq; argenti minis,
Tuam qui amicam hinc accersebat, ei os subleui modo.
ca. Quo modo? Ps. horũ causa hæc agitur spectatorum fabula.
Hi sciunt, qui hic affuerunt, uobis post narrauero.
ca. Quid nũc agimus? Ps. liberã hodie tuã amicã amplexabere.
ca. Ego ne? Ps. tu te. ca. ego ipsus inq̃. ps. siqdẽ hoc uiuet caput.
Si mõ mihi hoiem inuenietis propere. car. qua facie. ps. malũ,
Callidum, doctum, qui quando principium prehenderit,
Porro uirtute sua teneat, quid se facere oporteat.
Atq; eum qui hic non usitatus sæpe sit. car. si seruos est
Nunquid refert? Ps. imo multo mauolo, q̃ liberum.
Car. Posse opinor me dare hoiem tibi malũ & doctum, modo
Qui a patre aduenit Charisto, necdum exiit ex ædibus
Quoquam, neq; Athenas aduenit unq̃ ante hesternum diem.
Ps. Bene iubes sed quinq; inuentis opus est argenti minis
Mutuis, quas hodie reddam, nam unã huius mihi debet pater.
Car. Ego dabo, ne quære aliũde. Ps. o hoiem opportunũ mihi.
Etiã opust chlamyde & machæra, & petaso, Car. a me possũ da(re.
Ps. Di imortales, nõ Carinus mihi hic quidẽ ẽ, sed copia
Sed istic seruos ex Charisto hic, qui aduenit, quid sapit?

enim reiterãda quę semel acta sunt: ne spectatorib⁹ tediũ afferãt. ¶ Posse opinor. loquitur carinus: non callidorus. ¶ Vnam huius mihi debet pater. Non unã minã: sed pecuniarũ sũmam unã: uel eandẽ sũmã: nã supra simo promiserat daturũ argẽtũ pseudolo: qđ lenoni daret: si lenonẽ falleret. ¶ Petaso. qd petasus chlamys: & machera dictũ est abũde supra. ¶ Nõ carinus. quasi q̃ nõ sit carus: ut dicim⁹ agninã carã. pisces caros: & hmõi alia. ab eo qđ careo: sed potius affluẽs: & liberalis. ¶ Ex charisto. Strabo in decimo: insup & corynthus exile oppidulũ mari proximũ: penes nero budorus amnis: cuius appellationis mõtem habet solomini atticas prospectãtem: in ripa item sub monte carystus cõsistit: in quo carystrarũ columnarũ latomia: idest lapidũ excisio est: & infra ad carystũ lapis nascitur: quem pectũtnent: texunt. Inde mantilia cõficiũtur egregiæ contexta: ea ubi sordescunt in flãmã coniecta: nõ secus emundant q̃ si maculas elueris: & ut solinus refert: carystus aquas calẽtes habet: quas telopias uocant: & carystras aues: quæ flãmas impune inuolãt: carbasa ẽt: quæ inter ignes ualẽt. ¶ Manuleatam. a manicis tunicã dictam: quã Priscianus manicatã a manicis longioribus dicit: erat enim ornatus hominẽ habitu stratiotico: hi enim uti solent manicatis uestibus.

¶ QVO iter. In quã partẽ eas. ¶ In libello hoc obsignato. i. in lrĩs a milite obsignatis. ¶ Illic hõ ẽ: iterrogatiue legẽdum est: an ille ẽ: de quo mecũ dudũ locutus es. Deide subdit: ut ipsum loquẽtes audiuit. ¶ Vt paratragœdiat. i. ut tragico more turget: & iflat. tragœdię eni oẽs ob psonarũ dignitatẽ: & amplitudinẽ turrgidos sermones usurpant. para præpõ est græca. tragœdia quoq; uerbum græcum: ergo patragœdia de uocibus græcis latinũ formauit uerbum. ¶ At saltem brachy. breue: hoc est breuib⁹. ¶ Adduxi uolui dicere. adducuntur enim nõ afferũtur homines. ¶ Inter cæpi: & simbolũ de medio eripui militis & ballionis. Os subleui modo: idest imposui: fefelli. ¶ Inuenietis propere: cõparietis properãter. ¶ Pro sua uirtute. calliditate: astu. ¶ Nunquid refert. interest ne quicq̃. ¶ Quinq; inuentis opus est. opus inquit est: ut iã inuentæ sint. ¶ Nam una. i. xx. quoq; uel uicena mihi debet simo. paulo enĩ ante promiserat si ballio fallebatur se traditurũ. Chlamyde & machera & petaso: hæc omnia militis iter faciẽtis. deq; interpretatione abunde supra. Ex charisto. i. ex gratioso. nam charis. i. gratia: genitiuũ charitos: & charistos facit. & charistos quoq; superlatiuum gratiosissimum enim sigñt. Vsq; a cunabulis. subaudi habuit sapientiã. Manuleatam tunicã. i. cum manicis. nam sine manicis uetustissimi tunicas gestabant. Virg. Et tunicę manicas: & habent redimicula mitrę.

SARACENVS.

Carystus ubi locorũ

VALLA.

Paratragœdiaſ qd sit.

SARA CENVS.

Murratum uinũ qd ſit.

ℭ ACEti:acrimoniæ.⸿ Indidẽ.pariter.⸿ Murrinam. Siue myrrhinum:ut nonnulli arbitrari ſunt:afferẽtes myrrhina eſſe uina myrrhæ odore cõdita:quod tãgere uidetur Martialis illo diſticeho: Si calidũ potas ardẽs ti myrrha ſalerno.Cõuenit:& melior fit ſapor inde mero.Feſtus tñ murrinam facit potionis gen⁹:quã qdam murratũ uinuꝫ ſiue murriolã dicebãt:idq; putabãt ex huiꝰ genere murrinæ noie:cui ſniæ non inuitus accedo:uel potius murrinã dici arbitror id:qđ uinũ ſuaue aromaticũ appellamus.Pli.in decimo quarto naturalis hiſtoriæ:non ſolum inter uina:ſed inter dulcia quoq; murrinã dixit nominari:teſtemq; adducit hũc Plautinũ locum.Plautus quoq; in perſa myrrhinam inter dulcia cõmemorat:idẽq; in pœnulo inter odorata:ſenſus ergo eſt Paluntia iocoſitate refertus:tot & tãta inqt illũ in pectore dulcia hẽre:ut alioqn ſibi ex ducibus hmõi cõſtitue rit apothecã.ſed ne murrinã oino deſeram:inqt No.lorã eſſe cõfectæ potiõis genus grãde uis aptũ:quã mulieres natu maiores bibebãt:quã murrinã qdeꝫ Plau.appellari putat:lorã aũt dicebãt i uidemia cũ expſſiſſent acinis:muſtũ:& folliculos i doliũ cõiecĩſſent:hãc græci deuteriam dixerunt.i.ſecũdariam.⸿ Paſſum.noiabant:ut ex dictis Varronis colligitur:ſi in uindemiam uuas diutius coctã legerent:eamq; paſſi eſſent in ſole aduri.⸿ Defrutũ:muſtũ ex duabus partibus ad tertiã redactuꝫ de ferueſcendo.⸿ Mellinam.Ex melle potionem.⸿ Turbo. Trochus a græcis:quem infectant pueri buſitantes flagello.aliter turbo uentus dicitur:typhon appellatur Plinio.⸿ Plebis ſcitum.Populi decretum.ſciſcere:ideſt ſancire leges populus rationes ſolebat.⸿ Defecatum.Purgatum:omni.ſ.ſuſpitione.⸿ Aui ſiniſtra.Quod erat fœliciſſimũ augurium ut ſupra dictum eſt.Cicero quoq; tradidit in lib.de natura deoꝝ.

Car.Vſq; a cunabulis.Pſ.manuleatã tunicã hẽre hoiem decet.
Ecquid habet is homo aceti in pectore?Car.atq; accidiſſumi.
Pſ.Quid ſi opus ſit,ut dulce pmat ĩdidẽ,ecqd hꝫ?Car.rogas?
Murrhinam,paſſum,defrutum,mellinam,mel quoiuſmodi.
Quin in corde inſtruere quondam cœpit œnopolium.
Pſ.Euge pellepide Charine,me meo ludo iam beas.
Sed quod nomen eſſe dicam ego iſti ſeruo.Car.Simiæ.
Pſ.Scit ne in re aduorſa uorſari?Car.turbo nõ æque eſt citus.
Pſ.Ecquid argutus eſt?Car.malorum facinorum ſæpiſſume.
Pſ.Quid quom manifeſto tenetur?Car.anguilla ſt,elabitur.
Pſ.Ecquid is homo ſcitus?Car.plebiſcitũ non æque ſcitum eſt.
Pſ.Probus homo eſt,ut prædicare te audio.Car.imo ſi ſcias
Vbi te aſpexerit,narrabit ultro quid eſſe uelis.
Sed quid es acturus?Pſ.dicam,ubi hominem exornauero,
Subditicium fieri ego illum militis ſeruom uolo.
Symbolum hunc ferat lenoni cum quinq; argenti minis.
Mulierem ab lenone abducat,hem tibi omnem fabulam.
Cæterum quo quicq; pacto faciat ipſi dixero.
Car.Quid nunc igitur ſtamus?Pſ.hoiem cũ ornamẽtis oibus
Exornatum adducite ad me,iam ad trapezitam Æſchinum.
Sed properate.Car.prius illic erim⁹,q̃ tu.Pſ.ergo abite ocyus
Quicquid incerti mihi in animo prius,aut ambiguum fuit,
Nunc liquet,nunc defecatum,ſi cor mihi nũc per uiam eſt,
Omnes ordines ſub ſignis ducam,legiones meas
Aui ſiniſtra,auſpicio liquido,atq; ex ſententia
Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere.
Nunc ibo ad forum,atq; onerabo meis præceptis Simiam,
Quid agat,nequid titubet,docte ut hanc ferat fallaciam.
Iam hoc ipſum oppidum expugnatum faxo erit lenonium.

VALLA. ℭ Ecqd habetis hõ aceti in pectore.

Acetũ unũ dictum

Nõ inqt.n.in corde acumẽ eſt ei aliqđ ab actumine.n.acetũ dictũ.⸿ Indideꝫ ecqd habet.Indẽ inqt hꝫ ne aliqd dulcedinis:ſi dulce qcq̃ opus fuerit depromere.⸿ Rogas.interrogas.nũ hæc hẽat.⸿ Murinã paſſum defrutuꝫ.Pl.in.iiii.fabius doſennus his uerſib⁹ decreuit.Mittebã uinũ pulchrũ myrinã:panẽ & polẽtã:uinũ myrinã.et i achariſtõe ſcęuolã quoq;:& lęliũ:& ateiũ capitonẽ i eadẽ ſnia fuiſſe uideo:qm i pſeudolo:ſit:qđ ſi op⁹ ẽ:ut dulce pmat:idẽ:ecqd hẽat roga murinã:paſſũ:defrutũ:mella.qbus appet:nõ iter uina mõ murinãꝫ iter dulcia quoq; noiatũ.Fe.muria genus potionis:q̃ græce dr̃ [illegible].hãc mulieres uocabãt muriolaꝫ:qdã muriatam:uinum quidam id dici putant ex huiꝰ genere murinæ nomine.No.lotã confectæ potionis genus grãdęuis aptũ.Varro de uita patrũ in primo:antiq̃ mulieres maiores natu bibebãt lotã:aut ſapaꝫ:aut defrutũ:aut paſſum.quã murinam quidẽ Plau.appellare.putat.Sapa quod nũc mellitum dicimus muſtũ ad mediã partẽ decoxerãt.Defrutuꝫ ſi exduabus ad tertiã redegerãt de ferueſaciendo.Paſſum.Varro de uita patrũ.paſſum noiabãt:ſi in uindemia uuam diutius coctã legerẽt:eãq; paſſi eſſent in ſole aduri.Moriolã.Var.de uita patrũ:uino addito paſſo lotam uocare cœpere:murilã noiabant:qđ ex uuis expreſſum erat paſſum ad folliculos reliquos:& uinacia eã dicebãt ſapã.⸿ Mellitũ mel.i.aliis rebus ammixtũ.⸿ Quoiuſmodi.cũ admiratione legendũ.i.eiuſmodi.cuiuſmodi dicere nõ queã.⸿ Inſtituere quõdam cœpit thermipoliũ.i.apotecã:ubi callidæ uenderẽtur potiones:ueluti ſupra quoq; diximus:& i curculione:cum de græcis locutus inqt.Quos ſemper uideas bibẽtes eſſe in thermipolio:ubi qd ſubripuere:operto capitulo:calidũ bibũt.Ita igiẽ legẽdũ potius exiſtimauerim:q̃ ut qdã cẽſent monopolio.i.ubi unus dũtaxat uendat.⸿ In re aduorſa.ubi res aduorſæ.ſit ne ſeſe uortere.⸿ Turbo nõ æq; citus eſt:Turbo qñq; uiri propriũ:ſed tũ genitiuus ẽ turbonis.Hora.Turbonis in armis.Cũ aũt gtũs turbinis duo ſignificat:quẽ græci trochũ uocãt a currẽdo nomẽ habẽs.quo luſitãt pueri.& quẽ græci tiphonẽ dicũt:nẽpe uentũ auſteriſſimũ:qui qñq; ſubuertit nauigia & radicitus euellit arbores:ſicut & ecnephias.Dubiũ ergo eſt:num p turbinẽ uentũ:an throcũ dicat.⸿ Ecquid argutus eſt.nũquid acutus ad inueſtigãdum.nam inde ſunt argumẽta.Arguere eni acute oſtẽdere.Nã & argutuꝫ ẽt ſtridulum.Virg.Arguto cõiunx percurrit pectine telas:& argutũ breue.⸿ Plebeſcitũ:non eque ſcitũ eſt:q̃ plebs legẽ ſciuit plebeſcitum dictũ:

Sapa quid ſit.

Arguere quid ſit.

a plebe



TERTIVS ACTVS.

Puer.

QVoi feruitutem di danunt lenoniam
Puero,atq; eidem fi addunt turpitudinem,
Næ illi,quantum ego nunc corde confpicio meo
Malam rem magnam,multafq; ærumnas danunt.
Velut hæc mihi euenit feruitus,ubi ego omnibus
Paruis magnifq; miferiis præfulcior,
Neq; ego amatorem mihi inuenire ullum queo,
Qui amet me,ut curet tandem nitidiufcule.
Nunc huic lenoni eft hodie natalis dies,
Interminatus eft a minimo ad maxumum,
Si quis non hodie munus mififfet fibi,
Eum cras cruciatu maxumo fe præbitere,
Nunc fcio hercle rebus quid faciam meis.
Neq; ego illud poffum,quod illi,qui poffunt,folent.
Nunc nifi lenoni munus hodie mifero,
Cras mihi potandus fructus eft fullonius.
Heu q̃ ille eft hercle,ego etiam nunc fum paruolus.
Atq; ædepol ut nunc male eum metuo mifer.
Si quifpiam det,quoi manus grauior fiet,
Quāq̄ illud aiunt magno cum gemitu fieri,
Comprimere dentes uideor poffe aliquo modo,
Sed comprimenda eft mihi uox,atq; oratio.
Herus eccum recipit fe domum,& ducit coquom.

a plebe enim & fcifco fit plebefcitum: ficut quod fenatus:fenatus decretum: & fenatus confultum:quę tñ ita diftinguntur ut Feft inquit.fenatus decretū a confulto. Aelius gallus fic diftiguit:ut id dicat particulas quādā effe fenatus confulti:ut cum prouincia alicui decernitur:q̄ tantum ipfum fenatus confulti eft. Scita autem plebei appellantur ea:quæ plebs fuo fuffragio:fiue patribus iuffit:plebei magiftratu rogante. ¶ Subditiuū:ideft loco alterius pofitum nēpe pro feruo militis. ¶ Omnes fabulam:ideft rem omnem:quæ mihi foret memoranda.ita enim fabulam dixere ueteres a fando.unde natum prouerbium:lupus eft in fabula:quo Pla. Terentiufq; utitur. Iuue. quoq;. Et noua nec triftis per cūctas fabula cœnas ¶ Nunc liquet:nunc defęcatum. Clarum eft: ac ab omni fæce femotum. ¶ Omnes ordines fub fignis.a militibus fumpta tranflatio:ordines: imperia eorum:qui in magiftratu:quo utitur fępe Cicer. fub fignis fub uexillis. ¶ Aut finiftra. Nam fæpe bonum augurium putabant ueteres:auē a finiftra: unde illud Virgil. Sępe finiftra caua prædixit ab ilice cornix. ¶ Hoc ipfum opidū. Opidum dicit lenonis pudicitiā. ¶ SYMbolum genere mafculino protulit. ¶ Petafus quid fit uide in Amphitryone. ¶ Manuleatam tunicam i. manicatam prifci hunc locū adducēs. VGO LETVS ET GRAPA.

QVi feruitutem. idne citur puer:ut ex uerbis licet coniectari fub lenōe meritorius: is cōqueritur:cum nihil habeat: qđ forte offerat die natali patrono fuo:ne alicui tandem proftituatur homini:qui magnum ei cruciatum afferat:fed rei turpitudinē honeftioribus uelat uerbis. ¶ Fruct⁹ fullonis. Ideft laboriofus: fenfus enim eft horum uerborum omnis: timet enim cum puer fit:ne pedicetur a mentulato uiro. SARACENVS

QVi feruitutem dii damnunt Puer ballionis q̃ritur: feruitutem fuam apud ballionem miferam:& infœlicem effe. ¶ Dii damnunt:ideft pbent. ¶ Turpitudinem. libidinis dicit intēperantiam. ¶ Multafq; ærumnas dānunt. multas dant calamitates. Labor enim ingens:& uix fuperabilis eft ūna: unde & herculanas ærūnas dicimus. ¶ Præfulgior. præ cunctis:quafi fulgore fum infignis. ¶ Curet tandem nitidiufcule. Curam mei habeat:ut aliquantulum modo nitefcam:& elucefcam. ¶ Interminatus eft. inter alios fingulis minitatus. ¶ Fructus eft fullonius:ut ita conculcer: ut fullones ueftes ipfas. VALLA.

Aerumna quid fit.

SARACENVS. FOrū coqnum. Hæc scæna tota plantina est: exea undiq; scatent facetię: ioci: & lepidissimi sales: Inducitur cū lenone coquus: q scænā exhilarescit oēm dictis iocularibus. ¶ Illi drachmis issent. q̄si uiliori pcio conducti: nā drachma trib⁹ constabat scrupul: scrupulus: q & obolus latine: sex siliqs conficiebat: siliqua uero oium minimū habebat. ¶ Condita prata. Olera dicit: qbus patinas iplent. ¶ Boues cōuiuas faciūt. propt̄ esum olerū & herbarū. ¶ Coriandrū. Quod inter herbas ponit: semē eius aceto pparatū: & cū sacharo phibet fumos ascēdere ad caput: & cōfert dolori capitis: & ebrietati: nimius āt eius usus malus. ¶ Feniculū: qui gręco
Marathrū quid sit. noie marathrū dr: semen ei⁹ acuit uisū: & opilationes apit: ppea usus eius optim⁹ frigide psertim cōplexiōi. dr̄ serpētes usu eius delectari: q uisū eorū confortet: urinā & mēstrua educit: lacq; in mamillis generat: ex Dioscoridis: & medicorū snia. Alliū. dictū arbitrant: q olleat: cuius odorē sufferre tanq̄ inimicū non pōt pdus: ad multa ruris medicamēta pdesse credit. Pli. li. xx. allio magna uis: magnę ēt utilitates cōtra aquarū: & quorūlibet locorū mutatōes: serpētes abigit: & scorpiōes odore: atq; ut aliq tradidere: & bestiarū oiuz ictibus medet: plura alia Pli. ¶ Atrū olus. qd p cōpositionē olisatrū: uocāt petroselinū: qd inter selini. i. apii genera ānumerat: petroselinū quasi petrariū apiū: a gręcis: & ab ipso quoq; Galeno smirniū olisatrū: qd nos petroselinū dicimus uocitatū est. ¶ Rumicē. herbam odore gratissimam: est siluestris: & urbana: ut tradit Theophrastus in septio: siluestris gustu gratior q̄ urbana. sz succo acutior. quo pcipue differat: dr cerā confici ex oium arborū: satorūq; foliis: pterquā ex rumice: & cheno pode. ¶ Brassicā. Quæ itē & siluestris: &
Brasica q̄ sit. urbana reperit: ut idem author ē theophrastus: cuius laudes exeq longū esset: ut Pli. uerbis utar: cū chrysippus medicus priuati uolumē: & dicauerit per singula mēbra hois digestū: pythagoras quoq; & cato nō pcius celebrarint: inimicā autē uitibus: idē theophrastus dicit utpote inimicū odorē fugiētib⁹: androcides exēplo usus ē de brassicæ medulla cōtra uinū confecta temulētias posse ppulsare: sexcē is annis pditū est ppl̄m romanū brassica in medicinā usum fuisse. ¶ Beta: ē betis: siue beta: & nigra: & cādida: ut author Pli. est: nec sine remedio est: utraq; ē: & siluestris: quā limoniō uocant: alii neurodē: est holus uulgo notum: & comestibile: & hortensiorum leuissima: de hac meminit Dioscorides: Theophrastus. Galenus: & reliq. ¶ Blitum. Quod iners holus dicit a Pli. ac sine sapore: & acrimonia ulla: uñ conuiciū fœminis apud menādrū faciunt mariti bliteas illas uocātes. i. inutiles & minimi pcii.

Ballio Leno. Cocus Puer.

FOrum coquinū qui uocant stulte uocant.
Nam nō coqnū est, uerū furinū est forum.
Nam si ego iuratus peiorem hoiem q̄rerē
Coquom, ñ potui, q̄ hūc, quē duco, ducer̄.
Multiloquom, gloriosum, insulsum, inutilem.
Quin ob eā rē Horcus recipere hūc ad se noluit.
Vt esset hic, qui mortuis cœnam coquat.
Nam hic solus illis coquere quod placeat, potest.
Co. Si me arbitrabare isto pacto, ut prædicas,
Cur conducebas? ba. inopia, alius non erat.
Sed cur sedebas in foro, si eras coquos,
Tu solus præter alios. Co. ego dico tibi,
Hominū auaricia factus sū iprobior coquos,
Nō meopte igenio. ba. qua istuc rōne? Co. eloq̄r.
Quia cni quom extēplo ueniūt cōductū coquom,
Non illum quærunt, qui optumus & carissumust,
Illum conducunt potius qui uillissumust,
Hoc ego fui hodie solus obsessor fori.
Illi issent drachmis miseri, me nemo potest
Minoris quisq̄ numino, ut surgam, subigere.
Non ego item cœnam condito, ut alii coqui.
Qui mihi condita prata in patinis proferunt.
Boues qui conuiuas faciunt, herbasq; aggerunt.
Eas herbas hei bis aliis porro condiunt,
Indunt coriandrum, feniculum, allium, atrū holus,
Apponunt rumicem, brassicam, betam, blitum.

VALLA. FOrū coqnum. Vt abiens domo ballio in macellum pstinatum esculenta: & coquum conducendus nunc cū
Furtiuū qd sit. eo colloqtur aliq̄ndiu: & is se cæteris pfert coqs. In coqnaria re administrāda. ¶ Furinū est forum. i. furibus refertū. ¶ Inopia: subandi aliorū. ¶ Ne illū quærunt: ne exquirunt inqt eum. ¶ Solus obsessor fori. solus assedi in foro. ¶ Subigere: impellere: nā nauim dicimur subigere: cum aliquo eam impellimus. Virg. Non aliter q̄ qui aduerso uix flumine lēbum: Remigiis subigit. ¶ Cōdita prata. i. herbas: q̄ passim in pratis inueniuntur. Prata quasi parata: ut ait Varro: q citra ullū laborem humanum parentur. ¶ Atrum olus. qd græci hipposelinum: & agrioselinū. i. īgens apium: siue agreste apium: altitudine enī reliquum superat apium. Vim habet: ut medici phibent: potū in œnomelle ad mestrua citāda: & rigores febriles sedādos: non mō potum: sed ēt illitus strāgurię opitulat: tam radix q̄ fructus. ¶ Brassicā. Qua Cato usus ē in multis ægritudinibus: uerū hebetat uisū: humorē gignit melācholicū. Duplex tū est: una: quæ domestica: altera agrestis. Ciema ipsius domesticæ magis stomacho cōfert: & urinā cit. salsū autem: stomacho iprobū: & uentrē perturbat: eius succus crudus cū iride & nitro potus aluū mollificat. cū uino potus læthalibus morsibus opē fert. Vt cum farina fœni græci & aceto: podagris: & artreticis. i. articularibus morbis. attractus p nares solus purgat caput. folia ipsius per se: uel subacta cum farina: aduersus oēm inflammationem: & tumorem faciunt. Herisipelata: & lepras cum sale carbūculos curat: florem e capite capillorum retinent: coacta & mixta cum melle. Cruda autem mansa cum aceto lienosis prosunt. Decoctio: iusq; ipsorū potum: aluum subducit: mestruaq; citat. Flos eius prohibet partum. Lentes absterget e corpore. Caulis eius uiridis ambustus cum radicibus: & ammixtus porcinæ adipi uetustatę: doloreq; laterum sedat: si loco superponatur. Est & tertia species: quā medici brassicā marinam uocant: q̄ gustu subsalsa: & amara est: stomacho improba. non dubium igitur: qui olitoriam intelligat brassicam. nempe q̄ in hortis sæminatur: q̄ cocta: & refrigerata: & recalefacta porcio
Bis brassica mors sa: unde uetus prouerbiū: bis brassica mors. ¶ Betas. hęc: uulgaris herba: unde & Persius: q haud deceat plebeia radere beta. Cirat aluum & succus eius radices per nares attractus purgat caput. ¶ Blitum. olus est prorsus nihil habens commodi: nisi ad aluum modo citandam.

Eo laserpicii libram pondo diluont.
Teritur sinapis scelerata cum illis, qui terunt
Priusq̃ triuerunt, oculi ut extillent facie.
Ei homines coenas sibi coquont, quom condiunt.
Non condimentis condiunt, sed strygibus,
Viuis conuiuis intestina quae exedunt.
Hoc hic quidem homines tam breuem uitã colũt,
Quom hasce herbas hmõi i suũ aluũ cõgerunt
Formidolosas dictu, non esu modo.
Quas herbas pecudes non edunt, homines edũt.
ba. Quid tu, diuinis condimentis utere,
Qui prorogare uitam possis hominibus,
Qui ea culpes condimenta? Co. audacter dicito.
Nam uel ducenos annos poterunt uiuere,
Meas qui esitabunt escas, quas ego condiero.
Nam ego cicilendrum quãdo in patina scindidi.
Aut sipolindrum, aut me acidẽ, aut sane captidẽ
Ex ipsae se patinae ferue faciunt illico.
Haec ad neptũni pecudes condimenta sunt.
Terrestres pecudes cecimandro condio.
Aut paropside, at atharathrio. Ba. at te iuppiter,
Diiq̃ omnes perdant cum condimentis tuis,
Cũq̃ tuis istis omnibus mendaciis.
Co. Sine sis loqui me. Ba. loq̃re, atq̃ i malã crucẽ.
Co. Vbi omnes patinae feruent, omneis aperio.
Is odos dimissis pedibus in coelum uolat.
Eum in odorem coenat iuppiter quotidie.
ba. Odor dimissis pedibus? Co. peccaui insciens.
ba. Quid est? Co. quia dimissis manib' uolui dicer.
ba. Si nusq̃ is coctum, quidnam coenat iuppiter?
Co. It icoenatus cubitum. ba. i hinc in malã crucẽ.
Ist accine causa tibi hodie nummum dabo?
Co. Fateor equidem esse me coquom carissimũ.
Verum pro pretio facio, ut opera appareat.
Nunc quo conductus ueni? ba. ad furandũ quidẽ.
Co. An tu inuenire postulas quẽquam coquom,
Nisi sit miluinis aut aquilinis ungulis?
ba. An tu coquinatum ire quoq̃ postulas,
Quin ibi constrictis ungulis coenam coquas?
Nunc adeo tu qui meus es iam edico tibi,
Vt nostra properes amoliri hinc omnia.
Tum ut huius oculos in oculis habeas tuis.
Quoquo hic spectabit, eo tu spectato simul.
Si hic quo progredietur, pariter progredimini.
Manum si protollet, & pariter proferto manum.
Suum siquid sumet, & id tu sinito sumere.
Si nostrum sumet, tu tenero altrinsecus.
Si iste ibit, ito stabit, astato simul.

¶ LASER picii. laserpiciũ graeci silphiõ uocant: ut affirmãt strabo. in. xvii. & pli. in. xix. in cyrenaica p uincia repertũ: cuius succũ uocant laser in ignificum in usu: medicamẽtisq̃: & ad põd' argẽtei denarii pẽsus: meminit de laserpicio theophrastus: solinusq̃: quoq̃ dctã annotauimus in rudẽte: ubi Pla. rursus facit mẽtionẽ de laserpitio: ac magudari: & ibi: an syrpe legendũ sit authoritate soliniana pbauimus. ¶ Sinapis scelerata. Cui' tria gña memorat Pli. est. n. calida: & sicca in q̃rto gradu: ut Galenus: & Auicẽna tradiderũt: pythagoras sinapi principatum hẽre ex iis: quoq̃ in sublime uis ferat iudicauit: qm̃ non aliud magis in nares: & cerebrũ penetret: usus ei' ad multas egritudies utilis: & ẽ ex medicinis apientibus collatori opilationes sensus & sternutamẽta capitis purgat: dat suspiriosis: & comitialib' tepidum cũ succo cucumerum. menstrua & urinã ciet: stomacho utilissimũ contra oia uitia: pulmõibusq̃ uide Pli. reliq̃ prosequẽtem: dixit aũt sinapi sceleratã: q odorata lachrymas suscitet magna ei' acrimonia cerebrũ infestãte. ¶ Ei. p hi. ¶ Strigib'. Sũt striges aues nocturnae: de qbus Luca. qd tepidus bubo: qd strix nocturna q̃runtur. herbas. n. & oleras q̃s memorauit nõ esse cõdimenta: sed striges: iõ dixit: qa sumptae dolorẽ: & cruciatũ magis itestinis afferãt q̃ nutrimẽtum. ¶ Hoc. ob hoc: ppea. ¶ Cicilendrũ. & sipolindrũ mecidẽ: & scandicẽ: & alia memorata sua cõdimenta subdit iocose coquus: qui oia confingit: & nugat: tanquã deridiculã rem: & iocosam: non autẽ feriã narraturus: ut alias sępe Pla. ¶ Ad neptuni pecudes. pisces. pecudes p piscibus posuit: Lucillius: multęq̃ natantes squamigere pecudes: Horatius quoq̃ oẽ cũ proteus pecus egit altos uisere montes. ¶ Dimissis manib'. Corrigit erratũ: qa cũ uoluisset dicere dimissis manib' .i. inferis: p manibus pedib' dixit: & est iocosa allusio ad nois signatus. ¶ Miluinis: aut aqlinis. Nã hmõi uolucres rapto uiuũt. ¶ Tu q meus es. puerũ monet: ne unquã discedat a coquo. ¶ Amoliri. parari. ¶ Conquiscet: caput iclinabit: de quo uerbo in cistellaria: & alibi fctã est mẽtio. ¶ Tu medea peliã. Fabula ẽ medeã suis ueneficiis ex sene iuuenẽ peliã reddidisse: sed qd ad historiã attinet: hoc ẽ medeã a matre hecate: a sororeq̃ circe ueneficia edoctã: plura suis ueneficiis: & carminibus effecisse: ob q̃ non tm̃ gentes in stuporẽ adduceret: ueq̃ ẽt psuaderet uitã: & foelicitatem hoibus pbiturã: cumq̃ ad peliã regem thessalię peruenisset: ut fides ei hẽret: effecit primũ ut cana cũs oibus uideret: & senior anus corpe rugoso. qd qbusdã medicaminib' prius effecerat in cõspectũ regis hẽrbaq̃ uirilibus in priorẽ aetatem restituta est: ita pstigiis suis oculos oium pstringebat: ut uera ea ẽ uiderent: arietem quoq̃ q domi mltis ãnis nutrit' erat: in frusta diuisũ: & i cocobũ decoctũ qbusdã uenenis uisa ẽ in agni speciẽ eduxisse: ob q̃ tanta fides medeae hita est: ut q̃ facillime filiab' pelię regis psuaserit: pfem eẽ interimendũ in uaseq̃ ęneo coq̃ndũ: ut rursus suis medicamẽtis illũ iuuenili ętati restitueret: pelia itaq̃ a filiab' interẽpto: ferũ medeã sup culmẽ regiae ascẽdisse cũ lãpade: signũ q iasoni: & argonautis: q id expectabant in littore extulisse: illi igne e specula cõspecto factũ: qd erat existimãtes: urbẽ aggressi sũt: uigilib' qui obstiterãt interfectis: atq̃ tãdẽ urbe: & iperio potiti sũt: sed plib' historiam psequtur Diodorus in qnto. ¶ Praedo in proxio. Pseudolũ dicit: a quo maxime sibi cauendum erat.

¶ EO laserpicii. solinus: apud cyrenenses pterea syrpe gignit: odoratis radicib' uirgulto herbido magis q̃ arbusto: cui' e culmo exudat aestatis tpe pingue rosidũ: idq̃

SARACENVS Laserpitiũ quid sit

Medeae fabulam

VALLA.

SARACENVS. ¶PERnam. Quid perna: quid glandiū: & sumen dictū abūde in superioribus comœdiis. ⸿ In aqua iaceāt. Vt elixa fiant. ⸿ Mihi esse rem. Facultates: & opes. ⸿ Præstinem: Emā. ⸿ Puere: præmittit famulū cum marsupio: ne quis crumenam furet. ⸿ Mulieres. Meretriculas: quas alebat domi. ⸿ Nisi penus annuus. Minat̄: q̄ nisi mulieres ab amatoribus tantarū rerū copiā cōparēt ut uictui annuo sat sit se illas in publicū ꝓstituturū. ⸿ Manipulatim. Gregatim.

Pātices quę ⸿ Pantices. Ventres: sed ꝓprie dicunt̄ Fes. authore fluxus uētris eo q̄ uēter pandatur. ⸿ Siccus. Ieiunus & sobrius. ⸿ Hedillū. Nomē meretricis. ⸿ Iasonē: Iō dixit: q̄a dr̄ prius naui lōga nauigasse: & mercimōnis abūdasse. ⸿ Aeschrodora. Meretrix alia. ⸿ Lanios q carnes uēditat: quos lenonū æmulos: iō dixisse uī: q̄a lenones cum meretriculas ad q̄stū ꝓstituunt: & ex eoꝝ corpore sibi lucrū cōparant: humanam carnē dicunt̄ uēditare. ⸿ Quasi dircē. Lucus uxorē duxerat antiopē nictaei regis filiā: qua post modū spreta pellicē habuit dircē: ātiopes amore captus iuppiter in satyrum cōuersus mulierē cōpressit: ex qua nati sūt zetus & amphiō: qd̄ memoratur ab Ouidio in metamor. Addit ut satyri celatus imagine pulchra: Iuppiter implevit gemino nictaeida foetu: hi ad ætatē uirilē pducti lycū e regno turbarūt: dircē q̄ currui alligatam discerpserūt: ubi fons scatuit eodem noīe: inde dircæi thebani dicti. Statius: scit dircæus ager.

VALLA. Stega quid sit ¶VERsa pstega. i. scobibus purgata. stega græce tuguriolū dr̄. pstega aūt: ubi ocii cā sint sub tecto tm̄. patula reliqua pte tanq̄ sub porticu. uerrēdā ergo eā pte ait. ⸿ Pernā callū: pnā petasonē uocat callū: quē i corpe aialis lūbū uocitamus. ⸿ Glandiū & sumē. In captiuis exposuimus. ⸿ Mihi rē eē reant̄: Me putent hr̄e opes: rē nanq̄ p oibus. Hora. nunq̄ rē facies. & rē litē. Cice. p murena: rē siue litē dr̄e ops. ⸿ Cito celebrate. celebro ab eo q̄ græci celado fieri ōndit: Hora. cū inqt quē uirū: aut heroa lyra: uel acri tibia sumis celebrare clio. a pindari hymno i latinū uertēs. quo ille κελαδήσομεν. igt. ⸿ Pretio pstinem: emēdo pœccupē. ⸿ Vel opire. cū puero dixisset i p: recordat⁹ adhuc: qd̄ sibi domi cōstituēdū ait: expecta. ⸿ In mūdiciis mollicus. q̄ mūdæ eē studetis: & molles. ⸿ Quę capiti. i. q̄ libera uelit eē: ac uelit honorari. ⸿ Quę uētri. i. q̄ nō curet: nisi uētrē mō iplere. ⸿ Quęq̄ suæ rei: suo cōmō. ⸿ Pœnꝰ annu⁹. Tm̄ mihi i pœnario cōgerat: ut ad ānū satis sit. ⸿ Populo ꝓstituā uos: e plebe oibꝰ uos ꝓstibulas faciā. ⸿ Mamilla melita: mamilla dulcis ut mel. ⸿ Manipulati. i. turmati per singulos mānipulos: sūpta a militarib⁹ ordīb⁹ trāslatiōe. ⸿ Munigeruli: mūeꝝ gestores. ⸿ Quib⁹ ē uobis eo. qb⁹ abūdatis. ⸿ Vros pātices. Fe. pātices satui uētres: ac sulli uētris ptes: ide pāticosi uētriosi. ⸿ Frumtū hūc ānū. i. ad hūc ānū: ē. n. elipticos dcm̄. ⸿ Aedilitū. iō uī dcm̄: qd̄ ædibꝰ exornādis satis eē possit. ⸿ Regē iaso. q primus lōga naui usus est. ⸿ Aeschrodora. a turpib⁹ nomē hr̄e uī muneribus: æschrō. n. turpe sigūt: & dorō donū. ⸿ Laniōis q a laniādis carnibus nom hūt: q̄s pp̄lo uēditant: dicunt̄ & laniōes. ⸿ Tergoribus onerata. Tergora uocat scisa bifariā aialia. ⸿ Iusseritis ho. ms. eē. subaudi p uros amatores. ⸿ Cras q̄. dir. Lic⁹ rex thebāoꝝ ātiopa uxore nictei regis: ut Homer⁹ i; qt: asopi filia spreta dirceri duxit: ātiopā ꝯclusit. Iuppiter ei⁹ amor̄ captus mutat⁹ i satyꝝ eā abstulit i mōtes pxiōs: cuiꝰ cōpssu' nati sūt zetus & āphiō: q cū ad ętatē eā puenissēt: ut mr̄is posset ulcisci iniurias: mr̄is ꝯstipati agricol' lycū occi. dircē tauris alligatā discerpserūt: ubi dicē ꝯtabuit: & ei⁹ noie dirce fōs emāauit: a quo dircei thebāi lr̄ appellati.

Vorsa, pstega, strata, lautaq̄, coctaq̄ oīa uti sint, nam mihi
Hodie natalis dies est, decet eum omnes uos concelebrare.
Pernam, callum, glandium, sumē, facito in aqua iaceāt, satin?
Magnifice uolo. n. summos uiros accipe, ut mihi rē esse reant̄.
Intro abite, atq̄ hæc cito celebrate, ne mora q̄ sit, quom coquos
Veniat, mihi, ego eo i macellū, ut pisciū qcqd ē, ꝓcio præstinē.
I puere præ, ne quisq̄ pertundat crumenam, cautio est,
Vel opperire, etiam est quod domi dicere pene oblitus fui.
Auditin? heus uobis mulieres hanc edictionem habeo,
Vos quæ in mundiciis, molliciis, deliciisq̄ ætatulam agitis
Viris cum summis inclytæ amicæ, nunc ego scibo, atq̄ hodie
Experiar, quæ capiti, quæ uentri operam det, quæq̄ suæ rei,
Quæ sōno studeat, quā libertā fore mihi credā, & quā uenalē,
Hodie experiar, facite hodie ut mihi munera multa huc ab ama
Conueniant, nam nisi penus annuus hodie conuenerit, (toribus
Cras populo prostituam uos, natalem scitis mihi esse diē hūc.
Vbi isti sunt, quibus uos oculi estis? quibus uitæ? quibus
Deliciæ estis, quibus suauia mellita? manipulatim mihi
Munigeruli facite ante ædeis iam hic adsint, cur ergo uestem,
Aurum, atq̄ ea quibus est uobis usui perhibeo? quid mihi
Domi nisi malum, uostra opa est i probæ: uino mō cupidæ
Estis, eo uos pāticesq̄ adeo madefactis, quom sim ego hic sicc.
Nunc adeo hoc factū est optumū, ut noie quāq̄ appellem suo.
Ne dictū esse actutum sibi quæpiam uostrarum mihi neget.
Aduortite huc animum cunctæ, principio Hedillū tecum ago
Quæ amica es frumentariis,
Quibus cunctis montes maxumi acerui frumēti sunt domi.
Fac sis sit delatū huc mihi frumentum, hunc annū quod satis
Mihi, & familiæ omni meæ sit, atq̄ adeo ut frumento affluam,
Vt ciuitas nomen mihi cōmutet, meq̄ ut prædicet
Lenone ex Ballione regē Iasonem. Ca. audin furcifer
Quæ loquitur? satin magnificus hic tibi uidetur? ps. pol iste
Ita uidetur, atq̄ etiam maleficus, sed tace, atq̄ hanc rem gere.
Le. Aeschrodora, tu q̄ amicos tibi hēs lenonū æmulos, lanios,
Qui item, ut nos, iureiurando malo quærūt rem, audi, nisi
Carnaria tria grauida tergoribus onerata, uberi hodie
Mihi erūt, cras te q̄si Dircē oli (ut memorāt) duo gnati Iouis

¶CVM

SARACENVS.

CVM sermone huic obsonas: Ita uoce tua resonas: ut huius sermonē nō pcipiā. Xistilis. Alterius nomē mulie ris. Oliuinā redditū olui. Culeus. Capit quadraginta urnas ex Pli. ac columella. In pgulā. In locū. s. publicū & ęditū: & apiū: ut a trāseūtibus cōspiciare: pgula locus erat: ubi pceptores cōsueuerant discipulos erudire: artifices quoq; opera sua in ppatulo habere: quēadmodū de lucio crassitio claro grāmatico tarentino scribit suetonius: qui eum in pgula docuisse testat: & Iuue. cui cedere debeat omnis pgula. Pli. de appelle locutus inquit: idē perfecta opera proponebat in pergula trāseuntibus. En execrato. Noiat ad huc aliā meretriculam. Tu autem. Ad phœniciū

Ad taurum deuinxere, item hodie te stringam ad carnarium.
Id tibi profecto taurus fiet. Ca. nimis ego sermone huius
Ira incendor. ps. huccine hic hoiem pati colere iuuētā atticā?
Vbi sunt, ubi larēt, quibus ætas integra est, qui amāt a lenone.
Quin conueniunt? qn oēs una peste hac populum hūc liberāt,
Sed nimis sum stultus, nimium fui indoctus, illi ne audeant
Illis id facere, quibus ut seruiant suus amor cogit simul,
Simul autem prohibet, faciant aduorsum eos quod uolunt? ca.
uah tace. ps. quid est? (nas. ps. taceo.
Ca. Malemorigerus male facis mihi, qūo sermone huic obso
Ca. At taceas malo, q̄ tacere te dicas. Le. tu autem Xistilis
Fac ut animum aduorras, quoius amatores domi Oliuinā hūt
Maxumam, si mihi non iam huc culleus oliui deportabitur,
Te ego ipsam culleo cras faciam deportere in pergulam.
Ibi tibi adeo lectus dabitur, ubi tu haud capias somnium.
Sed ubi lāgorē ad usq;, tenes hæc quorsum rēdāt quæ loquor?
En exergato, q̄ tibi amicos tot habes tā probe onustos oleo.
Nunc tua etiam est mihi hodie & tuorū opera cōseruorū caput
Nitidissumū, ac nō ipse ego pulmento utor magis unctiusculo,
Sed scio tu haud oleum magnipendis, uino te deuincis.
Sine modo, rependam ego cuncta ob hæc hercle una opera,
Nisi qdē hodie tu omnia facis scelesta ita, hæc ut ego loquor.
Tu autem quæ pro capite argētū mihi iā iāq; sæpe numeras,
Eaq; pacisci modo scis, sed quæ pacta es, non scis soluere.
Phœnicium, nunc tibi hæc ego loquor, deliciæ summatum uirū;
Nisi hodie ex fundis mihi tuorū amicorum omnis huc penus
Affertur cras Phœnicium phœnicio corio inuises pergulam.

cōuersus: cui illud obiicit: q pro suo capite reliq̄ nō fuerint dinumeratæ pecuniæ. Ex fundi. Ex prouentibus. Corio phœnicio. Rubro: allusio est ad nomen.

VALLA.

HVIC obsonas: idest obstrepis: ne possim qd dicat accipere. Xistilis. quasi ab rasa. xystū. n. dicimus locū tersum iuxta impluuiū apertū. colōnis suffultū: ut ex uictruuio licet accipere: & Cicero in bruto: cū ambulare in xysto inqt. Oliuinā domi habent. i. olei copiā ex oliuarū multitudine. Inde oliuitā inquit festus antiq dicebāt: quū olea cogebat: ut messem quū frumēta: aut uidemiā: quū uuas. qd uocabulū potius frequētari debebat q̄ nullā eius significatōis cām haberemus: quāuis qdā oliuitatē meām dicant. Culleus oliui. duo inqt iunius bassus cullei modii sexaginta. Deportere in pgulā. Pergula aliqñ topiarium opus significat columella ubi de uineis: in pgulis aūt inquit singulæ denas amphoras peræquēt: & rursum: illa. n. pgulæ magis q̄ uineæ figurā obtinet: & pgula breue ambulacrū cameratūq; dictam puto a pgēdo. Vlpianus de iudiciis: & ubicūq; agere: uel conueniri aliqs debeat: durissimū est: quotquot locis quis nauigat: uel inter faciēs delatus est: tot locis se defendi: at si quis consistit: non dico iure domicilii: sed tabernulas pgulā: horreū: armariū: officinā cōduxit: ibiq; distraxit: egit defendere se eo loco debebit. idē de his: q deiecerint uel effuderint: nā & cū pictor in pgula clypeū: uel tabulā expositā habuisset: eaq; excidisset: & trāseunti dāni qd dedisset: Seruius respondit ad exēplū huius actionis dari oportere actionē. Itaq; Propertius synecdochicos uideri pōt dixisse. Atq; aiam in tegetes putrē expirare paternas. Corruit algēti pgula curua foco. Pli. idē pfecta opera proponebat in pergula transeuntibus: atq; post ipsam tabulam latens uitia: quæ notarentur auscultabat. Vsq; ad lāgorem. per elipsim dictū est: subaudiendum habeas. Execrato. i. obsecres quantū queas. Oleo onustos: diuites oleo. Magis unctiusculo. Comparatiuo: & diminutiuo usus: ut præter solitum ostēdat magis unctum. Vino te deuincis: ebriosa es. Omnia facis scelesta. uocatiuus est scelesta. Summatum uirum. i. primorū. summates enim dicuntur ut optimates. Bras pœni pœnicio. i. in corio pœnicio: quod & phœnicium dicimus. Inuises pergulam: de qua supra dictum pœni: quia id pb pœnum.

Xystū qd sit

Pergula quid sit

IVVENtam ex codi. antiquis: & metri necessitate.

VGOLFTVS ET GRAPA: SARACENVS. VALLA:

Callidorus. Pseudolus. Ballio Leno.

PSeudole nō audis q̄ loqt hic? ps. audio here equidē,
Atq; aiūt aduorto. ca. qd mihi autor es huic ut mittā,
Ne amicam hic meam prostituat? ps. bene curassis, li
quido animo es.
Ego pro me & pro te curabo, iādiu ego huic bene, & hic mihi
Volumus, & amicitia est antiqua, mittam hodie huic suo
Die natali malam rem magnam & maturā. Ca. quid opust?

PSeudole nō audis: facta phœnicii mētiōe iā diutius callidorus: & pseudolus se cōtinere nō quiuit qui ballionē inuadāt iurgiis: cōtumeliisq; obruāt. Quid mihi es autor qd suades faciā. Bñ cu. curaueris. Liqdo es aio. es iperatiuus modus. liqdo aio. n. hil admodū metuenti.

Qvid mihi es author? Quid me facturum consulis. Liquido. Tranquillo: & qeto.

SARACENVS. ¶IN rem:quod sit præuortaris. Vt animũ ad ea potius applices:quæ tibi utilia sint futura: q̄ quicq̄ feras iniquo aio. ¶ Stulte.incõsiderate:& temere. ¶ Vna mãta. Loquit̄ callidorus:ab eo.n.qđ est maneo fecit mãto. ¶ Inanilog⁹. Inanis locutor:qa uerba nõ pecunias dabat. ¶ Porricia. est porricere porro.i.ualde iacere:uerbum in sacrificiis usurpatum. Vir. Di quibus imperium est pelagi quorum æquora curro:uobis lætus ego hoc candentem in littore taurũ constituam ante aras uoti reus:extaq; salsos porriciam influctus.

(Inanilogus qui dicat. Porricere quid sit.)

VALLA. ¶ At bat. pseudolus bat rñdet callidoro.quasi non recte sentienti: cum a principio atuideretur plura inistructurus:non finit:ut plura loquatur. ¶ In rem:quod sit præuortaris. Cõuerte te ad id:quod utile est:ac id primum capias:ut ea res animo aduersetur tuo ita animũ uinces:idest animi cupiditatem. ¶ Ego mihi cesso.i. in dãnum meũ. Nam suo natali die supra dixit ballio se uelle bene hẽre. ¶ Quid properas placide. interpunctim legendũ est. hæc enim ballioni dicitur.ut sit quid properas ballio. cunq; is obaudieret: addit placide. hoc est clementer:quicquid facis:facito: quo nos queas audire. ¶ Puere hodie. cum adhuc properaret ballio puerum uult consistere ballionis: quo ballio quoq; consistat: ideo ait: puere.pro o puer.subaudi consistito interat q pseudolus. ¶ Nate heus hodie nate:& quæ secuntur.omnia enĩ eo tendunt: ut in itinere persistat ballio. ¶ Sospitalis fuit.i.qui attulit cõmodum. ¶ Adsequere.icede inquit & sequere hoiem cõtumeliis. ¶ Sin tuam est quippiam in rem.si tuæ cessurum utilitati. ¶ Manta.i.mane:ob mantas. Liuius andronicus in odissea:cum ait in pilium deuenies: aut ibi obmantans significat obmanens: sed ea significatiõe qua sæpe fieri dicitur:id enim est mantare. ¶ Inanilogus es:idest innania loqueris quæ in rem meam non sint.compositum ex græco:latinoq;. Inanis latinum: logos græcum:quę dicit̄ oratio. ¶ Rẽ actam agis. quæ præterilt redordiris. ¶ Nunc qui est is ipsus sciat.ordo est nunc is sciat ipsus: qui est. sensus est noui:cum dabat mihi pecuniam: nunc ipse se nouerit:qui sit.mihi curæ scire nõ est. ¶ Ambula tu.ad puerum hæc uerba. ¶ Egeatur acriter: hæc ipersonaliter omnia dicta sunt. ¶ Ego prope modum.subaudi scio. nimis inq̃ scio.

(Mantare quid sit)

Ps. Potin aliã rẽ ut cures?ca.at.ps.bat.ca.crucior.ps. cor dura.
Ca.nõ possũ.ps.fac possis.ca.quo pacto possim aĩum uincere?
Ps.In rẽ qđ sit præuortas,quã rem aduorso animo auscultes.
Ca.nugæ ista hæc sunt,non iucundũ est nisi amans facit stulte.
Ps.pergi.ca.o pseudole misine sim nihili.ps.mitte me sis.ca.si
Ps.Mõ ego aberã.ca.mane mane iã ut uoles eẽ me,ita ero.(no
Ps.nunc tu sapis?Ba.it dies ego mihi cesso,i præ puere.
Ca.Heus abiit,quin reuocas?ps.quid properas?placide.Ca.at
priusquam abeat.
Quod hoc malũ?tã placidus?puere hodie.ps.nate he⁹, hodie
Nate,tibi ego dico,heus hodie nate,redi,& ad nos respice
Tametsi occupatus,moramur,mane,sunt q colloq te uolunt.
Ba.Quid hoc est?quis est qui moram occupato molestam obtulit?ps.qui tibi
Sospitalis fuit?Ba.mortuus est,qui fuit,qui est,uiuos est.
Ps.nimis supbe.ba.nimis molest⁹.ca.rephẽde hoiem adseqre.
Ba.I puere.ps.accedamus hac obuiã.ba.iupiter te quisquis es,
Perdar.ps.re uolo.ba.at uos ego ambos,uorte hac te puere.ps.
non licet.
Colloqui te?Ba.at mihi nõ lubet.ca.sin est tuã in rẽ quippiã?
Ba.Licet ne obsecro uiuẽ,an nõ l;?ps.uah mãta.ba.omitte me.
Ca.ballio audi.ba.surdus sum,pfecto inanilogus es.ca.dedi
Dum fuit.ba.non peto quod tu dedisti.ca.dabo quando erit.
Ba.Ducito qñ habebis.ca.heu heu quã ego malis pdidi modis
Quod tibi detuli,& qđ dedi.ba.Mortuo uerba famulare nũc.
Satis stultus es,rem actam agis.ps.nosce hunc saltem quis est.
ba.iam diu
Scio qui fuit,nunc qui est is ipsus sciat,ambula tu modo.
Ps.potin ut semel modo Ballio hunc cum lucro respicias?
Ba.Respiciam istoc pretio,nam si sacruficem summo Ioui
Atq; in manibus exta teneam ut porriciam,interea loci
Si lucri quid detur,potius rem diuinam deseram.
Ps.non potest pietati obsisti huic,ut res sunt ceteræ.
Deos quos maxumæ æquom est metuere,eos minimi facit.
Ba.Compellabo,salue multum serue Athenis pessume,
Ps.Di deæq; ament te,uel huius arbitratu uel meo,
Vel si dignus alio pacto,neq; ament,nec faciant bene.
Ba.Quid agitur callidore?Ca.amatur,atq; egetur acriter.
Ba.Misereat,si familiam alere possim misericordia.
Ps.Eia scimus nos quidem te,qualis sis,ne prædices.
Sed scin qđ nos uolumus?ba.pol ego ppe modũ male sit mihi.
Ps.Et id,& hoc qđ te reuocamus q̄so aĩum aduorte?ba. audiõ.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶IN rem quod sit preuortas: q̄ rẽ aduerso animo auscultes:hic sensus. præuortas: idest prius uertas consideres id quod sit in rem. q̄ rem aduerso animo auscultes: idest q̄ rem tibi proponas odiosam: & q̄ aduerbium est comparandi:non nomẽ relatiuum: ut insulse exponit Pius interpres sententiam huiusmodi non capiens:neq; aliam idoneam eliciens. ¶ Mortuo uerba fabulare nunc: ita uersus integrandus est:nisi rationi metricæ iniuriam facere uelis:cui duo pedes deficerent:& etiam ex clariore sensu. Et sequens uersus ex priscis codicibus satis: incipit:non facis:& mortuo etiam scribitur non mortua:ut Pius interpres: ubiq; male scriptum reliquit:& mutilum.

Atq; in pauca ut occupatus nunc sum,confer quid uelis.
Ps.Hunc pudet quod tibi promisit,quaq; id promisit die,
Quia tibi minas uiginti pro amica etiam non dedit.
Ba.nimio id quod pudet,facilius fertur,q̃ illud,quod piget.
Non dedisse,istum pudet,me quia non accepi,piget.
Ps.At dabit,parabit aliquid hos dies,manta modo.
Nam hic id metuit,ne illam uendas ob simultatem suam.
Ba.Fuit occasio,si uellet iampridem argentum ut daret.
Ca.Quid si non habui?ba.iam haberes,inuenires mutuum.
Ad danistam deuenires,adderes fœnusculum.
Surriperes patri.ps.surriperet hic patri audacissume?
Non periculum est,ne quid recte monstres,Ba.nõ lenoniũ est?
Ca.egon patri surripere possim quicq̃ cauto seni?
Atq; adeo si facere possem,pietas prohibet.Ba.audio.
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro phœnicio.
Sed quom pietatem amori uideo tuo prævortere,
Omnes tibi patres sunt,nullus est tibi quem roges mutuum
Argentum.Ca.quin nomen quoq; interiit iam mutuum.
Ba.Heus tu,postq̃ hercle isti a mensa surgunt saturi,poti.
Alienum reddunt nato nemini,qui suum repetunt
Ab alienis,cautiores sunt,ne credant alteri.
Ca.nimis sum miser,nummum nusq̃ reperire argenti queo.
Ita miser & amore pereo,& inopia argentaria.
Ba.eme die cæca hercle oliuum,id uendito oculata die.
Iam hercle uel ducentæ fieri possunt præsentes minæ.
Ca.perii an non tum lex me perdit,quina uicenaria
Metuunt credere omnes.ba.eadẽ est mihi lex,metuo credere.
Ps.Credere autem eho an pœnitet te,quando hic fuerit usui?
Ba.non est iustus quisq̃ amator,nisi qui perpetuat data,
Datq; usq;,quando nihil sit,simul amare desinat.
Ca.nihil ne te mei miseret?Ba.inanis aecedas?
Dicta nõ sonát,atq; ego te uiuom saluomq; uellem.ps.eho an
Mortuus iam est?Ba.illico uixit amator,ubi lenoni placet.
Semper tu ad me cum argentata accedito querimonia.
Nam istuc quod nunc clamitare,non esse argentum tibi,
Apud nouercam querere.ps.ego an unq̃ huius nupsisti patri?
Ba.di melius faciant.ps.fac hoc,quod te rogamus Ballio
Mea fide,si isti formidas credere,ego hoc triduo
Aut terra aut mari alicunde euoluam id argentum tibi.
Ba.Tibi ego credá?ps.cur.nõ?Ba.qa pol qua opa credá tibi.
Vna opera alligem canem fugitiuam agninis lactibus.
Ca.Sicine mihi abs te bene merenti male refertur gratia?
Ba.Quid nunc uis?Ca.ut opperiare hos sex dies saltẽ modo,
Ne illam uendas,neu pdas me hoiem amanté.ba.bono aio es
Vel sex opperibor menses.ca.euge homo lepidissume.
Ba.Imo uin etiam te faciam ex læto lætantem magis?
Ca.Quid iá?ba.qa enim nõ uenalé ego habeo phœnicium.
Ca.nõ hẽs?ba.nõ hercle uero.ca.Pseudole accersi hostias,
Victimas,lanios,ut ego nunc huic sacrusicem summo ioui.
Nam hic mihi nunc est multo potior iuppiter,quam iuppiter.

SARACENVS.

¶QVANq̃ id promisit die.corrigo:q̃q̃ id promisit dare.¶ Quod pudet facilius fertur.Nam pudet ad uerecũdiã:piget ad iacturam pertinet.¶ Simultaté iurgiũ.cõtẽtionẽ.¶ Inuenires tuũ.addo syllabã:& lego mutuũ.& ubi hẽs legebat:lego haberes.¶ Quin nomẽ quoq; interiit mutuũ. Nam lege uetitum fuerat:ut infra declaratur:ne quis pecũiam mutuaret ultra statutã summam.¶ Postq̃ isti a mensa.¶ Eos quippe dicit:qui legem sanciuerant de mutuãdis pecuniis:qui incõmoda aliena nihil morantur diuitiis:& opibus affluentes:& est continuatus sermo cum subsequenti:eme die cæca hercle oliuum. Nam obiter loquitur callidorus:suadet leno:quo pacto callidorus:quã nec mutuo:nec fœnore poterat:sit inuenturus pecuniam.¶ Eme die cęca illud arbitror Plau.dixisse:quod nostris quoq; tẽporibus in ore omnium uulgatissimũ est:ut.s.emeret oliuum ad aliqd solutionis terminũ:illudq; statim uenderet pñti numerata pecunia:occulata.n.die pro pñti die positum est.¶ Quina uicenaria cẽtum.

Oculata dies qd sit

¶ Inanis cædes:meli⁹ eçdis.¶ Apd nouercam quærere.In cassum lamẽtaris quasi:q non magis referãr eius uerba apud lenonem q̃ priuigni querellæ apud nouercam:dictum autẽ de nouerca iocoso morsu repercutit pseudolus.¶ Lactibus:de lactib⁹ dictum alibi.¶ Nolo uictimas.Loquit ballio.¶ Ac minis me extis. Agninis extis legẽdum est.Nam subdit ille accerse agnos:uel forte:ac minis dixit se placari.i.pecuniis.Sed ille:ac nimis pro agninis intellexerit:qui quidem esset iocus maximus.¶ Propera:prosequitur callidorus.¶ Extra portam metiã.Prius legebatur mi ẽt sed rectius metiam portã legẽdũ:de qua mentio in cassina habita:ubi loquit chalinus seruus:ille ædepol ardẽtem te uidere extra portã metiam ecastor uellet.¶ Buscirape.busta rapiens.¶ Socifraude.socium defraudans.¶ Legirupa.¶ Corruptor legum ¶ Bõbax.interiectio irridẽtis.¶ Summe.quasi ad summũ:& pro ultimo statuto die de argentum.s.dinumerãdum.¶ Admœnire.mœnibus munire hoc est fallaciis:& meis insidiis circũualere.

Legirupa qui sit

VALLA.

¶IN pauca confer:quid uelis.paucis absolue:q̃ loqui uelis.¶ Promisit dare.pollicitus est pro amica pecuniam.¶ Id quod pudet.quia ad famã ptinet.¶ Quã illud:qd piget qa respicit rẽ.¶ Mãta mõ:iteratiuũ ẽ a maneo.nam mantare sæpe manere ẽ.Adderes fœnusculũ.fœn⁹ fœnori

Mantare quid sit

adiugeres. ¶ Nō lenonis est: nō pertinet ad lenonē recte monstrare. ¶ Audio. Ironice satis: & uultuose legēdū est: ac cū stomaco. ¶ Ne credāt alteri. ne cuiq̄ quicq̄ cōmitāt. ¶ E medie cæca hercle oliuum: id uēdito oculata. hoc puerbialiter dictū: ut homines oporteat emere uili: qđ caro uēdant pretio. Cæca nanq; dies hoīes notat cæcos. i. parū pspiciētes: occulatum autem diem: ubi multū intueantur. ¶ Lex me pdit: uī autē lex lata: ut si cuipiā crederent supra uiginti quq; minas: redhibitio nulla esset: nec debitor deberet qcquā. ¶ Eadē est mihi lex. ait leno eadē lex pro me facit: ut tibi credere mihi nō libeat. ¶ Perpetuat data: qua usus dādi rationes ea utatur ppetua. ¶ Inanis incedes. uacuus ibis. ¶ Apud nouercā lamentaris: apud nouercā. i. apud me: qui tanq̄ nouerca sum tibi. ¶ Tu huius nupsisti patri. subaudi: ut callidori fueris nouerca. ¶ Dii melius faciant subaudi q̄ ut nupseri h9 pfi. ¶ Qua opera credā tibi: quo tibi credā mō. ¶ Vna opera. eodē modo. ¶ Alligē fugitiuā canē agninis lactibus. qa lactes statim deuoratura: quæ itranea sint lactes supra memorauimus: ac si dicat: qūo tibi crediderim qcquā: cui ab hæris fides nulla. ¶ Pseudole accersi hostias postea q̄ inquit callidorus phœniciū uenalis non est: accersi hostias: uictimasq;. i. sacrificiemus ob ea: quæ interpretrauimus uictimas dicimus a uincēdis hostibus: nam hostibus a uictis hostia nomen habet inquit Oui. ¶ Lanios: q imolēt. ¶ Huic sacrificē. subaudi balloni. ¶ Sūmo ioui: qui mihi pro sūmo ioue est. ¶ Ac nimis me extis placari uolo: uolo inquit mihi honorem hostiarū: & uictimarū: ut mactent: sed in usus meos uolo. ¶ Duo greges: duos dicit: ut sæpe supra. ¶ Greges uirgarū. i. lectores: qui te uirgis cædant. ¶ Adegero: cōpulero. ¶ Ad litationē. ad ipetrabile sacrificiū: nam id litare est. ¶ Ex tua re: de tua utilitate. ¶ Cū intestinis oībus. hoc irrisorie: & perinde pronunciatione adiuuandum est. ¶ Assiste altrinsecus. ab altera pte cōsiste. ¶ Lite utar manu. loco litis ego uerberabo. Quippini. negligēti uox est. ¶ Bustrape. qui ex busto rapis mortuos. ¶ Babæ. hoc aduerbiū græcū est: quo nos pro interiectiōe utimur negligētis. ¶ Bombax. interiectio: quo negligētis. ¶ In pertusum. duæ sunt partes sensus est nos in dolium perforatum dicta ingerimus. ¶ Operam ludimus: idest nihil agimus. ¶ Quasi cassā nucē. i. inanem. ab eo: quod est careo carui cassum

Victimæ unđ dictæ

Bustr[ape] q[uare] dicatur

Ba. nolo uictimas, agninis me extis placari uolo.
Ca. propera, quid stas? accerse agnos, audin qđ ait iuppiter?
Ps. Iam hic ero, uerum extra portam metiam currēdust prius.
Ca. Quid eo? ps. lanios inde accersam duo cum tintinabulis,
Eadem duo greges uirgarum inde ulmearum adegero,
Vt hodie ad litationem huic suppetat satis ioui.
In malam crucem istic ibit iuppiter lenonius.
Ba. ex tua re nō est ut ego emoriar. ps. qui dū? ba. ego dicā tibi.
Quia ædepol dum ego uiuam, nunq̄ eris frugi bonæ.
Si ego emortuus sim, Athenis te sit nemo nequior.
Ca. Dic mihi obsecro, uerum hercle serio hoc quod te rogo, est
Non habes uenalem amicam tu meam phœnicium?
Ba. non ædepol habeo profecto, nam eam pridem uendidi.
Ca. Quo modo? ba. sine ornamentis, cum intestinis omnibus.
Ca. meam amicam tu uendidisti? ba. ualde, uiginti minis.
Ca. Viginti minis? ba. utrum uis, uel quater quinis minis
Militi quoidam macedonico, & iam quindecim habeo minas.
Ca. Quid ego ex te audio? ba. amicā tuā esse factā argenteā.
Ca. cur id ausus facere? ba. libuit, mea fuit. ca. eho pseudole
I gladium affer. ps. quid opus gladio? ca. q hūc occidā, atq; me.
Ps. Quin tu te occides potius, nam fames hunc iam occiderit.
Ca. Quid ais, quantum terra tegit hominum, periurissume
Iurastin te illam nulli uenditurum, nisi mihi?
Ba. Fateor. ca. nempe conceptis uerbis. ba. etiá consultis quoq;
Ca. Periurauisti sceleste. ba. at argentum intus condidi
Ego scelestus, nunc argentum promere possum domo,
Tu qui pius es istoc genere gnatus, nummum non habes.
Ca. pseudole assiste altrisec9, atq; onera hūc maledcis. ps. licet,
Nunq̄ ad prætorem æque cursim curram, licet utar manu?
Ca. ingere mala multa. ps. iam ego te differam dictis meis
Impudice. ba. ita est. ps. sceleste. ba. dicis uera. ps. uerbero. (me
Ba. quippini. ca. bustirape. ba. certe. C. furcifer. ba. factū optu
Ca. Sociifraude. ba. sūt mea hæc ista. ps. parricida. ba. pge tu.
Ps. Sacrilege. ba. fateor. ca. periure. ba. uetera uaticinamini.
Ca. Legirupa. ba. ualide. ps. pnicies adolescētū. Ba. acerrume.
Ca. Fur. ba. babæ. ps. fugitiue. ba. bōbax. ca. fraus ppli. ba. pla-
Ps. fraudulēte. ca. ipure lēo. ps. cenū. ba. cātores pbos (nissume.
Ca. Verberauisti patrem atq; matrem. ba. atq; occidi quoq;,
Potiusq̄ cibum perbibere, num peccaui quippiam?
Ps. In pertusum ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
Ba. nunquid aliud etiam uoltis dicere? ca. ecquid te pudet?
Ba. Te amatoré iuuentū esse inané quasi cassam nucem.
Sed quanq̄ multa mala in me dicta, dixistis modo,
Nisi mihi attulerit miles quinq;, quas debet minas,
Sicut hæc est præstituta summæ argentariæ dies,
Si is non aderit, opinor posse facere officium meum.
Ca. Quid id est? ba. si tu argētū attuleris, cū illo pdideri fidē.
Hoc meum est officium, ego operæ si sit plus, tecum loquar.
Sed sine argento, frustra est, quod tui me misereri postulas.
Hæc mea sententia est, ut hinc porro quid agas, consulas.

Ca. Iá ne abis? Ba. negocii sum plenus. ps. paulo post magis.
Ille homo meus ést, nisi oés di me atq; homines deserunt.
Exossabo ego illum, simulter itidem ut murenam coquos.
Sed nûc Callidiore operá mihi te uolo dare. Ca. ecqd iperas?
Ps. Hoc ego oppidum admœnire, ut hodie capiatur uolo.
Ad ea rem usust hominem, astutum, doctum, scitum, & callidû,
Qui imperata hæc facta reddat, non qui uigilans dormiat.
Ca. Cedo mihi, quid es facturus? ps. tempori ego faxo scies.
Nolo bis iterare, sat sic longæ fiunt fabulæ.
Ca. Optumû, atq; æqssumû oras? ps. ppera, adhuc hoiem cito.
Pauci ex multis amici sunt homini, qui certi fient.
Ca. ego scio istuc. ps. ergo utrinq; tibi nunc delectum para.
Ex multis exquire illis unum, qui certus fiet.
Pa. Iá hic faxo aderit. ps. potin ut abeas? tibi morá dictis creas.

cassum. ¶ Sicut hæc est præstituta. ordo est: sicut hæc dies præstituta. i. ordinata. ¶ Tui misereri postulas: ut me commiseratione erga te putes cômoueri. ¶ Vt murenā coquus: hoc in amphytrione dictû. ¶ Non qui uigilans dormiat: hoc prouerbiû sumptum est a cepiôe: qui pararenchus est appellatus nô omnibus dormio. is nanq; se dormire simulabat: quo uxor ipune mœcharetur: eiusq; meminit Lucilius. Iuue. quoq;. Doctus & ad calicem uigilanti stertere naso. ¶ Quid es facturus: quid constitueris inquit facere: me admone. ¶ Qui certi fient. Qui stabiles amici. ¶ Faxo aderit. faciam præsto erit. ¶ Potin: ut abeas. possibile ê: ut discedas; ¶ QVA q; id promisit die: ita scribendum est ex codi. antiquis. & sententiæ concinnitate. non: q̃q̃ id promisit die: ut legit Pius omnium ignarissimus. ¶ Non dedisse istum pudet scribendum est ex codicibus antiquis: recta lege metri: & sententiæ congruitate: non autem: non dedissetis tum pudet: ut plenus omni inscitia Pius interpres legit: & Sarracenus quoq;. ¶ Surriperes patri scribendum est: non subripuisses ut legit pius contra metri rationem: & sententiæ concinnitatem. ¶ Heus tu. sensus horum trium uersuum a pio interprete non expositus: quum fortasse illum elicere nequiuerit ingenio suo obtulissimo: hic uidetur esse ut dicat ballio sententiam hanc catholicam: non mirum est: si nemo inuenitur: qui mutuum alteri credere uelit: quum mutuum accipientes: dum bene edant: & potent ex pecunia mutuo sumpta: non curêt illam postea reddere: & sic mutuum dantes cautiores redduntur: ne cuiq̃ credant amplius: & ne credant alteri: scribêdum censemus: & non nec reddant alteri. ¶ Inanis accedas? ita scribêdum est: & interrogatiue: ex codicibus antiquis: & metri: & sententiæ congruitate: non cedes: neq; cædis: ut corrigit pius amens: nulla habita metri: neq; sententiæ ratione. ¶ Eho an unq̃ huius nupsisti patri: quia ballio respondit callidoro dicenti: nihil nec te mei miseret: apud nouercam querere: hoc est: quærimonias fundis tuas: mihi non aliter audituro: q̃ soleat nouerca exaudire priuignorum preces. Nunc pseudolus iocose ipsi ballioni: dicit: an unq̃ huius nupsisti patri? ut. s. nouerca ei factus esse posis? & quia cum uterq; uir fit: uisus est pseudolus uelle ballioni obicere suppositionem a patre callidori fortasse ei factā. ideo ballio ipse respondet: dii melius. q̃. s. ego illi nupserim aut suppositus fuerim: & uersus ita scribi debet: ut diximus: & non: nunquid tu huius nupsisti patri: ut pius interpres corrigit: contra metri rationem: mentiens ita scriptū esse in priscis codicibus: quinimmo in illis scriptum est: eho ah unq̃: ex quo facile fuit aduertere: scribendum esse: ut nos diximus: an unq̃. ¶ Quam iuppiter scribendû ex antiquis codicibus: & rectã sententiæ concinnitate: uerbaq; sunt callidori continuata: nec scribendum est: inquam iuppiter: nec uerba sunt ballionis: ut somniat Pius cômentator. ¶ Agninis me extis placari uolo. garrit hic Pius corrigens nolo: nec quid dicat intelligens: nam ballio se non uictimis placari uelle ait: sed extis agninis: nolebat quippe uiscera: & exta agnina sibi in mensam apponi: quæ comederet. Ex tua re: non est: &c. uersus hic delendus est totus utpote superfluês: & in codicibus antiquis nô scriptus nec sententiæ concinnitati necessarius. ¶ Nunq̃ ad prætorem æque cursim curram: licet utar manu hic uersus ita est censura nostra scribêdus: hoc sensu: nunq̃ tam cito ad prætorem curram: distraharq;: etiam si manu usus sim in quêq̃ hoc quod me iubes statim efficiam: ut. s. ballionem maledictis onerem: nec scribendum est: atq; cursim: sed æque cursim: ut diximus: neq; scribendum est: lite utar manu: eo sensu ut Pius nescius interpres ait ut in illum manu: & pugnis se usurum asserat: loco litis iuridicæ: & legalis: quippe nec calidorus iubet illi: ut manu utatur: sed maledictis: nec ipse pseudolus in illum iacit: nisi maledicta: & codices antiqui habent licet: non lite. ¶ Acerrime: cur pius corrigat & scribat acerrima: nescimus quippe codices omnes acerrime habent: & concinne satis: quum supra etiam ualide dixerit: & infra planissime. sed facilis usq; adeo est Pio aliorum taxatio: ut neq; hic nouū egisse uideatur. ¶ Sed quanq̃: uersum hunc: qui ita correxerit: ut deleat uocem illam i quæ: & pro mihi scribat modo: rectior sensus elicietur: & elegantior oratio fuerit: & non trunca: qualem pius interpres impius reliquit. ¶ Simulter: pro similiter: ut ait No. adducens hunc locum. ¶ Adhuc hominem ex codi. antiquis: & recta sententia. non adi huc: ut inscite: & dementer corrigit: & exponit pius interpres.

VGOLETUS ET GRAPA.

Hem illuc est patrem esse, ut æquior sis filio.
Si. Sed quis hic loquitur? meus hic est quidē seruos Pseudolus.
Hic mihi corrumpit filium scelerum caput,
Hic dux, hic ille est pædagogus, hunc ego
Cupio excruciari. Ca. iam istæc insipientia est,
Iram in promptu gerere, nam quanto satius est
Adire blandis uerbis, atq; exquirere
Sint illa, nec ne sint, quæ tibi renunciant?
Bonus animus in mala re dimidium est mali.
Si. Tibi auscultabo igitur. Ps. itur ad te Pseudole,
Orationem tibi para aduorsum senem.
Herum saluto primum, ut æquom est, postea
Siquid superfit uicinos impartio.
Si. Salue, quid agitur? Ps. statur hic ad hunc modum.
Si. Statum uide hominis callipho, quasi basilicum.
Ca. Bene, confidenter quæ te astitisse intellego.
Ps. Decet equidem innocens qui sit atq; innoxius,
Seruom superbum esse apud herum potissumum.
Ca. Sunt quæ te uolumus percontari, quæ quasi
Per nebulam nos met scimus, atq; audiuimus.
Si. Conficiet iam te hic uerbis, ut tu censeas
Non Pseudolum, sed Socratem tecum loqui.
Ps. Ita est, iampridem tu me spernis, sentio.
Paruam esse apud te mihi fidem ipse intellego.
Copis me esse neq̄, tamen ero frugi bonæ.
Si. Fac sis iam uacuas Pseudole ædeis aurium,
Mea ut migrate dicta possint quo uolo.
Ps. Age loquere quid uis, tametsi tibi succenseo.
Si. Mihin domino seruos tu succenses? Ps. iam tibi
Mirum id uidetur? Si. hercle, quin ut tu prædicas
Cauendum mihi abs te irato, atq; alio tu modo
Me uerberare, atq; ego te soleo, cogitas.
Ca. Quid censes? ædepol merito esse iratum arbitror
Quom apud te stet parum fides. Si. iam sic sino
Iratus sit, ego ne quid noceat, cauero.
Sed quid ais? quid hoc, quod te rogo? Ps. si quid uis roga.
Quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.
Si. aduorte ergo animum, & fac sis promissi memor.
Quid ais? ecquam scis filium tibicinam
Meum amare? Ps. negare mea est. Si liberare quam uelit.
Ps. Ρρωτον και τουτο negari. Si ecquas uiginti minas
Per sycophantiam, atq; per doctos dolos
Paritas ut a me auferas: ps. ego abs te ut auferam?
Si. Ita quas meo gnato, des, qui amicam liberet,
Fatere πυσαιτο, ινα και αυτος ρυσαι αυτην.
Si. Dixin Callipho dudum tibi?
Ca. Memini. Si. cur hæc ubi tu resciuisti illico
Cælata me sunt? cur non resciui? Ps. eloquar.
Quia nolebam ex me morem prægigni malum,
Herum ut ego seruos criminarer apud herum.

¶ Dabo inique. Si uolumus sermonem dare chaliphoni: legamus inge. i. dicito te. s. pecuniam daturus: uel legamus: dabo inquā: & sermo erit Simoni accommodatus. ¶ Iisce. Scilicet pseudolus leno: & callidorus. ¶ Stilis ulmeis cōscribito. Flagris: & uirgis cædito. Iudice. Palā profer. ¶ Operā dicostatuo do: ab eo qđ dico. as. ¶ Suspitio est mihi. Ad spectatores loquitur. ¶ Centurio. Congrego: conuoco. ordinor: tractū a centuriis ordinādis. ¶ Tibicen uos interea. Videtur mos fuisse: cum e scæna aliqs se subduxisset quoad aliis auentarit: tibicen interea perflarret tibias. ¶ Cluant: sint: alias cluere pro certare.

Centurio quid sit.

VALLA.

SI de damnosis. dū simo cum caliphone filii sui callidori quærit interperantiam amoris interuenit pseudolus: qui pollicet se effecturū: ut uiginti minas dinumeret pro liberāda amica callidori. Ait ergo simo primū: si oportuerit de eis. qui damnū faciant: maioribusq; amatoribus eū deligere: qui sit dictator. nō potius quisq̄ q̄ meus diligeretur filius. ¶ Athenis atticis. qa tres athenæ. Varro cum trinæ fuerint athenæ: ab una dicti athenæi. Ab altera athenaunsi. a tertia atheneopolitæ. Fest. autem quadrubē inquit athenas actius appellauit: qđ sic ex q̄ttuor urbibus in unā domicilia cōtulere braurone: eleusine: piræheo: Iunio. Et subolet mihi in suspitionem uenit. Hæret hoc negocium ambiguū est: quomodo possim hominē inter uertere. Cōmeatum uolui argentariū proficisci. i. uolui proficisci: ut quēadmodū ad exercitū cōmeatus subportat: ita ego ad cōmeatum argentariū ab sene auferēdū ad herilē filium cōtenderē callidorus. ¶ Nihil est prędæ pdonibus: prædas nullam nos prędones possumus auferre. ¶ Si meo arbitratu liceat. Si me arbitrio fiat. ¶ Nequicq̄ uis. Frustra hoc tibi. Virium potuit dispartirier. Tam magnum malū inquit: atq; flagitiū: ut ingens multitudo populi particeps eē potuerit: ut singuli suam haberēt partem. ¶ Si patrissat filius. idest patris mores cōsectatur ωζτυ q̄ pauci. o iuppiter. uocatiu?. n. est a noiatiuo ζεύς. ¶ Est pedagogus. i. ad male faciendum custos. Sint illa nec ne. num uera sint: an non sint. ¶ Bonus animus i mala re dimidium est mali. Si bonū inquit animum habeas. ubi res sit mala: mali pe dimidia auferetur. ¶ Quasi basilicus. i. regificus. Quia basileus grçce rex dicitur. ¶ Per nebulam nos met scimus. Cognouimus inquit in obscuro rē usq; quaq; exploratissimā nō habentes. Socratem tecum loqui. i. tam argumē

Athene quot fuerit

Patrissare quid sit.

Itaq; hic scelestus est homo leno Lycus,
Quoi iam infortunii intenta balista est probe,
Quam ego haud multo post mittam e balistario.
Sed eccam Adelphasium exit, atq; Anterastilis.
Hæc est prior quæ meum herum dementem facit.
Sed euocabo, heus i foras Agorastocles,
Si uis uidere ludos iucundissumos.
Ag. Quid istuc est tumulti Milphio. Mi. hem amores tuos,
Si uis spectare. Ag. o multa tibi Di dent bona
Quom hoc mihi obtulisti tam lepidum spectaculum.

tores dicti: ergo qui præerant. Itaq; & in bello prętor: & domi ptor: quorum unus urbanus. alter peregrinus. Pompeius de origine iuris. Cūq; cōsules auocarent bellis finitimis: neq; esset: qui in ciuitate ius reddere posset. Factū est: ut prætor quoq; crearetur: qui urbanus appellatus est: eo q in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos: non sufficiente eo prætore: quot multa turba in ciuitatem et peregrinorum ueniret. Creatus est: & alius prętor: qui peregrinus appellatus est ab eo: quot plærūq; inter peregrinos ius dicebat. ¶ Decipiemus fouea lenonē lycū. Quia lycus lupus dicitur: & lupi foueis capi solēt. ideo intulit decipiemus fouea. ¶ Nunc ē rudest. i. nouū: & insabare. ¶ Aphrodisia hodie sunt: idest ueneris festa: nā aphrodite uenus nominat: unde & aprilis quasi aphrilis: ut inquit Macro. ueneri deputatus. Venus aūt aphrodite: quia de spuma in mari dicitur nata. Nam cū Saturnus: ut inquit Hesiodus: cælo patri genitalia præsecuisset: iactassetq; in pelagus: de ipsorum spuma nata est Venus. ¶ Infortunii intenta balistest. speciosa: a poeta confictum uerbum ut iaculari infortunium uideatur. ¶ Mittam e balistario. Balistarium locum. dicit: ubi balistę continentur: balistam autem: quia ballo iaculor significat.

Aphroditę quę dicat
Balistariū quid sit

¶ SCapulæ posteriores humerorū partes hinc inde: & medium inter illas interscapilium. Apuleio: & Higinio: scapulas tegens scapularis uestis dicta. ¶ Matusculā scribēdū est metri necessitate. & sensus cōcinnitate. ut patet ex prologo. nō masculā. i. uiraginē: ut Pius exponit cōtra metri ratione: neq; minusculā: ut idē aliter dicit. nā ex plogo patet minorē illā cuidā militi emere uolēti in concubinatū pene destinatā. ¶ Nequā ludit in dictione hac poeta: nā neq; & adiectiue & substātiue ponit. milphio adiectiue accipit. quasi dicat uis dare illi: & opponere malū hoiem: qui illum ulciscat. ille autē substantiue accipit neq̃. i. malū: & malā rem quamq̃ & substantiue acceptū pro coitu & impuritate sumitur: ut infra: ubi faciat neq̃. ¶ Dierectū: crucifixi: quasi ad diē erectū Varro in eumenidibus. Apage in dierectū a domo nostra istā insanitatē: Nonius. At Festus Dierectū inquit dicebant per antiphrasin uolentes significare malū diem. ¶ Nequā rē ueneream intellegit. At. A. Gel. noc. att. vii. Neq̃ hoiem nihili: neq; frugis bonæ: qd genus græci fere ἀσώτου. i. pdigū. n. ἀκόλαστον ul libidinosū. n. ἀχρηστον uel inutilē. n. κακότροπον uel iprobū. n. μιαρόν vel scelestum dicūt: ut Plau. & cæteris sæpius: festus: Neq̃ q ne tanti qdē est: q̃ quod habet minimi. Vñ Var. in li. de analo. Ex ne inqt: & quicq̃. Neq̃. M. Cice. in. ii. Anton. Cum in Antoniū pbra qdam ludibriosa: & turpia ingessisset ad extremū hoc addidit: O hoiem neq̃: nihil eni magis pprie possum dicere. ¶ Addicere prætoris uerbū est: cū debitorem: qui soluendo non esset creditori: pronunciatione: & snia tradebat. Vnde addicti. Addicere Festus inquit est proprie idem dicere: & approbare dicendo: alias addicere damnare: addicere ad auctionem uendere etiam dici cōstat. ¶ Aphrodisia ueneris: quæ aphroditæ a spuma dicitur festa sunt. nam aphrodisium uenereū dicimus. ¶ Mūdiciæ: politiæ: elegantiæ mundus festo lautus: & purus unde mundiciæ: sed meretricum mundiciæ immundissimę habendæ sunt immundiciæ. ¶ Balista a phoenicibus inuenta tormenti genus est saxa: hastasq; & alia emittens: Sillio. Vegetio: Ouidio: Marcello. Lucano. A. Hirtio: Ciceroni. Plinio: Senecæ: Frontino: cæteris de quo & nos in li. de partibus ædium. Inde balistarium ubi sita erit balista. & ex balisto ipsi Plauto.

VGOLETUS ET GRAPA.
Scapulæ q̃
Nequā.
Addicere quid sit
Balista qd sit

Adelphasiū. Anterastilis meretrices. Milphio. Agorastocles.

NEgoci sibi qui uolet uim parare, nauem & mulierem
Hæc duo sibi comparato, nam nullæ magis res duæ.
Plus negoci habent, eas forte si exornare occœperis,
Neq; unq̃ hæ duæ res satis ornātur, neq; eis ulla satis
Ornandi facietas est, atq; hæc uti loquor, nunc modo
Docta dico, nam nos usq; ab aurora ad hoc quod est die
Postq̃ illuxit aurora, nunq̃ cessauimus ex industria
Ambæ lauari, atq; fricari, aut tergeri, aut ornarier,

NEgocii: commoda utitur cōparatione Plautus abominaturus mulierum mores in quibus exornandis semper aliquid deest: quo opus habeant.

SARACENVS.

NEgocii sibi: qui uolet cōparare. Adelphasium: & anterastilis templum ueneris ulsuræ: & aphrodisia festa exeunt inter se loquētes: quæ muliebria sunt. Agorastocles & milphio ipsas abeūtes adeunt. agorastocles quidem suū amorem aperiens. Mulieres autem eius auersantur orationem. Adelphasiū primo duabus in rebus maximum negocium comparandis esse ait muliere: & naui. neutra enim nūq̃ satis exornata. ¶ Satis facietas est. a satis enim fit facietas. ¶ Nunc docta: dico: quia huius rei perita sum: possum equidem inqt de ipsa ferre sententiam. ¶ Ab aurora ad hoc: quod diei est. a matutino tempore ab hoc usq; tempus ab aura aurora dicta. Surgente enim sole pusilla quædam sentitur aura. ¶ Aurora illuxit. iam dies clarus emicuit.

VALLA.
Aurora unō dicta sit

SARACENVS. ¶ MVRIAtica: Est muria salsamēti genus: ut docemur a Plinio martialis quoq; de muria sic intulit Antipolitāi fateor sum filia thynni: nā sicut garum e scōbro fit: ita muria e thynno. ¶ Falsa sunt: Vel salsa potius. ¶ Vt maceretn Pro maceret. ¶ Omnia: quæ ad deū: pacem. s. impetrandā: nam in tēplo ueneris erant sacrificaturæ. ¶ Ecquid gratiæ. s. mihi debetur. ¶ Huic excidit. s. sermo. ¶ Manet: Expectat. ¶ Prosedas: Festus appellat meretrices: quæ ante stabula sedeant: easdē & prostibulas. ¶ Alicarias: Eodem authore alicariæ meretrices appellantur in cāpania solitę ante pistrina alicariorū uersari quæstus gratia: sicut illæ: quæ ante stabula sedebant prostibulatæ: dicti autem sunt ab alica alicarii: qui eam conficiebāt uel uenditabāt. ¶ Schænicolas. Idē festus dicit esse meretrices ita appellatas propter usum unguēti schæni: quod est festo. i. pessimi generis.

Prosedæ q̄ sint

Alicarie meretrices quæ

Poliri, expoliri, pingi, fingi, & binæ una singulis
Quæ datæ nobis ancillæ, eæ nos lauando, eluendo operam
Dederunt, ab gerundaq; aqua sunt uiri defessi duo,
Apagesis negocii in muliere quantum una est, si uero duæ
Sat scio maxumo uni populo quoi lubet, plus satis dare
Potes sunt, quæ noctes diesq; in omni ætate, semper,
Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur, postremo modus
Muliebris nullust, neq; unq̄ lauādo, & fricādo sumus saturæ.
Nam quæ lauta est, nisi perculta est meo aīo quasi inuenusta est.
An. Miror equidem soror te istæc fabulari, quæ tam callida,
Et docta sis, & faceta, nam cum sedulo
Munditer nos habemus, uix ægreq; amatorculos inuenimus.
Ad. Ita est, uerum hoc unum tamen cogitato, modus omnibus
In rebus soror, est optumum habitu. nimia omnia
Nimium exhibent negocium hoibus ex se. An. soror cogita
Amabo item nos perhiberi, quasi salsa muriatica
Esse autumantur sine omni lepore, & sine suauitate nisi
Multa aq̄ usq; & diu macerant, olēt, salsa sunt, tāgere ut nō uelis.
Item nos sumus eiuscemodi, mulieres sunt admodum
Insulsæ, atq; inuenustæ sine mundicia & sumptu.
Mi. Coqua est hæc qdē Agorastocles, ut ego opior. Ag. qd id.
Mi. Scit muriatica ut maceret. Ag. qd molestus? Ad. soror parce amabo, sat est
Istuc alios dicere nobis, ne nosmet nostra etiam
Vitia loquamur. An. qesco. Ad. ergo te amo, sed hoc nūc mihi
Responde, sunt hic omnia quæ ad deū pacem oportet adesse?
An. Omnia accuraui. Ag. pulchrū & celebrē & uenustatis diē
Plenum, dignum Venere pol, quoi sunt aphrodisia hodie.
Mi. Ecqd gratiæ cū huc foras te euocaui? iam nū me decet
Donari cado uini ueteris? dic dari, respondes nihil.
Huic excidit lingua, ut ego opinor, qd hic (malū) astās obtices?
Ag. Sine amem, ne obturba, tace. Mi. taceo. Ag. si tacuisses, iā
Istuc taceo non natum foret An. eamus soror mea.
Ad. Oho amabo, qd illuc nūc pperas? An. rogas? q nos herus
Apud ædem Veneris mantat. Ad. maneat pol, ut iubet, mane.
Turba est nunc apud haram, an ibi uis inter istas uersarier
Prosedas, pistorum amicas, relliquias alicarias
Miseras, schœno delibutas, seruilicolas sordidas?

VALLA. ¶ POliri expoliri. polon canum dicunt græci: unde polire & expolire. ¶ Pingi fingi. pingi ad colores attinet: fingi ad habitū. ¶ Modus muliebris finis in comœdia muliere. Modus moderatio: modus modulatus: & modus finis: ut hic. ¶ Quasi iniusta est. i. iniqua. non illā nacta ęqualitatē: quę deceat ¶ Optimus est habitu. i. ad habēdū hic modus moderatio intelligit. ¶ Quasi salsa muriatica esse. Muria est quēadmodū Verannius docet: ea quæ fit ex sale sordido: in pila pistato: & in ollam fictilē coiectonbiq; opto gypsatoq; & in furno pcocto: cui uirgines uestales serra ferrea secto: & in seriā coniecto: quę est intus in æde uestæ in pœnu exteriore: aquā iugē uel quālibet: prætérq̄ q per fistulas uenit: adderēt: atq; ea demū in sacrificiis utūtur. uel si nuriatica legāt: ut Fest. inquit. nurica est genus piscis minuti. Plau. nuriaticā autem uideo in uasis stāneis nuricā bonam: & cautā: & tagumas quinas fartas cōchas piscinarias. ¶ Insulsę admodū: sine salis condimento: hoc est sine sapiētia. ¶ Sine mūditia: & sumptu. mūdæ nō existimamur: nec qcq̄ erga nos sumptū facit. ¶ Ad deū pacem. ad deorū ueniam deposcēdam. pax. n. ubi bellū interuenit a paciscēdo. at ad numinū tranquillitatē pax a pacādo: ut duplex deriuatio: ita & significatio. ¶ Quid hic malū. malo euentu: ita scit. n. milphio: q agorastocles obticuerit. ¶ Male: idest ualde. ¶ Prosedas. prosedæ inquit Festus: q̄ ante stabula sedent. id. n. sedū: q fœtor. ¶ Reliquas. i. quę reliquię sunt. ¶ Alicarias. Alicariæ meretrices appellabant in cāpania solitæ ante pistrina alicariorū uersari quęstus gratia sicut hæ: quæ ante stabula p̄stibulatę. ¶ Schœno delibutas schœniculæ inquit. Fest. appellant meretrices propter usum unguenti schœni: quod est pessimi generis.

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ MVNditer munde: Nonius citās hūc plauti locū: ut amiciter amice in persa: & seuiter infra p̄ saeue: auariter pro auare in curgulione: habeat tamen se quantū pōt mūditer fœmina: mūda: uix erit. ¶ Amatorculus: diminutiuū ab amatore: sed dictū accipe ex nequitia muliebri cupidissima diuites habere amatores: a qbus possit aurū extorquere: uulgaria qū & uenalis est facta prima ēt illa uenus. ¶ Muriatica: q̄ in muria fuerint diu: cōtrahūt odorē aspernabilē: Piscīū aūt salitorū cū primis liquamen est muria epig. poeta. Antipolitani fateor sum filia tynni: essem si scōbri nō tibi missa forē: persius. Tingit olus siccū muria uafer in calice empta. ¶ Macerant: Terētius in adelp. salsamēta hęc o Stephanio fac: ut macerent pulchre. ¶ Mātat: mānet: cecilius in p̄bastaria: In uultu eodē in eadē mātat malitia.

Munditer quid

Muriatica quæ

Nonius:Manere uero expectare, Præstolari Terētio:unde mox ibi mane.i.expecta. ⁋ Prosedas Festus inqt meretrices:plautus appellat quæ ante stabula sedeant:ut pstibulę:Stabula aūt publica uiantium dicūtur diuersoria hospitiaq;. ⁋ Pistoꝝ:quoꝝ alii farinā ficit alii panifici:quidā dulciarii:& crustularii a crustulis mellitis:ut ab alica alicarii. ⁋ Reliquias:rut ab oibus derelictas:& ob ætatē:maciē:informitatē:in mūdiciem reiiculas:quidā legūt recelliclunias:sed arbitremur non recelliclunia scorta improbētur. Alicariæ meretrices inqt Festus appellabātur in cāpania solitæ ante pistrina alicariorum uersari quæstus gratia:sicut quæ aū stabula sedebant prosedę:& prostibulæ ut iā dictum est:prostibulum quoq; pro meretrice:nō pro loco a classicis est receptum.

Prostibulū quid sit.

Quæ tibi oleant stabulum, statū, sellam,& sessibulum merum?
Quas adeo haud quisq̄ unq̄ liber tetigit, neq; duxit domum,
Seruolorum sordidulorum scorta diobolaria.
Mi. In malam crucem, tun audes etiam seruos spernere?
Propudium, quasi bella sit, quasi eam ipsi reges discupiant.
En monstrum mulieris, tantula tāta uerba funditat,
Proh nebulæ, quoius ego cyatho septem noctes non emam.
Ag. Dii imortales, omnipotētes, quid apud nos est pulchrius?
Quid habetis, qui mage imortales nos credam, q̄ ego sum?
Qui hæc tāta oculis bona cōcipio. nam Venus non est Venus.
Hanc equidem Venerem uenerabor, ut amet, ac sit propitia.
Milphio, heus Milphio ubi es? Mi. assum apud te, eccum. Ag.
at ego elixum uolo.
Mi. Enim here facis delicias. Ag. de te quidē hæc didici oīa.
Mi. Etiā ne ut ames, quā nunq̄ tetigeris? Ag. nihil illuc ꝗdē st.
Deos quoq; ædepol & amo, & metuo, quibus ego tamen
Abstineo manus. Ad. heu. ecastor cū ornatum nostrū aspicio,
Pœnitet ambarū, ornatæ ut sumus. An. imo uero sane cōmode,
Nam pro heri nostri quæstu satis bene ornatæ sumus.
Non potest quæstus consistere, si eum sumptus superat soror.
Et illud satius, satis quod satis est, habitus plusq̄ sat est.
Ag. Ita me Di ament, ut illa me amet malim, q̄ Di milphio.
Nam illa mulier lapidem, silicem subigere, ut se amet, potest.
Mi. Pol id quidē haud mentire, nā tu es lapide silice stultior
Qui hanc ames. Ag. at uide sis cum illa nunq̄ limaui caput.
Mi. Curram igitur aliquo ad piscinam aut lacū, limū petam.
Ag. Quid eo opus sit? Mi. ego dicā, ut tibi & illi limem caput.
Ag. I in malā rem. Mi. ibi sum equidem. Ag. pergis? Mi. taceo.
Ag. at. perpetuo uolo,
Mi. Enimuero aere meo me lacessis, ludos & delicias facis.
An. Satis nunc lepide ornatam soror credo te tibi uiderier.
Sed ubi exempla conferuntur meretricum aliarū, ibi tibi erit
Cordolium, siquam ornatam melius forte aspexeris.

SARACENVS.

⁋ SESSIBVLVM merum:Hoc ē meram:continuā: perpetemq; stationē: nam dixit stabulum. statum : sellam: quia a nimis stando:& cōsidendo malus prouenit odor. ⁋ Diobolaria: quę prostitutæ duos dumtaxat obolos demerebant:obolus ultima est nūmorū significatio. ⁋ Assum: Abeo: quod est ad & sum : iocose tamen abeo : quod est areo assum interpretatur agorastocles.i.ad ignem torrefactū:propterea subdit:elixus sis uolo. ⁋ Silicem: Ouidius:Stabat acuta silex:præcisis undiq; saxis:lapis ideo dictus:q; silentes:& absconditum ignem intra se retineat. ⁋ Agat uide sis: Vbi legit agatdic tantum:at ita:ut primum loquatur Agorastocles. duæ enim priores litteræ denotant ipsum loquentē. ⁋ Limaui caput:Dictū est a Plauto.limare pro cōiungere:teste marcello: qua locutione usi sunt ueteres:cæcilius : hoc a te postulo:ne cū meo gnato post hac limassis caput. festiue autem uertit in alium sensum milphio:caput limare pro eo: quod est capiti limum:& cœnū super inducere:ideo se in piscinā iturum dicit:ut limum petat. ⁋ Aere meo. Hoc ē mea arte & disciplina:quasi : q; ab eo didicerit ludos facere: & iocos.

Obolus qd sit.

Limarē qd sit.

VALLA.

⁋ OLEANT stabulum.i.odorem hībeant stabuli. ⁋ Statumq;:idest tetrum odorem ex nimium stando:quod magis exprimit cū dicit sessibulū. ⁋ Sordidulorum. sordidam uestem indutorum. ⁋ Scorta diabolaria : idest meretriculæ duorum obolorum. ⁋ Propudium.i.procul a pudore . ⁋ Reges discrucient.i.amor afflictentur. ⁋ Monstrum mulieris. monstrosam mulierem. ⁋ Tantula. tam parua . ⁋ Proh nebulæ.i.quæ flacescit ut nebula:unde etiā nebulones dicti. ⁋ Qui mage. pro magis. ⁋ At ego elixus sis uolo.i.aqua decoctus . lixam enim aquam dixerunt ueteres : unde lixæ militum serui: qui aquatum mittuntur:sicut calones:quī lignatum. Inde lixiuium. Pli. Cato iubet inquit uina concinnari : hoc enim utitur uerbo cineris lixiui cum defruto cocti parte quadringentesima culleū uel salsum sesqlibrā iteri : & tūso marmore. ⁋ Facis delicias. ita facile dlitias dicimus: ut occurro suppetias. ⁋ Pro nostro quæstu : quantum ad nostrum attinet lucrum. ⁋ Lapidem silicem. Vnde ignis excutitur : & ob hoc durior. ⁋ Nunq̄ limaui caput prouerbialiter dictum est: ut enim lima res comminuuntur:ita inquit:ne ego quidē de meo minui quippiam . ⁋ Limum petam .subaudi: ut limo inquiens caput. Nam limo.i.cœno:limare uerbum milphio sumit:a lima fit oblimo : quod est minuo:& cōtēno:a fabris trāslatū. Horati9.rē pris oblimare. Virgilius i tertio georgicō. Hoc faciūt nimio ne luxu obtusior usus. Sit gēitali aruo:& sulcos oblimet inertes. Cic.i.ii.d natura deoꝝ.ęgyptū nilus irrigat:& cū tota æstate obruptā:oppletāq; tenuerit:tū recedit mollitosq;:& oblimatos agros ad serēdū relinquit. Limare etiam coniungere : exquirere: delinire: ut Nonius ueluti supra in mercatore. ⁋ Ludos & delicias facis.i. & ludis:& deliciose me irrides.

Scorta diabolaria q̄ sint.

VGOLETVS ET GRAPA.

⁋ SE Rusticolç amatrices:& cultrices seruoꝝ:& scorta seruilia. sordida. & putētia: ut schœniculæ a schœo appellatæ meretrices:festo Pōp. pp usum unguēti schœni:qd ē pessimi gnīs. Schoenus iūcū ēt signāt. pide strabo iūcarios

in hispania cãpos schoenuntas uocat:cui & schoenus schoenũtis portus ẽ:& fluuius:schoenos fumis uñ schoenobates:schoenus mẽsure genus Plinio l.xii.q̃ patet Eratosthenis rõne stadia.xl.hoc ẽ passus qnq; milia:aliq.xxii.stadia singulis schœnis dedere.At Herodotus i euterpe.Cõstãt ãt parasange tricenis:schoeni sexagẽis stadiis.Diobolariæ: q̃ duob' obolis corpis sui põtatẽ cuiuis faciãt:ut triobolares:q̃ tribus:obolares:q̃ obolo dicunt meretrices:Triboli uero hoies uappæ gerrones:nebulones dicunt:obolus aũt græce idẽ q latine scripulus minimi põderis:pẽdere is pu tatur siliqs oino sex:q̃ ceratia græce noiantur:hoc est quãtũ lẽtis octo semina:Sed obolo ẽptos cũ dicit Terentius genus nũmi intelligit:a quo diobolares meretrices festo.ubi Donat':obolo inqt:q̃ est ultia nũmorũ significatio.¶ Prospudiũ a qua pudor:& pudicitia pcul sint:festus.¶ Assum:adsum:iocãs aũt seruus rñdet:nõ assum.i.ueru tostũ:sed elixũ:hoc est aqua coctũ in cacabo mauelle.¶ Limare est coniungere:copulare Turpillius in leucadia:Veritus sum:ne amoris cã cũ illa limasses caput:Nonius.Limare limũ ingerere:limo fœdare.Pẽsilis:horat':tũc pẽsilis uua secũdas: & nux ornabat mensas cũ duplice ficu:pensilis dicit suspensus:& pẽdens:unde est restim uolo mihi emere:qui me faciam pensilẽ hinc horti pensiles:urbs pẽsilis:thorus pẽsilis:lychni pẽsiles:poma pensilia.

Pẽsilis qs.

SARACENVS.

Ad.Inuidia in me nunq̃ innatast,neq; malitia mala,soror.
Bono ingenio me esse ornatam,quã auro multo mauolo.
Aurum in fortuna inuenitur,natura ingenium bonum.
Bonam ego q̃ beatam me esse nimio dici mauolo,
Meretricem pudorem gerere magis decet,q̃ purpuram,
Magis meretricem pudorem q̃ aurũ gerere condecet.
Pulchrum ornatum turpes mores peius cœno collinunt.
Lepidi mores turpem ornatum,facile factis comprobant.
ag.Eho tu,ain tu facin' facere lepidũ & festiuũ? Mi.uolo.
ag.Potes ne mihi auscultari? Mi.possũ.ag.domũ abi,ac su-
Mi.Quãobrẽ? ag.qa nũq̃ audib' uerba tot tã suauia.(spẽd te
Quid tibi opust aixisse,ausculta mihi modo,ac suspẽde te.
Mi.Siqdẽ tu es mecũ futur' p una pẽsil.ag.at ego amo hãc.
Mi.at ego eã & bibet poti'.ad.eho tu qd ais? an.qd rogas?
ad.Viden tu pleni oculi sordiũ q erãt,iam splendẽt mihi?
an.Imo ẽt i medio oculo parũ sordis ẽ.ad.cedo sis dexterã.
ag.Vt tu qdẽ huius oculos illotis manib' tractes,aut teras?
an.Nimia nos secordia hodie tẽuit.ad.qua de re obsecro?
an.Quia iã nõ dudũ ante lucẽ ad ædẽ Veneris uenimus,
Primæ ut inferremus ignem in arã.ad.ah.nõ factost opus.
Quæ habẽt nocturna ora,noctu sacruficatum ire occupãt,
Priusq̃ expergiscatur Venus,deproperant sedulo
Sacruficare,nam uigilante Venere si ueniant,eæ.
Ita sunt turpes,credo ecastor Venerem ipsam e fano fugẽt.
ag.Milphio.mi.ædepol Milphionẽ miserũ qd nũc uis tibi?
ag.Obsecro hercle ut mulsa loqtur.Mi.nihil nisi laterculos
Sesamum,papaueremq;,triticum,& frictas nuces.
ag.Ecqd amare uideor.Mi.dãnũ qd mercuri' minie amat.
ag.Nanq; ædepol lucrum amare nullũ amatore addecet.
an.Eam' mea germana.ad.age sis ut lubet,seqre hac.an se-
ag.Eũt hæ,qd si adeam'? mi.adeas.ag.pmũ saluasis (quor.
Prima,& secũda in secundo.Mi.salue in precio tertia.
an.Salue extra pciũ.Mi.tũ pol ego,& olcũ & opam pdidi.

¶ INuidia i me:Loqt adelphasiũ.¶ Collinũt.Cõinqnãt:Horati':crines puluere collines.¶ Pro una pẽsilis:Sũt q legunt p una pẽsilis:utrunq; custodiri põt:placet magis una:q̃ uua:ut legat p una pẽsilis.i.simul ppẽsilis:ut alibi obesse sequẽtem dixit:p eẽ obsequẽtẽ:& intro ad uos mittar pro ad uos intromittar:& plura hmõi ab eo enĩ:qd est ppẽdo ppẽsilis:hoc usus est uerbo in asinaria:ubi manus manicæ cõplexæ sunt:atq; adductæ ad trabẽ:nec depẽdis:nec ppẽdis.¶ Nocturna ora.Quæ sint indigna die spectari:q̃si laruatica:& turpia.¶ Mulsa.Dulcia et melliflua.¶ Nisi laterculos sesumã.Et q̃ sequunt tanq̃ sterilliora:& i se nihil succosũ hñtia.¶ Dãnũ:Scil; facis:qd mercuri' non amat:qa ipse pest lucro:& eo hoies afficit.¶ Salue i pcio tertia locus ẽ:nã dixit salua sis pria & scda:ita illud salue extra pciũ.¶ Oleũ & opa; pdidi.Prouerbiũ ab his uz sũptus q̃ insita uigilia icassũ laborãt:& tps terũt:& oleũ cõsumũt:quo ueteri uerbo usus ẽ Cic.i epfis:qd pinde sonat:ac illd p futuris coruo a Macr.rlatũ:opa:et ipẽsa piit.

Prouerbiũ pulchrum.

¶ AVrũ i fortuna iuenit.iõ diues:qui a fortuna fact':neq; laudẽ:neq; honorem meret.¶ Natura igeniũ bonũ.ob hoc honorabile:ut docet Ari.Nã uirtutes & mores pbos laus ↄsequtur.¶ Peius cœno colli nũt:ificiũt:fœdãt magis q̃ si cœno iuoluãtur.¶ Factis ↄprobãt.ab eis:q̃ fiũt inqt ꝺ lepidis morib' turpis ornat' fit:elegãs:atq; facet'.¶ Potes ne mihi auscultari.ergo et ausculto et auscultor:q̃uo assẽtio & assẽtior.¶ Pro uua pẽsili.Loco uuæ quæ pẽdeat.¶ In medio oculo parum sordis est.Lepidissime Plaut' mores describit muliebres.¶ Tractes:aut teras.uerses:aut frices.¶ Deproperãt sedulo.nimiũ festinant accurate sacra facere.Ephano fugẽt ex tẽplo i fugã mittẽt ob turpitudinẽ.Vt mulsa loqtur.i.dulcia:ut mulsũ.¶ Nihil nisi laterculos:minutos lateres:uel attritos.

VALLA.

¶ Sesamũ.hoc.n.sẽmen lędit stomachũ.
¶ Papauerẽq; tritũ:nũc hoc papauer:ueteres hic papauer.Tritũ ãt papauer opiũ facit:qd ẽ i q̃rto gradu friditatis:& pinde lethale.¶ Et frictas nuces:q̃s iutiles oio eẽ ops.¶ Dãnũ:qd mercuri' minie amat.Nã:uti i amphytrione ostẽsum est:mercurius lucro pest.¶ Tũ pol ego:& oleũ:& opam pdidi.Hoc puerbialr dictũ pp illos:q docent auiculas humanum sermonẽ ad lucernã.Cũ postea loq nesciãt:ut de eo narrat:q Augusti tpe coruũ docuit:unũ qdẽ docilẽ:indocilẽ alterum:ad quẽ aiebat:se oleũ & opam amisisse.gñaliter tñ hoc dictũ de oibus:quorũ sũptus & labor amittit.

Mercurius ꝗhus pẽst.

¶ Nocturna ora:nigrã faciẽ:& ꝺcolorẽ:ut cui p mediã nolis occurrere noctẽ.¶ Mulsa dulcia mellita:ut mulsa aq:mulsũ uinũ:& alia mulsũ ẽ.n.uinũ melle ↄditũ:melicratõ grecis:idẽ qd oenomeli:mulsa uero aq mellita Plinio:me dicis hydromelli grece.¶ Oleũ & opa;:opa; & ipẽsã metaphoricos:oleũ & opã pdit:q bouẽ mittit ad ceroma.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ Turpis:

¶ TVR pis: Scilicet res est. ¶ Lymphatici: Clari: & lipidi: lympham.n. aquã uocamus: alias lymphatici dicunt lar/uati: furiosi: & insanientes. ¶ Nimbata: Vnguentata: siue unguento pfusa. nimbus. n. pro uase quoq; accipitur: ut hoc lo/co nimbata a nimbo uase: positũ ẽ. n. cõtinẽs pro cõtẽto: in quo unguẽta: uina: aliiq; liquores fundebant: qd testatur Martialis in distichis: a ioue q uenit miscẽda ad pocula largas: fundet nimbus aq̃s: hic tibi uina dabit: ex quo intelli/gitur nimbo uasi datũ esse nomẽ a cęlesti nimbo: cuius instar unguẽta fundebat: idẽ quoq; Martialis & cilices nimbis hic mãduere suis. ¶ Pura sum. Tẽptauerat. n. agorastocles illã palpare. ¶ Alcedo: A gręcis alchyõ auis est: quę circa brumã in mari nidificat: cũ sũma adest trãqllitas maris: pullosq; suos intra q̃r tũdecimũ diẽ absolutos educit: inde di es illi dicti sunt alcyonides: qbus tutũ fit nauigantibus iter: qd meminit Oui dius: pq; dies placidos hiberno tpe se/ ptem. Incubat alcynoe pẽdẽtibus ęquo re uidis. Tũ uia tuta maris uẽtos custo dit & arcet. Aeolus egressu: pstatq; ne/ potibus aequor. auis hęc nõ multo am plior passere ut Aristoteles: Pliniusq; retulerũt: colore tũ ceruleo: tũ uiridu tum ẽt leniter purpureo insignis: collo gracili & pcero. rostrũ sub uiride lon/ gum & tenue: nidus marinae similis pi/ laeq ferro intercidi minus possit: ambi gitur ex q̃ materia cõponat: uidet iñ e spinis piscis acus cõstitui: piscibus enĩ alcedo uiuit: partus eius ouis maxime qnq; cõsumit: hęc quoq; ut subdis Ari sto. foetificat toto suae aetatis tpe pare re nata menses quattuor incipit.

SARA CENVS.

Nimbꝰ uñ

Alcedo q̃ sit.

ag. Quo te agis? ad. ego ne? in Veneris. ag. quid eo tu? ad. ut uenerem propiciem.
ag. Ehon irata est? ppitia hercle ẽ, uel ego pro illa spondeo.
ad. Quid tu ais? qd mihi molestus obsecro? ag. ab tã saeuiter.
ad. Mitte amabo. ag. qd festinas? turba nũc illic est. ad. scio,
Sunt illi aliae quas spectare ego & me spectari uolo.
ag. Qui lubet spectare turpis, pulchrã spectandam dare?
ad. Quia apud aedẽ Veneris hodie est mercatus meretricius,
Eo conueniunt mercatores, ibi ego me ostendi uolo.
ag. Inuendibili merce oportet ultro emptorem adducere.
Proba merx facile emptorẽ reperit, tametsi in abstruso sita est.
Quid ais tu? quando mecum caput & corpus copulas?
ad. Quo die Horcus ab acheronte mortuos amiserit.
ag. Sunt mihi intus, nescio quot nummi aurei lymphatici,
Mi. Deferto ad me, faxo actutum constiterit lymphaticum.
Bellula hercle est. ag. i directe in maxumã malam crucem.
Mi. Quam magis aspecto, tã magis ẽ nimbata, & nugae merae.
ad. Segrega sermonẽ, tedet. ag. age sustolle hoc amiculum.
ad. Pura sum comperta, amabo ne attrectare agorastocles.
ag. Quid agã nũc? Mi. si sapias curã hãc facere cõpẽdi potes.
ag. Quid ego nũc curẽ? qd agã Milphio? Mi. ecce odiũ meũ.
Quid me uis? ag. cur mihi haec irata ẽ? Mi. cur haec tibi irata ẽ?
Cur ego id curem, nanq; istaec magis tua est curatio.
ag. Iam hercle tu peristi, nisi illam mihi tam tranquillã facis,
Quam mare est olim, quom ibi alcedo pullos educit suos.
Mi. Quid faciã? ag. exora, blãdire, expalpa. Mi. faciã sedulo.
Sed uidesis, ne tu oratorem hunc pugnis plectas postea.
ag. Non faciam. ad. eamus nunc, etiã morare. ag. male facis.
ad. Bene promittis multa, ex multis, omnia in cassum cadunt.
Liberare haud sẽmel iurauisti me, sed decies.
Dum te expecto, neq; usq̃ aliam mihi paraui copiam,
Neq; istuc usq̃ apparet, ita nunc nihilominus seruio.
I soror, abscede tu a me, ag. perii, eho quid agis Milphio?
Mi. Mea uoluptas, meae deliciae, mea uita, mea amoenitas,
Meus ocellus, meum labellũ, mea salus, meũ sauiũ, meum mel,

¶ MERcatus meretricibus. ubi quae placuerint emunt. ¶ Cõueniũt merca/tores. cõgregãtur amatores: qui mere/trices emant. ¶ Inuẽdibili merce. i. ad mercẽ: quae uẽdi nõ queat. ¶ In abstru so. i. occulto. ¶ Quo die orchꝰ ab ache rõte mortuos amiserit. i. nunq̃. hoc enĩ uoluit intelligi: qp mortuos reuiuisce re nõ posse putẽt. diximus enim orchũ infernũ noiari: acherontem inferni flu uium. ¶ Nũmi aurei lymphatici. i. dae monico spũ agitati: nã lymphatus dicĩ tur spũ uexatus: uel quoquo modo fu/rore agitatus. Vt currit lymphata per urbem. ¶ Deferto ad me. Dato mihi il los nũmos lymphaticos: & statim con/quiescet illud lymphaticũ. ¶ Magis est nymbata. i. offuciis pigmentata: tanq̃ nymbo aspsa. ¶ Sustolle hoc amiculũ. i. amictũ ab amiciẽdo: i sicut a supino amictus est: ut diximus i cassina. ¶ Fa cere cõpẽdi potes. pro cõpendiu. i. hãc curam potes ad cõpendium perducere. ¶ Qui agas milphio. quid tu in hac re ageres: si sis: ut ego. ¶ Cũ ibi alcedo pu ros educit suos: hoc quoq; supra docuimus: alciones auiculas: quo tẽpore pariant in mari: & pullos alant suos: totum id tempus tranquillũ esse mare. Alciones a graecis: alcedones dici a nostris. ¶ Expalpa. i. demulce. ¶ Multa ex mul/tis. hoc solet fieri: ut qui multa promittãt: nihil agant. ¶ Abscede tu a me. agorastocles dicit.

VALLA.

¶ IN ueneris: aedẽ intellige: Liuius: ad Murtiae date sedes. ¶ Orcus pluto sũmamus: q antiqs Vragus dictus: qp nos urgeat maxie: Acherõta tristẽ: & sine gaudio: pigrũq; iferni regni fluẽtũ: & charonẽ πορθμέα. i. portitorẽ acherõ/tis: cuĩ pluria mẽto: canities: dici manifestariũ est. ¶ Numi aurei: philippei: & numismata aurea: Apuleio aurũ mo/netale. Vlp. de auro: & arg. leg. Signatũ inquit aurũ: ueluti philippi: iteq; nomismata. ¶ Lymphaticiut furore pei/ti exilire cupiẽtes: Vñ cõstiterit a seruo dictũ: Festus: lymphae inqt dictę sunt a nymphis uulgo autẽ memorię pditũ est: qcunq; speciẽ quãdã e fonte: id est effigiẽ nymphae uiderit: furendi nõ fecisse finẽ: quos graeci nympholeptos uo/cant: latini lymphatos: idẽ. M. Varro. de lingua latina: uñ lymphatici Plinio: & aliis. ¶ Curatio & curatura dicitur cura Nonio at Dona. in illo Terẽtii: reddunt curatura iñceas: Cura inqt mẽtis curatio medicinę curatura diligẽtiae. Alcedo auis littoralis: Plinius. Eoq; maxime sunt insignes Halcyones: foetificãt bruma. qui dies alcyonides uocan.

VGOLETVS ET GRAPA.

Orcus qui

Lymphatici qui.

Alcedo.

tur: placido tũ mari per eos nauigabili: siculo maxime: faciũt aũt septẽ ante brumam diebus: & totidem sequentibus pariunt: Dies earũ partus: qui maria nauigãt nouere: Ouidi. Perq; pies placidos hiberno tẽpore septẽ. Incubat Halcyone pendentibus æquore nidis: Tum uia tuta maris: uẽtos custodit: & arcet. Aeolus egressu: præstatq; nepotibus æquor: græci Halcyones latini alcedines: ut inquit. M. Var. dicunt: unde Alcedonia: dies halcyonii ipsi Plau. in casi pro tranquillitate: quãdo in prouerbium ocii: & securitatis uenerunt.

Meum cor, mea colostra, meus molliculus caseus.
Ag. Me ne ego illæc patiar præsente dici? discrucior miser.
Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnuficem rapi.
Mi. Noli amabo succensere hæro meo causa mea.
Ad. Ego enim faxo, sine. Mi. irata es nimium, pro te dabit,
Atq; te faciet ut sis ciuis attica, atq; libera.
Ad. Quin abire sinis? quid uis tibi? q beneuolunt, bñ uisitent.
Mi. Siquidem ante mentitus sit, nunc iam dehinc erit tibi
Verax. Ad. abiice te dehinc sis sycophanta. Mi. pareo.
Ad. At scin quõ? Mi. sine te exorem, sine te prendam auriculis,
Sine dem sauium, iam ego hercle faciam plorantem illũ, nisi
Te propiciam facio, illud faciet nisi te propitio.
Atq; hic me ne uerberet male formido, noui ego huius malos
Mores, quamobrem amabo mea uoluptas sine te exorarier.
Ag. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ
Exturbo oculos atq; dentes? hem uoluptatem tibi.
Hem tibi mel, hem cor, hem labellum, hem salutẽ, hem sauiũ.
Mi. Impie siccine oratorem uerberas? iam istoc magis
Etiam ocellum addam, & labellũ, & linguã, eho qd facias mõ?
Ag. Siccine ego te orare iussi? Mi. quõ ergo orem? Ag. rogas?
Sic enim diceres scelæste, huius uoluptas te obsecro.
Huius mel, huius cor, huius labellum, huius lingua & sauium.
Huius colostra, & dulciculus caseus, mastigia.
Omnia illa quæ dicebas tua esse, ea memorares mea.
Mi. Obsecro hercle te, uoluptas huius, atq; odium meum.
Huius amica mammata, mea inimica & maleuola.
Ocule huius, lippitudo mea, mel huius, fel meum,
Vt tu huic irata ne sis, aut si id fieri non potest.
Ad. Capias restim ac te suspendas cum hero & uostra familia.
Mi. Hem mihi iam uideo propter te uictitandum sorbillo
Itaq; iam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito
Propter amorem uostrum. Ad. amabo men phibere postulas,
Ne te uerberet, magis q̃ ne mendax me aduorsum fiet?
An. Aliquid huic respõde, amabo cõmode, ne incõmodus nobis sit, nam detinet nos de nostro negocio.
Ad. Verum etiã tibi hanc admittã noxiã unam Agorastocles,
Nõ sũ irata. Ag. nõ es? Ad. nõ sũ. Ag. da ergo, ut credã, sauiũ.
Ad. Mox dabo, cum ab re diuina rediero. Ag. i ergo strenue.
Ad. Sequere me soror. Ag. atq; audin, etiã Veneri dicito
Multã meis uerbis salutẽ. Ad dicã. Ag. atq; audi. Ad. qd est?
Ag Paucis uerbis rem diuinam facito, atq; audin, respice.
Respexit, idem pol Venerem credo facturam tibi.

SARACENVS. Colostrum quid sit. ¶ COLVstra. Est colostrũ lac recens: coagulatum in casei spẽm. ¶ Pro te dabit. Pecũiã exoluet: ut libera fias. ¶ Victitãdo sorbillo. Nã sorbere uidentur spũm attrahẽdo ex dolore pcussionẽ: q uapulant: sicuti sorbere deuorantes ostreas solẽt. ¶ Admittã. Potius remittam legẽdũ est. ¶ Auctionẽ. Publicam uẽditionẽ: q̃ fit aucto in publico ab emptoribus pcio. ¶ Hasce ędis. Seipm dicit. ¶ QVisppini. Certe. ¶ Oedipo cõiectores. Sũt q legerint œdipi cõiectura utrũq; recte. ¶ Qui sphyngi interpres fuit. Sphyngis enigma qd. De œdipo: deq; sphyngis ænigmate paucis absoluã. Laius Thebanoꝝ rex uxore iocasta creõtis filia: cũ diutius caruisset liberis: oraculũ cõsuluit: an eẽt filios hiturus: rñsuꝫ tulit: nõ cõdecere sibi prolẽ hẽre: nã q ex eo prodiisset filius: patrẽ eẽt occisurus: aduersaq; fortuna domũ funestaturus: post qd rñsum pcepit natũ isantẽ: trãiectis primũ ferro pedibus exponi: uñ œdipus cognominat⁹ est. De quo seneca in ea tragædia: q̃ œdipus inscribit: forata ferro gesseras uestigia: tumor nacte⁹ nomẽ ac uicio pedũ: sed cuꝫ forte illac ptrãsiret pastor chorinthiorum regis phorbas sustulit puerũ: & cuidã chorinthio dono dedit: q̃ s d uxorem polybii regis pduxit. q pueꝝ pro filio educauit: sed cũ iã uir fact⁹ eẽt: deũ de isante exposito cõsulere statuit laius: œdipus quoq; a quodã se fuisse expositũ certior factus: & ipse pythiaꝫ: q sui parentes forẽt oratũ pficiscebat: cũ ergo ambo apud phocidã iuicẽ obuiassent: laiusq; illũ de uia cedere supbius mandasset: Laii mors. œdipus ira motus laiũ occidit: iscius parẽtẽ eẽ: eo tpe tradũt sphyngã beluã biformẽ uẽisse thebas. pposuisseq; ænigma: qd q nõ soluerẽt: pirent: ex quo plures ob rẽ dubiã iterierũt: soluẽti pmiũ: iocastę cõnubiũ. & thebanoꝝ regnũ ppositũ erat: uerum nullus excepto œdipo ænigma soluere ualuit: id erat eiusmõi: qd aial bipes: ideꝫ tripes: ac quadrupes foret: cęteris addubitãtibus: solus œdipus ait: hoĩeꝫ id aial eẽ. q infans q̃ttuor iret pedib⁹: auctus ętate duobus: iã senior factus tribus. nã in baculo tanq̃ pede tertio sustentaretur: sphynga suo iudicio uicta se e loco excelso pcipitauit. ¶ Obiexim: obieceri. ¶ Arcessaꝫ testis. Quibus sibi opus erat ut lenonem furti argueret.

VALLA. ¶ MEA colustra. Lac cõcretũ: Etenim aqueum humorẽ remittens. ¶ Qui bene uolũt: bene faciũt. Enthymema a cõtrario. tu nunq̃ benefecisti mihi: quomõ ergo bñ uis mihi. ¶ Abiice te de hinc. i. hinc abi. ¶ Homo trioboli. i. triniobolí nõ sum ptii. ¶ Illi mastigiæ. Illi uerberoni. ¶ Amica mãmeata. i. mãmosa: q̃ mãmam pbes huic. ¶ Victitandũ sorbillo. i. suspirãdum: ac gemẽduꝫ in uita.

nã iugiter lugẽt:ac suspirant:ui sorbere uideant. ⸿ Ostreatũ tergũ.i.incrustatũ tanq̃ ostrear crustis. ⸿ De uestro negocio.i.uostrũ negociũ. ⸿ I ergo strenue.celeri gressu. ⸿ Venerẽ credo facturã tibi.i.obsecuturã suæ uolũtati.

VGOLETVS ET GRAPA. ⸿ COlostra:prima a partu spõgiosa dẽsitas lactis Plinio:& Nonio:lac nouũ ex lucilio:Palladius: Colostrã inquit uocant pastores lac:in quo spissior est natura:Martialis in Xẽiis:Subripuit pastor:q̃ nõdũ stantibus hædis. De primo matrũ lacte colostra damus nã colostrum ẽt dicitur:hinc colostratio genus mali:& colostrati in fantes Plinio in xi.&.xxviii. ⸿ Trioboli:nihil homo:uilis:nebulo:ut supra.Mãmeata dulcis chara:mãmeata mammosam sciunt omnes:sed nihil ad rem. ⸿ Lippitudo morbus oculorũ quem qui patiuntur lippi dicuntur:& lippientes oculos legimus:ophtalmia.Celso & aliis dicta:sicut Xerophtalmia arrida lippitudo:cum nec tument:nec fluũt oculi:sed grauescunt. ⸿ Restim:unde restiones:qui se pensiles resti faciunt:& strãgulant:qui ue digni sunt suspẽdio:ad restim puerbio dicitur rem redisse:cum re deperdita de suspẽdio cogitandum:ueluti in summa desperatione:nec tãtillo speculæ relicto. ⸿ Sorbilo.Terẽtianus.Syrus in adelphis.Et cyathos sorbillans paulatim hunc produceas diẽ. ⸿ Ostratum:ubicibus rugosum & striatum:quando ostrearum generi non uni canaliculatim conchæ:testæq; uariegantur:unde conchas legimus striatas.

Colostra.

Trioboli homo.

Agorastocles adolescens. Milphio seruus.

QVid nũc mihi es autor Milphio?Mi.ut me uerberes
Atq; auctionem facias,nam impunissime
Tibi quidem hercle uendere hasce ædeis licet.
Ag.Quid iam?Mi.maior enim parte minore habitas in eas
Ag.Supersede istis uerbis.Mi.quid nunc uis tibi?
ag.Trecentos philippeos Colabisco uillico
Dedi dudum,priusq̃ me euocasti foras.
Nunc obsecro te Milphio hanc per dexteram,
Perq; hanc sororem læuam,perq; oculos tuos,
Perq; meos amores,perq; adelphasium meam
Perq; tuam libertatem.mi.hehem nunc obsecras.
ag.Ni.milphidisce,mea commoditas,mea salus
Fac,quod facturum te esse promisisti mihi,
Vt ego hunc lenonem perdã.mi.perfacile id quidem est.
Adduce testeis tecum,ego intus interim
Iam & ornamentis meis & sycophantiis
Tuum exornabo uillicum,propera atq; abi.
ag.Fugio.mi.meum est istuc magis officium,q̃ tuum.
ag.Ego ne,ego ne?si istuc lepide faxis.mi.i modo.
ag.Vt non ego te hodie?mi.abi modo.ag.emittam manu.
mi.I modo,nõ hercle meream.ag.oh.mi.uah.abi modo.
ag.Quantum est acherunti mortuorum.mi.etiam ne abis.
ag.Neq; quantum aquarũ est in mari.mi abiturus iam ne es?
ag.Neq; nubis quantum est.mi.pergin uero pergere?
ag.Neq; stellæ in coelo.mi.pergin aures tundere?
ag.Neq; hoc,neq; illuc,neq; enimuero serio
Neq; hercle uero.mi.quid opust uerbis?quippini
Quod uno uerbo dicere hic quid uis licet.
ag.Neq; hercle uero serio,scin quomodo
Ita me dii amabunt,uin bona dicam fide,
Quod hic inter nos liceat,ita me iuppiter,
Scin quam?uide tu,credin quod ego fabuler?
Mi.Si nequeo facere,ut abeas,ego met abire uolo.
Nam isti quidem hercle orationi oedippo opus
Est coniectore,qui sphyngi interpres fuit.
ag.Illic hinc iratus abiit,nunc mihi cautio est.
Ne mea ipse culpa meo amori obiexim moram.
Ibo atq; arcessam testeis,quando amor iubet
Herum me obedientem esse seruo liberum.

VALLA:


QVid nunc mihi es autor milphio. Agorastocles cum milphione contendit:& longe sanioris consilii seruus:qua dominus apparet:ait ergo agorastocles quid tu cẽses milphio mihi esse faciendum. ⸿ Vt me uerberes. Vt consuetudo inquit tua est:quotiens nõ ex tui animi sentẽtia loquor me cędas. ⸿ Auctionem facias. Vẽdas:quod superest tibi:quoniã iam abalienatu3 est id qđ maius. ⸿ Nam impunissime. maxime sine fructu ullo.ab aduerbio enim impune ipunissime protulit superlatiuũ. ⸿ Maiore parte minus habitas.Ordo est:habitas minus parte maiore. Sensus pars ea:quã tu habitas:domus minor est:qa maiorem uẽdidisti. ⸿ Hem nunc obsecras.per sacra enim orare obsecrare est:cũ tu tot citas testimonia obsecrare uideris. ⸿ Adhuc & testis. Aducito:qui testificari possint:quod tu dixeris. ⸿ Meu3 est istuc magis officiũ:quia serui officium est potius fugere q̃ domini. ⸿ Quantum acherũtest. pro aherunti est:idest in inferno. ⸿ Neque stellæ in coelo. stella inquit Quintilianus quasi luminis stilla. ⸿ Na3 isti quides hercle orationi oedipo opus est cõiectare:qui sphyngi interpres fuit. Sphynx monstrum:cuius caput puellę:corpus canis:ala auis:uox hominis:& ungues leonis.Hoc monstru3:ut Hesiodus tradit:chimæra pduxit ab orcho compræssa:pariterq; nemeum leonem quem cõfecisse hercules perhibetur. Vt autem tota hæc pateat historia ob multorum alioru3 locorũ apud poetas obscuritatem aperiendam:breuiter:& utiliter a nobis referatur:quã ut Statius apud latinos:ita apud græcos celebrati nois scripsere Dionysius milesius:Antimachus:& lisimachus. A principio exordiendo hoc modo:habuit ex ioue helen progenitus creditur.Ex helene bel?:ex belo abas:ex abãte agenor. Agenoris filia fuit europe. Filii cilix:basius:phoenix:polydorus:cadmus.Cum igitur europe:ut ex fabulis cognitum est. a tauro sublata inde cretã delatam foret:mandauit cadmo agenor:ut filiam usq; quaq; exqui

Impunissime unde ueniat.

Stella unde dicta.

reret: nec prius domum q̃ inuenta europe rediret. Emensus itaq; maria multa cadmus: ad oraculũ tandem peruenit delphicum: ab eoq; cõsultus: apollo de sororis certitudine nihil admodũ respõdit: sed illud dũtaxat: ut cuꝫ a templo longiuscule abiisset bouem obuiam sequeretur: & ubi demũ ea procubuisset: ibi ciuitatem extrueret: atq; habitaret: idq; ab eo factum est. Itaq; cum ubi bos procubit urbem edificare instituisset: adiuuantibus ut quidam perhibẽt amphione & mercurio: ut Amphion quidem citharæ cantu saxa deliniret: commoueretq;: Mercurius autem uirga tangendo ad opificium subuolare compelleret: ut erat necesse. Socios cadmus misit in siluam lignatuꝫ: aquatumq; qui: cũ nulli redirent: profectus est ipse: ac offendit ibi serpentem marti dicatum: quem occidit: admonitusq; a pallade dentes seuit serpentis. Vnde nati sunt: ut Elanicus in primo phoronidis tradit quinq;: Platonius: Pelor: Echion: Hyperenor: Vdæus. Hippias autem delius: & atrometus: & pherecydes in sexto cum dentes seuisset serpẽtis: & unũ cadmus ex his lapide percussisset. Nam homines armati exurrexerunt: ea facta satione a proximo se percussum arbitratus: in eum impetum fecit: & perinde preter quinq; nominatos: omnes mutuis concidere uulneribus. Sciendum autem ẽ nullam inter scribentes esse differentiam in noibus: nisi quod udęum alii: alii ogygem uocant. Duxit inde filiaꝫ martis: & ueneris uxorem cadmus harmoniã nomine appellatam: ex qua natus est polydorus. Polidori autem filius labdacus fuit. Labdaci laius: qui cum forte fortuna ad helim archadię ciuitatem se recepisset amore exarsit pelopia filii Chrysippi: eumq; abduxit: qui tamen non ex uxore natus: sed ex pellice fuerat. pelops autẽ indignatus: imprecatus est: ut aliquando a filio occideretur. Cum igitur laius apollinis adiisset oraculum ut mos fuit: consuluit de fortuna sua. respõdit apollo: ut tragicus scribit Asclepiades futurum: ut si uxorem duceret; ex ea filius nasceretur: a quo occideretur. Ita nãq; pelopa fuisse imprecatum: cuius filium abstulisset olim. his nẽpe: quos fecimus latinos uersibus. Laie labdacide gnati ditescere queris: Progenie: dabitur gnatus. sed fata minãtur, Interitũ gnati manibus tibi: nam iouis ordo: Fatorum hæc poscit: quem non tu euadere possis: Infestis grauibusq; pelops: nam uocibus urget: Filiolum is queritur dulcẽ rapuisse chrysippum. Te patris e gremio sequum: inde hæc cuncta precatur. Cum igitur laius iocastam creontis sororem duxisset uxorem ex ea filium sustulit. Metuens ergo: q Apollo respõderat: ne aliquãdo ab eo occideretur: eum neci exponendum existimauit. Traiectis itaq; pedibus ad arborem appensus est: hunc pastores sustulerunt: detuleruntq; ad phocidos regem polybum: cuius uxor merope hunc puerum cum sobole prorsus careret: pro filio educauit. is cum adoleuisset: nam ideo œdipus est appellatus: q traiecti pedes intumuissent apollinem cõsuluit. ut fortunã suã ipse quoq; cognosceret. Respondit apollo futurum: ut patrem occideret: & matreꝫ duceret uxorem: totus adolescens animo cõmotus: exanimatiorq; duꝫ ab apolline redit: obuius fit patri laio: qui ab apolline certior fieri cupiebat: uiueret necne filius. oboritur rixa inter laium & œdipum: quorum neuter alterum cognoscebat. facile laius utpote senex a uiridis ætatis & robusto iuuene filio occiditur. Interim existimans polypum: & meropem suos parentes esse domum: redire detrectauit. per idem autem tempus apre thebas monstrum fuit in rupe cõ

Sphynx un dicat.

sidens: cuius caput erat uirginis & manus: alæ uolucris: ungues leonis: & cauda draconis sphynx nomine ita appellatum: q transeuntes cogeret consistere. proponebat autem ænigma: quod erat huiusmodi: quid nam id esset in orbe terrarum: quod quaternis prius pedibus inambularet. inde tribus: duobus porro. Atq; mos tribus: & postremo quaternis quos nescientes diluere sublatos in rupem agebat precipites. Creon itaq; famam circumtulit: uoluitq; omnibus innotescere: ut qui hoc monstrum afflixisset: iocastam duceret uxorem. Oedipus igitur illac iter habens: ænigma diluit: quippe qui respondit spectare hominem ab iuunte ætate ad decrepitam usq; coniuncta: autem sphynx se e rupe precipitem dedit: & perinde œdipus iocasta nesciens potitus est uxore. ignorabat enim matrem. ex ea auteꝫ filios habuit polynicem: & eteoclem: filias antigonem: & hismineꝫ: post aliquãdiu thebas pestis inuasit grauis: quo pacto autem sedari pestis posset: per Tiresiam uatem consultus apollo est. qui ueritus primo de œdipo quid piam molestum pronunciare. postremo dixit exortam pestem propter œdipodeꝫ: qui & patrem occiderat: & matrem duxerat uxorem. œdipus doloris magnitudine affectus: sibi mortem consciscere cupiebat. cuq; non daretur occasio: sibi oculos eruit. ¶ Oedipo opus est. Licet deriuetur œdipus ab eo: quod est œdima. i. tumor: & pus podos. i. pes pedis. non solum tamen œdipus œdipodis: sed ẽt œdipus œpidi: idq; more attico: ut Theodosius tradit grãmaticus: sicut etiaꝫ polypus polypodis & polypus polypi. ¶ Opus est conectore. Nam ad eas ambiguitates cognoscendas

Cõiectores q dicãtur.

erat opus coniectura: ut in insomniorum interpretatione: qui coniectores appellantur. ¶ Qui sphyngi interpres fuit. Appellatum ita hoc monstruꝫ. quod sphyto græce dicatur astringo: astrictos nanq; homines de rupe agebat precipites: ab eo dorisphyrę: ut Festus ait: dicti. Pigati appellantur: quorum pedes sot mati sunt in speciem sphyngis: quod eos dorisphoros uocant. ¶ Meo amori obiecerim moram ne possim: quod uolebam in amore perficere.

VGOLETVS ET GRAPA.

Auctio qd sit.

Manumissio quid.

¶ AVCTIONEM. f. ædium subhastationem hastarium ue: & uenditionem auctionariam: quæ publicitus fit. Præcone precinente: intercineuteq; ac citante: si quis de precio liceri uelit. ¶ Superstdeo quandoq; accusandi recipit casum. M. Iphidisce: per hypocorisma: blandientis est: exornare: instruere est. ¶ Manumissio datio libertatis est quasi e manu: idest potestate missio: unde dominus caput serui: aliud ue membrum tenens dicebat: hunc hominem liberum esse uolo: & emittebat eum e manu Festus auctor: accipiebatq; nomen domini ut ostendit Lactantius. iiii. diuinarum institutionum. Sed & serui fuerunt sæpius heris suis cognomines: quod innuit Plini. in. xxxiii. & Quintilianus: primo in seruis inquit intercidit iam illud genus: quod dicebatur a domino: unde Marcipores: publipores: & caipor seruus cai dicetur: ut illi quoq; a prenomine domini. sicut quintipor quinti de quo Festus: quamuis suntq; a numero filiorum ex ancilla quinto loco natum hunc dictum uelint. ¶ Oedippo: qui sphynges ænigma resoluit.

Odippus sphingi interpres fuit

ut est apud Statium: hinc Dauus Terentianus in andria. Dauus inquit sum: non œdipus. unde hic coniectorem dicit: idest interpretem: nam coniectores somniorum: & omniuꝫ interpretes uocat auctor Quintilianus: uulgatissima sunt autem: quæ de illo dicuntur in fabulis. ¶ Sphinges simus nõ absimiles fusco sunt pilo: ut tradit Plinius: Solinus inter simias inquit habentur: & sphynges uillose comas. prominentibus mammis: dociles ad feritatis obliuionem: Sphyngi autem enigmati sphingis: inexplicabiles quæstiones: & nodos orationis: enigmata græci uocant: quando q; gryphos latini scirpos: Gellius.

¶ Di illum



SECVNDVS ACTVS.

Lycus leno. Antamonides miles.

DI illum infelicitent omnes, qui post hunc diem
Leno ullam Veneri unq̃ immolarit hostiam,
Qui ue ullum thuris granum sacrificauerit.
Nam ego hodie infelix dis meis iratissumis
Sex agnos immolaui, nec potui tamen
Propiciam Venerem facere, uti esset mihi.
Quoniam litare nequeo, abii illinc illico
Iratus, uetuiq; exta prosecarier.
Neq; ea aspicere uolui, quoniam non bona
Haruspex dixit, deam esse indignam credidi.
Eo pacto auarae Veneri pulchre adii manum,
Quando id quod sat erat, satis habere noluit.
Ego pausam feci, sic ago, sic me decet.
Ego faxo posthac, Di deaeq; cæteri
Contemptiores mage erunt, atq; auidi minus,
Cum scibunt Veneri ut adierit leno manum
Condigne haruspex, non homo trioboli,
Omnibus in extis aiebat portendi mihi
Malum, damnumq;, & deos esse iratos mihi.
Quid ei diuini, aut humani ?quis crederet,
Mina mihi argenti dono post illa data est.
Sed q̃ æso ubi nam illic restitit miles, modo
Qui hanc mihi donauit, quem ego uocaui ad prandium?
Sed eccum incedit Antamonides. An. ita ut occœpi dicere
Lenule de illac pugna pẽtethronica, qua sexaginta hoium uno
Euolaticorum manibus occidi meis. (die
Ly. Euolaticorum hominum? An. ita dico quidem.
Ly. an obsecro usq; sunt homines uolatici?
An. Fuere, uerum ego interfeci. Ly. quomodo
Potuisti? An. dicam, uiscum legioni dedi
Fundasq;, eos posternebam, ut folia farfari.
Ly. Quoi rei. An. ne ad fundas is uiscus adhæresceret.
Ly. Perge, optume hercle periuras, qui postea?
An. Infundas infundebam grandiculos globos

SARACENVS

DI illum lycus leno cum forte in templo ueneris sacrificasset: monitus fuerat ab haruspice: magnum sibi portendi ex sacrificio malum: q̃obrem iratus inqt: se nunq̃ post hac ueneri sacrificaturum. Litare nequeo: Est eni litare sacrificãdo ipetrare: id quod infra clarius expssit: cũ dicit: ut semp ego sacrificem: & nunq̃ litez. i. impetrẽ. ꝑ Auarę ueneri pulchræ adii manus. i. hoc pacto uenerẽ d lusi: & pro ludibrio habui ibi relicto & nõ pacto sacrificio: hac locutione usus est Plau. in aulularia: ubi loquitur auarus euclio: inquit eniz. Ita illis impuris oibus addii manum. Itez in cassina: sati lepide addita uobis manus merito: & in psa quoq;: ubi dordalus loqtur leno: & de persa quomõ mihi manus additast. ꝑ Qui dei: legerem hũc uersiculũ hoc modo: Quid ei diuini: aut humani ęquũ sit credere: naz de haruspice loquutur: cui nullã censet fidem esse adhibendam. ꝑ Postilla: pro postea. ꝑ Pausam feci parum quieui: & destiti: pausa quies dr̃: ut alibi diximus. ꝑ Pentechronica. i. quiquẽnali. ꝑ Folia farfari. Farfarus fluuius est: q alio noie fabaris nũcupatur trãsiens p sabinos: ut Seruius meminit: & testat hunc locum. Oui. Et amenæ farfarus umbrę. ꝑ Pina: Pro penna: quę trãsuersa p mediũ caput agebat. ꝑ Nunquam litẽ: Ecce litare pro impetrare. ꝑ Meretricem minusculã: Anterastilẽ dicit: q̃ erat minor natu: nã adelphasiuz soror maior erat. ꝑ Extollo: differo. ꝑ Sequor: Loqtur miles antamonides.

Litare qd sit.

Pausa quid sit.

VALLA.

tur: sed alterũ fallere conatur: qui mẽdacium dicit ipse fallitur. ¶ Lupo raptori agnum rapere difficile est: & frustrarius: cassusq́ labor: ut eorum: qui actum agunt: qui reti uentos uenãtur: a laterẽue elixant: aut ignẽ diuerberãt. ¶ Haud arbitrario non dubie: quasi iam dato arbitrio sententia arbitri: Nam arbitrarium Festo dicitur: cum adhuc res apud arbitrum geritur: ut in superioribus dictum est: dum autem agitur in dubio est: quia ante arbitrium potest arbiter pro opinione iudicare: cum totius rei adhuc habeat facultates. ¶ Haruspices ab haruga hostia: per quos notamus extipices omnes: Harioli autem quasi farioli diuinatores: & psagi futurorum: siue ab halando: ut sentit Donatus: In prouerbiis salomonicis legitur in similitudinem hariolí: & coniectoris æstimat quod ignorat: stultum est consulere augures: hariolos: coniectores: prodigiatores: & id genus cæteros: q aures uerbis diuitant nostras: suas ut auro locupletent domus. ¶ Spissum: tardum Neuio etiam ut est apud Nonium Marcel. ut supræ spissigradissimi: nam spissum densum sciunt omnes: spissi contrarium est p̃sentatium: de quo dixi mus. ¶ Subscribere est adiuuare dictis accusationẽ: unde subscriptores Ciceroni Asconio: subscribere astipulari fauere. ¶ Plúbeas. ñ leues: imo grauissimas: & q̃ diu isidẽt pectoribus: e cõtrario plũeæ sũt gſę: q̃ facile euolãt & labũt mẽoria.

Arbitrariũ quid
Harioli q & unde dicti
Subscribere quid sit

QVARTVS ACTVS.

Milphio seruus.

Expecto quo pacto meæ technæ processuræ sient.
Studeo lenonẽ pdere hũc, ut meũ herũ miserũ macerat.
Is autem porro uerberat me, icursat pugnis, calcibus.
Seruire amanti miseria est, præsertim qui, qd amat, caret.
At at e fano recipere uideo se Syncerastum Veneris
Lenonis seruum, quid habeat sermonis auscultauero.

Syncerastus. Milphio serui. ii.

Satis spectatum est, deos atq; homines eius gratiam
Neglegere, quoi hoi herus ẽ cõsimilis, uelut ego hẽo.
Neq; periurior, neq; peior alter usq; est gentium,
Quã herus meus ẽ, neq; tã lute⁹, neq; tã cœno collit⁹.
Ita me Di ament, in latomiis, uel in pistrino mauelim
Agere ætatem præpeditus latera forti ferro meam,
Quam apud lenonẽ hunc seruitutẽ colere, qd illuc genust?
Quæ illic hominum corruptelæ fiunt? Di nostram fidem.
Quoduis genus ibi hominum uideas, quasi acherũtẽ ueneris,
Equitem, peditem, libertinum, furem, aut fugitiuom uelis,
Verberatum, uinctũ, addictũ, qui habet quod illi det modo,
Vt homo est, omnia genera hominum recipiuntur, itaq;
Totis ædibus tenebræ, latebræ, bibitur, estur quasi
In popina, haud secus tu uideas literatas ibi epulas
Pice signatas, nomina insunt cubitum longis literis
Ita uinariorum habemus nostræ delectum domi.

Expecto: quo pacto. Milphio suus cupit scire: quo artes suæ peruenerint: quos fructus ediderint. ¶ Meæ technæ. meæ fabricæ. ¶ Meum herũ. Callidorum. ¶ Incursat pugnis. Concito ira cursu inuadit pugnis.

VALLA

Satis spectatum est: Inducũtur serui duo: quorum q̃ rectissime ingenium describitur a plauto dicax: uerbosum: mordax: maledicus: petulans: & in omnem uerborum licentiam prorumpens: hi ambo simul constituunt lenonem dolis perdere. ¶ Litteratas epulas: Loca. s. ubi epulabant. ¶ Latomiis: Lapidicinis. ¶ Addictũ: Morti destinatum.

SARACENVS.

Satis spectatum est. In hac scęna lenoni prorsus paratur exitiũ: callidori nãq; seruus a syncerasto lenonis seruo perdiscit anterastilem: & adelphasium uirgines olym lycum perperam emisse liberas: quod contra leges factũ uideatur. ¶ Neq; tam luteus: idest iam cœnosus: a luto eni fit aliter luteus color est. quasi russo dilutior ita dictus. ¶ Cœno conlitus: idest fœdat⁹. ¶ Prępeditus latera. i. reuinctus cathena. ¶ Acheruntem ueneris. inferna petiueris loca. ¶ Aut fugitiuum uelis: ut qdlibet hominum genus: ita fugitiuum hominum genus apud nos facile iuenias.

VALLA.

Luteus color q dicat

¶ Addictum: obligatum. ¶ Latebræ: ubi occultetur quispiam. ¶ Bibitur estur. crapulis iseruitur. ¶ Litteratas epulas: litteris obsignatas ebriosorum. ¶ Pice signatas. picatas: quia pice uasa illiniuntur: ubi concludũtur: quę cuiusq; sint. ut fieri solet in uinariis uasis. ¶ Cubitosa. Tã ampla: ut cubitos expleãt. ¶ Vinareorum: eorum q uina cõcupiscunt. ¶ LATOmiæ Straboni: & aliis lapidicinę loca i qbus uincti serui lapides eruebant: excidebãtq;: ueluti: qui i opus metalli damnabantur. Latomiæ carceris locus: ut Tullianum Liuio. & Siracusis: q hic quoq;: ut. M. Varro auctor est: in eo loco lapidicinę fuerunt: Festus: Latomiæ ex gręco: & maxime a Siracusanis: qui latomias & appellãt: & habent instar carceris: ex quibus locis excisi lapides sunt ad extruendam urbem: Eadem fere Pedianus. ¶ Acheruntem Veneris: ut acheruntem Plutonis inferni dicimus. ad quem cõmeant conuolantue mortuorum animę: ut mithici fabulantur: transuehendę cymba a charone portitore: de quo Virgilius: Lucianus: & alii. ¶ Det. ut dant portitori animę portorium: de quo Iuuenalis Apuleius: Lucianus. ¶ Omnia genera: ueluti omnis generis animas recipit charõ. ¶ Adfugitiuum: tripholinus de uerborum significatio. & iureconsulti cęteri: fugitiuum seruum uocant non solum qui fugit: sed qui propositum habet fugiendi: Erronem uero: ut Vlp. de ędi. edi. refert. non qui fugit quidẽ sed qui iugiter sine causa uagatur: Erronem Cato spatiatorem dixit: festus auctor. ¶ Litteratas: Plautus ipse in rudenti: Cubitum inquit hercle longis litteris signabo usq;. q̃q;: & item: Vrna nam hęc litteratast abse cantat; cuia sit: sunt & Apuleio litteratę laminę notatę litteris magicis. ¶ Pice condiebantur uina: ac cibi: potusq;: ut iquit Plinius uindicãtur anulo a rapina.

Picatũ qd
VGOLETVS ET GRAPA.
Latomię q̃ sint
Acheruns quid
Fugitiuus seruus quis

SARACENVS.

Pulchrum dictum

¶MIRA sunt: q uera scilicet seruus prolocutus: quod quidem ingenio seruili non conuenit: uel mira sunt: promi randum est: nisi sibi heredem faciat herus: propterea q frugi homo uideatur: nam uerba commode fecerat ad par si moniam. ⁋ Verba facit emortuo: Idest frustratur: & nugas agit. ⁋ Emptus: Legêdum emptos. ⁋ Expeculiatos. Pe culio: & boni priuatos. ⁋ Si uixeris: Melius si uideris. ⁋ Male partum: male disperit: Sic salustius male parta male dilabuntur. ⁋ Nunc domum ibo: Loquitur synceraſtus. ⁋ Tibi reddam: Scilicet uicissim operam. ⁋ Me Nō perdāt: Sermo est synceraſti. ⁋ Volucres: Celeres. ⁋ Hircinæ: Ab eo qd hircus apuleius & hircina libidine fetens.

Mi. Omnia ædepol mira sunt, ne si herus hunc hæredem facit.
Nam id quidem est illi meditatus uerba facit emortuo,
Adire lubet hoiem, equidem nimis cum ausculto lubens.
Sy. Hæc cum hic uideo, crucior prætiis emptos maxumis,
Apud nos expeculiatos seruos fieri, sed si uideris.
Ad postremum apparet nihil, male partum male disperit.
Mi. Perinde habet orationem, quasi ipse sit frugi bonæ.
Qui hercle ipsus ignauiorem potis est facere ignauiam.
Sy. Nunc domum hæc ab æde Veneris refero uasa, ubi ostiis
Herus nequiuit Venerem suo propitiare festo die.
Mi. Lepidam Venerē. Sy. nā meretrices nostræ primis hostiis
Venerem placauere extēplo. Mi. o lepidā Venerem denuo,
Sy. Nūc domū ibo. Mi. he Syncerafte. Sy. synceraſtū q uocat?
Mi. Tuus amicus. Sy. haud amice facis, quoi cum onere offers
moram.
Mi. At ob hanc rē tibi reddam ubi uoles, ubi iusseris. Sy. habe.
Rem pactam, sic futurum, si do tibi operam hanc modo.
Mi. Vt .n. ubi mihi uapulādū est, tu coriū sufferas. Sy. apage.
Nescio quid uiri sis. Mi. malus sum. Sy. tibi sis. Mi. te uolo. Sy.
at urget onus.
Mi. At tu appone, & rspice ad me. Sy. fecero qq haud otiū ē.
Mi. Saluos sis Syncerafte. Sy. o Milphio Di oēs deæq amēt.
Mi. Quēnā hoiem? Sy. nec te Milphio, neq herū adeo meum.
Mi. Quē ament igitur? Sy. aliquē, nā nfor n mo dignus est.
Mi. Lepidū eloquere. Sy. me decet. mi. quid nunc agis?
Sy. Facio quod manifesto depræsi mœchi haud ferme solēt.
Mi. Quid .i.? Sy. refero uasa salua. Mi. Di te & tuū herū pdūit.
Sy. Me nō pdāt, illū ut pdāt facere possim, si ueli. M. quem?
Sy. Meū herū ut pdāt ni mihi metuā Milphio. Mi. qd .i. cedo.
Sy. Malus es. M. malus sum. Sy. male mihi est. Mi. memoradū
esse aliter decet.
Quid est qd male sit, quoi id oē fit, qd edis, qd ames affatim,
Neq triobolum ullum amicæ das, & eam ductas gratis.
Sy. Diespiter sic me amabit. Mi. ut quidem ædepol dignus es.
Sy. Vt ego hāc familiā iterire cupio. Mi. adde operā, si cupis.
Sy. Sine pēnis uolare haud facilest, meæ alæ pēnas nō habēt.
Mi. Noli te ædepol deuellisse, his duobus mensibus
Volucres tibi erūt hircinæ. Sy. i in malam rem. Mi. i tu atq herus tuus

VALLA.

¶VERBA facit emortuo. loquitur ita: ut ipsi lenoni mortuo tanta in eum dicit. ⁋ Expeculiatos. oi peculio priuatos: idest omni facultate: omniq uitæ precio. ⁋ Male partum male disperit. Vetus prouerbium inquit Cice. male parta male dilabuntur. ⁋ Ignauiores potis est facere ignauiam. uitium inqt ignauię uidetur posse augere: gnaui ueteres solertes dixere. unde gnauiter solerter. & nauare operam sedulo dare operas. Contraria gnauus: & ignauus. ⁋ Cum onere. oneratus enim uasis. ⁋ Reddam ubi uoles: resarciam damnum. ⁋ Nescio quid uiri sis. per oblogeum conuiciātes loquimur: ut qd hois. Scire cupientes per rectum: ut quis hō. ⁋ Hi mœchi haud ferme solent. id in quid facio: quod adulteri non solent facere: ut uasa domum referant salua: quia deprehensi in adulterio nō solēt saluum corpus domum referre: qn aut loris cędantur: aut genitalibus priuēt. ⁋ Memora dum. syllabica adiectio dū.

Affatim unū

⁋ Quod ames affatim: abunde: quātū quis fari queat: ab eo enim est aduerbium affatim. ⁋ Noli te ędepol deuelisse. nobis iquit pēnas deuellere ab alis. ⁋ Volucres ubi erunt pennę. Intra duos menses tam oblongę excrescent pennę: ut queas uolare.

VGOLETVS ET GRAPA.

Peculium quid sit.

¶EXPEculiatos: quando peculium celsus libro digestorum. vi. diffinit qd seruus domino permittente separatum a ratiōibus dominicis habet. deducto tamen si quid domino debetur: ut tradit Vlp. de peculio: alias peculium est: quod quis parsimōia sua: & officio parauit: quodq prędidii causa reponit: ueluti proculus ait bellis ciuilibus: quādoq factitatum: & audisse se rusticos senes dicentes Pecuniā sine peculio fragilem esse: Celsus: de leg. iii. ⁋ Vasa salua a sacrificio aphrodisiorum: mœchi uero adulterantes uasa sepiuscule salua nō referunt deprehēsi: per quę Seruus intelligit mentulam: & coleos: circum quos uasa sunt spermatica: Horatius: quinetiam illud accidit: ut quidā testes: caudamq salacē: demeteret ferro. ⁋ Affatim: multum: ad satietatem usq. ⁋ Triobolus ab obolo: de quo diximus nummo erit nummus pendens

Trioboli q

tris obolos: Vnde trioboli supra. ⁋ Diespiter: Iouis diespiter appellatus: diei & lucis pater: ut notauimus: iccirco simili nomine dictus diouis: & Lucetius: q nos die & luce quasi uita afficeret: & iuuaret: auctor Gellius: Varro: alii. Vnde per contrarium Veiouem dempta: atq detracta iuuandi facultate dixerunt: cui uim nocendi tribuissent: nam Iouis est a iuuando. ⁋ Volucres hircinę: propter uerbera ex hircino corio: quibus plectendum illum præsagit. An

Volucres hircine q

propter fetorem in pilis alarum. qui hircus unde hircosus: Caper de quo Catullus & tragos grecis: unde tragum non decido.

¶VErum

Sy. Verũ enim qui bene eum norit cito homo exuorti poteſt.
Mi. Quid iam? Sy. quaſi tu tacere quicq̃ potis ſis. Mi. rectius
Tacitus rem ſiſtam tibi, q̃ quod dictum eſt mulieri male
Sy. Animum inducam, facile iſtuc tibi ut credã, ni te nouerim.
Mi. Audacter meo periculo. Sy. male credã, & credam ramẽ.
Scin tu herum tuum meo hero eſſe inimicũ capitalẽ? Mi. ſcio.
Sy. ꝑpter amorẽ. Mi. oẽs opã pdis. Sy. qd iã? Mi. qa doctũ do
Quid ergo dubitas quin lubenter tuo hero meus (ces.
Herus quid poſſiet facere, faciat merito eius, male,
Tu autem ſiquid tu adiuuas, eo facilius facere poteſt.
Sy. At ego hoc metuo. Mi. qd ẽ qd metuas? Sy. dũ hero iſidias
Ne a te perdar, ſi me herus meus eſſe locutũ quoiq̃ ſciat (parẽ,
Mortali, continuo is me exynceraſtum fecerit.
Mi. Nunq̃ ædepol mortalis quiſq̃ fiet me certior,
Niſi hero meo uni indicaſſo, atq; ei quoq; ut non enunciet,
Id eſſe facinus ex te ortum. Sy. male credam, & credam ramẽ.
Sed hoc tu tecum tacitum habeto. Mi. fidei nõ melius credit,
Loquere, locus occaſioq; eſt libere, hic ſoli ſumus.
Sy. her⁹ ſi tuus uolet facer frugẽ, meũ herũ pdet. Mi. q id põt?
Sy. Facile. Mi. fac ergo id facile noſcã, ille ut poſſit noſcere.
Sy. qa Adelphaſiũ, q̃ herus deamat tuus, igenua eſt. Mi. qũo?
Sy. Eodem quo ſoror illius altera Anteraſtilis.
Mi. Qui id credã? Sy. quia illas emit in Anactorio paruolas.
Mi. Quãti? Sy. duodeuiginti mnis de prædone ſiculo.
Mi. quãti? Sy. duoduigiti minis. Mi. duas illas? Sy. nutricẽ ea-
Et qui eas uendebat, dixit ſe furtiuas uendere, (rum tertiã,
Ingenuas Carthagine aiebat eſſe. Mi. Di noſtram fidem,
Si uera hæc ſunt, nimium lepidum mihi memoras facinus,
Nam herus meus Agoraſtocles ibidem gnatus eſt,
Inde ſurreptus fere Sexennis, poſt ibi qui eum ſurpuit,
Huc deuexit, meoq; tum hero eum hic uendidit.
Is in diuitias homo adoptauit hunc, cum diem obit ſuum.
Sy. Omnia memoras quo id facilius fiat, manu eas aſſerat
Suas popularis liberali cauſa. Mi. tace modo.
Profecto ad lenonem incitas rediget, ſi has abduxerit.
Quin prius diſperibit faxo, q̃ unum calicem ſiuerit.
Ita paratum eſt. Sy. ita Di faxint, ne apud lenonem huc ſeruiã.
Mi. Quin hercle collibertus meus faxo eris, ſi Di uolent.
Sy. Ita Di faxint, num quid aliud memorare Milphio?
Mi. Valeas, beneq; ut tibi ſit. Sy. pol iſtuc tibi, & tuo hero ẽ in manu.
Vale, & hæc cura, clanculũ ut ſint dicta. Mi. nõ dictũ eſt, uale.
Sy. At. n. nihil ẽ, niſi dũ calet. Mi. hoc agiẽ lepidus quõ mões
Et ita hoc fiet. Sy. proba materiaſt ſi probum adhibes fabrũ.
Mi. Potĩ ut taceas? Sy. taceo, atq; abeo. Mi. mihi cõmoditates
Illic hinc abit Di imortales meũ herũ ſeruatũ uolũt, (creas.
Et hunc diſperditum lenonem, tantum inſtat eum exitii.
Satine priuſq̃ unũ iniectũ teluſt, tum inſtat alterum.
Ibo intro, hæc ut meo hero memorem, nã huc ſi ante ædes ſe-
uocem,

SARACENVS.

¶ VERVM enim: qui homo: Nõ audet milphioni cõcredere: quod ipſe cupit loqui. ❡ Scin tu herum: Paulatim fit inſinuatio. ❡ Exſynceraſtum: Locoſa eſt ad nomen alluſio: nam cum ſynceraſtus diceret: ideſt medulloſus: ueretur ne nomen cõmutet ſuum ut. ſ. pro ſynceraſto exſynceraſtus dicatur: ideſt ſine pinguedine & medulla: quod ſibi futurum erat: ſi ab hero uerberibus affligeretur. ❡ Non enũciet: Rectius enũciem: uel ſi enunciet legatur: loco ei: lege is. ❡ Manu eas aſſerat liberali: Ideſt liberet: & in libertatem uendicet: quæ locutio Plauto eſt frequentiſſima: peculiariſq;. ❡ Ad incitas: ad egeſtates. ❡ Quam unam calcez ciuerit: Ideſt extra pedem mouerit calcem: pedẽ imum dicimus. ❡ At. n. nihil eſt: niſi dum calet. In prouerbio eſt: rem tũc recte agi: dum ſe offert cõmoditas: & occaſio: nocet enim differre paratis. ❡ Nunc ſi eadem: Scilicet me morauero. ❡ Remor ſi ſit: Legẽdum arbitror: reor ſi ſit. ita ut cum præcedenti: uel ſubſequẽti oratione ſtet uerbum reor: iuuat. n. utrũq; intellectum: corrigo illud ꝑterea qd ho cõcreditum ſt: qd mihi cõcreditum ſt.

Synceraſt⁹ qui dicat

Pes qd ſit

VALLA.

¶ Cito præuorti poteſt: ſubito præueniri: ac præoccupari. ❡ Tacicius tibi reſtituam. magis tacitum reddam tibi. ❡ Quam quod dictum eſt malæ mulieri. hæc figura perahyponæam ſiquidem ſecus q̃ expectabatur dicit: propterea quod cum ſe tacitum fore dicere debuiſſet: dixit tam fore tacitum q̃ quod dictum ſit malæ mulieri quæ ſilere nihil queunt. ❡ Ne a te perdar. ne tuo ſermone detegente quid dixerim ipſe affligar. ❡ Exſynceraſto fecerit laceraſtum. ſynceraſtus. enim quaſi cornutus: quod quaſi cornibus dominum ſuum impetiuerit. metuit ergo: ne ab eodem laceretur: & perinde dicatur laceraſtus: ❡ Facinus ex te ortum: ideſt abs te habuiſſe principiũ. ❡ Occaſioq; eſt libere. ſubaudi loquẽdi. ❡ Volet facere frugem: ideſt utilitatem: unde & frugalitas dicta. ❡ Herus q̃ amat tu⁹. ualde amat: ac deperit. ❡ Duo de. xx. minis: ideſt decem: & octo: ideſt duobus dempeis de uiginti. ❡ Manu eas afferat: ideſt liberet de hoc ſermone ſupra: quod ſatis eſt locuti ſumus. ❡ Suas popularis: nempe carthaginenſes. ❡ Libertatis accitus cauſa. quo ipſas liberet. ❡ Ad incitas lenonem rediget: ideſt mendicitatem. Nonius incitas dicitur egeſtas. Plini. in trinummo. Alii exulati abierunt. Idem in pœnulo: profecto ad incitam lenonem rediget: atq; ſi eas abduxerit: Luci. ſaty. libro. iii. illud ad incitas cum rediit: atq; internetionem. ❡ Non dictum eſt. perinde erit inquit: ac ſi dictum non ſit. ❡ Dum cal

Synceraſt⁹ qui dicat

Incitas q dicatur

Et quæ audiniſtis modo,nunc ſi eadem hic iterẽ, inſcitiaſt.
Hero uni potius intus ero odio,q̃ hic ſim omnibus nobis,
Dii immortales per me quanta aduenict calamitas
Hodie ad hunc lenonem,ſed ego nunc cur hic me morer?
Id negocium inſtitutum,non datur ceſſatio.
Nam & hoc nocte conſulendũ,quod homini concreditum.
Et illud autem inſerenduſt conſilium uernaculum.
Verum ſi ſit qui malam rem mihi det,merito fecerit.
Nunc intro ibo.dum herus adueniat a foro,opperiar domi.

let.donec res eſt recens. Tantum eum inſtat exitii.eum pro in eum. nam inſto tibi dicimus. Seuocem. ſeorſum uocem. Si non datur ceſſatio.ſi nõ ceſſauerimus. Conſiliũ uer.nõ ab aliis q̃ a nobis petitum: & nobis familiare.

VGOLETVS ET GRAPA. MVLIEri:futiles ſunt omnes mulieres fere:& arcani prodigæ. Capitalẽ ut ſup̃ ꝗdis dixit capitales ipſe Pla. ab exitio capitis.i.uitæ:ut neciferas. Syncerastũ ãtiquo uocabulo græco docet Varro ſignificari medullam: & piguedinẽ:unde ſe ſeruus plectẽdũ augurat:ſi herus reſcierit illũ locutũ cuiq̃ ita ut ſine medulla remanſurus ſit: & nominandus pro medulloſo emedulatus.
Deamare:uehementius amare Affranio in uopiſco:Nonius:ut deperire ualde perire feſto. Liberali bona:nas li

Adſerere quid ſit — beralis:Donato apud Terentium in adelphis bona dicitur. Infra Eas liberali iam adſeres cauſa manu:adſerere manu eſt uendicare in libertatem. Incitas:egeſtas:indigentia Nonio appellatur citanti hunc locum Plautinum: & aliũ in Trinũmo:ac:Lucilium in Satyris.ubi apparet:q̃ incita dicatur Apuleius in.iii.aſini aurei:Tunc opulentiæ nimiæ nimio ad extremas incitas deducti. Quam unum calicem ſiuerit: ſcribendum nos cenſemus:ſententiæ conuenientiæ: & rectiori latinitatis eloquio.ſenſus autem eſt: non relicturum lenoni agoraſtoclem:ne unum quidem calicem.quo bibere poſſit:ita eum male multaturum.Pylades.

Inſtat cũ accuſatiuo — Inſtat cum accuſatiuo in curgulione:ſi magis me iuſtabunt. Vernaculum ſeruile:ut uernaliter ſeruiliter Horatio in.ii.ſermonum:nec non uernaliter ipſis:fungitur officiis:quando uernę ſerui dicuntur domi noſtræ nati ex ancillis: & hyporiſticos uernulę. Vernaculum:alias domeſticum & patrium dicimus.M.Varro de analogia uerborum tradit genus unum uernaculum:ac domi natus:ut ſutor

Vernaculũ ſit — & piſtor:alterum aduentitium: tertium nothum:unde uernaculi Apuleio in primo aſini aurei quid uxor? quid liberi? quid uernaculi: Et Ciceroni feſtiuitas uernacula: patria: & romana. & rei ruſticæ ſcriptoribus aues uernaculę: & lingua uernacula paſſim dicitur.

SARACENVS.



Y thalonin:Hanno pœnus profectus carthagine cum multas luſtraſſet urbes:tandem calydonem conceſſit & urbẽ ingreſſus: deos ex more ueneratur:p̃catur q̃ uoti ſui faciant compotem.ſed Plautus ſuorum iocorum memor hominem inducit loquẽtem aphra lingua:ut rei quaſi nouitate delectet. Huc ueniri te ueneri m:In aliis codicibus repperi huc ueniri tẽ ueneri m:utraq̃ lectio obſcurat itellectũ: ſed ita legas nil addendo:aut minuendo:ſed tantum uerba componendo:& in ſuum ordinem litteras redigendo: & ſenſus fiet ſatis perſpicuus:ut quod de mea re huc ueni: rite ueneri m uel inueneri. Eſiritis:nihil corrigo forte uerbum tanq̃ aphrum protulit:nam modo aphre modo latine loquitur. Ho

Teſſera q̃d ſit — ſpitalem teſſeram: Quæ ſignum erat: quod hoſpitibus dabatur : ut internoſcerentur:ut ſupra ex Lactantio retulimus:alias enim uidetur pœnum ipſum hoſpitio antidamantem ſuſcepiſſe:ab eo q̃ teſſeram hoſpitalem tunc recepiſſe:qua ſe poſſe noſcere nepotem agoraſtoclem putat.

VALLA. Y thilonim uilon uth.hæc uerba punica ipſe mox interpretatur uerbis latinis. p̃catur hanno ſuas poſſe inuenire filias necnõ fratris ſui filiũ. Hoſpitalem teſſaram mecum fero. cũ teſſara:de q̃ abunde ſupradictum:multa ſignificet fuit & hoſpitalis: qua hoſpites ab hoſpitibus iternoſci poſſent.

VGOLETVS ET GRAPA. HOSPItalem deum : cui hoſpites

Q VINTVS ACTVS.

Hanno Pœnus loquitur punice.



Y thalonim ualon uth ſi corathiſima comſyth
Chym la:h chunyth mumys tyal mycthibarii imiſchi
Lipho canet hyth bynuthii ad ædin bynuthii.
Byrnarob ſyllo homalonin uby miſyrthoho
Bythlym mothyn nocthothii uelechanti daſmachon
Yſſidele brim thyſel yth chylys chon,tem.liphul
Vth.bynim yſdibut thyinno cuth nu agoraſtocles
Ythe maneth ihy chirſae lycoth ſith naſo
Bynni id chil luhili gubulin laſibit thym
Bodyalyt herayn nyn nuys lym moncoth luſim
Exanolim uolanus ſuccurratim miſtim atticum eſſe
Concubitum a bello cutimbeant lalacant chona enus es
Huiec ſilic paneſſe athidmaſcon alẽ iduberte felono buthume
Celtũ comucro lueni,at.n.auoſo uber hent byach ariſtoclem
Et te ſe aneche naſo ctelia elicos alem duberter mi cõps ueſpei
Aodeanec lictor bodes iuſſum limnimcolus.
Deos deaſq̃ ueneror,qui hãc urbẽ colunt,ut q̃d de mea re
Huc ueni,rite uenerim,measq̃ ut gnatas & mei fratris filium
Reperire me ſiritis,Di noſtram fidẽ,q mihi ſurreptæ ſunt.
Et fratris filium,qui mihi ante hac hoſpes antidamas fuit,
Eum feciſſe aiunt,ſibi quod faciundum fuit, eius filium
Hic prædicant eſſe agoraſtoclẽ,Deum hoſpitalẽ ac teſſaram
Mecum fero,in hiſce habitare monſtratuſt regionibus.
Hos percunctabor,qui huc egrediuntur foras.

curæ sunt:qualis Iuppiter quem dare iura hospitibus loquuntur:ut inquit Vergi.& græci Xenion appellant:cuius mentio est apud Homerum: Apuleium:& alios: ξενοϛ hospes : unde xenius xenia munera hospitalia : quæ diminutiue xeniola: sed & tesseram hospitalem intelligit:de qua mox: Tesseram si conferre uis hospitale; eccam attulit. Item hæc mihi hospitalis cum illo tessera fuit: Tesseram autem: qua.s.cognoscar & cognoscam:ut in bello tessera signū agnoscētiæ: Sūt & alii tesserę significatꝰ:ut frumētarię: nūmariæq;:sed nihil ad rē:ꝗ illa nō sit lib.ꝗ pub⁹ ædidī.

Agorastocles. Milphio. Poenus.

AIn tu tibi dixisse Syncerastum Milphio,
Has esse ingenuas ambas surrupticias
Carthaginenseis? Mi. aio, &, si frugi esse uis,
Eas liberali iam adsere causa manu.
Nam tuum flagitiust, tuas populareis te pati
Seruire ante oculos, domi quæ fuerunt liberæ.
Poe. Proh di immortales obsecro uostram fidem,
Horum profecto certa est hominum oratio,
Quam horationem hanc aures dulces deuorant.
Vt mihi absterserunt omnem sorditudinem.
Ag. Si ad eam rem testeis habeam, faciam quod iubes,
Mi. Quin tu mihi testeis? quin tu insistis fortiter.
Aliqua fortuna fuerit adiutrix tibi.
Ag. Incipere multo est, q̄ impetrare, facilius.
Mi. Sed quænā illæc auis est, quæ huc cum tunicis aduenit?
Ag. Num nam it a balineis circunductus pallio?
Facies quidem ædepol ingenua est.
Mi. Seruos quidem ædepol, antiquosq; mores habet.
Ag. Qui scis? Mi. uiden homini sarcinatos consequi?
Atq; ut opinor digitos in manibus non habent.
Ag. Quid iā? Mi. quia incedunt cum annulatis auribus.
Adibo, atq; hosce appellabo punice,
Si respondebunt, punice pergam loqui
Si non, tum ad horum mores linguam diuortero.
Quid ais tu, ecquid adhuc cōmeministi punice?
Ag. Nihil ædepol, nam qui scire potui dic mihi,
Qui illinc sexennis pericrim Carthagine?
Poe. Proh dii immortales ut q̄ plurimi ad hunc modum
Periere pueri liberi Carthagine?
Mi. Quid ais tu? ag. qd uis? Mi. uin ut appellē hunc punice?
Ag. an scis? Mi. quin nullus est me Pœnus punior.
Ag. adi atq; appella, quid uelit, quid uenerit,
Qui sit, quoiatis, unde sit, ne parsetis.
Mi. auo, quoiates estis, aut quo ex oppido?
Poe. Hanno muthum balle beccha edre anech.
ag. Quid ait? Mi. hannonem sese ait Carthagine
Carthaginensem muthum ballis filium.



AIn tu tibi: Ex his uerbis dātur intelligi: quę non agunt in comœdia: sed subintelliguntur: uidelicet milphionem agorastocli enarrauisse omnia: quæ nouerat ex syncerasto: sed dum fabulantur pœnus aduenit: seq; agnoscunt: qui sint. ¶ Orationem hanc. Verba de puellis liberandis hominem in spem adduxerunt inueniendarum filiarum. ¶ Si ad eam rem. Vt scilicet sint ingenuæ carthaginenses. Quid tu mihi testis: scilicet memoras. ¶ Anullatis auribus: Nam ita mos illis fuerat in perforatis auribus anulos gestare: quem nostris quoq; temporibus seruari uidimus in partibus orientalibus: & fere in tota gręcia decoris & ornamenti gratia: & a mulieribus pręsertim: genus hoc: quod gerit effigiem anulorum in aures dicuntur. ut dictum est in menęchmis. ¶ Qui illum perierim: Scilicet sermonem. ¶ Punior: Vel pœnior: idest magis pœnus uel pœnior: callidior: astutior. SARACENVS. Aures pforatę in oriētali plaga

AIn tu tibi dixisse syncerastū: Quū a milphione agorastocles fit certior a syncerasto præceptū: sorores illas meretrices carthaginēses: & ingenuas cognoscit hannonem patruum suum eē. ¶ Liberali iam asserere causa manu. i. liberas efficere. ¶ Absterserunt omnem sorditudinē. omnes sordes ex auribus perpurgarunt: idest quam molestiam ego de meis conceperam filiabus mihi ammouerunt. ¶ Quæ nam illæc auis est. ob amictum carthaginensem aues appellat talem habentem similitudinē cum alis. ¶ Sarcinatos consequi. sarcinis onustos. ¶ Cum anulatis auribus: idest. de quibus pendent gēmæ, quæ anulis solent illigari. ¶ Sexennis perierim: idest qui subreptus fuerim sex annos natus. ¶ Nullus me est pœnus pœnior. Comparatiuum factum est a gētili nomine per lusum; ut conuenit comicis. ¶ Ne perseris: ne peperceris dic omnia inquit. VALLA.

SORditudinem: sordem exponit Nonius: quę & sordities ad animū hic transfertur. ¶ Fortuna aliqua: multipotens multinominis dicitur fortuna: Conuertens: bene sperans fortis: uiscata: muliebris: mascula: Propriæ fortunę templum romæ fuit in palatio: Pręneste sub imagine duarum sororum colebatur: quādo bona: & mala est fortuna: Ara malę fortunę fuit Romæ in exquiliis: Donatus apud illud Terentianum: O fortuna: o fors fortuna. Fortuna inquit dicta est incerta res: Fors: fortuna: euentus fortunæ bonus: Nonius: Fors est casus: fortuna dea: sed & deus inter deos consentes cultus ab antiquis: de quo Mar. Varro primo rei rust. & Plinius in. xxxvi. scribit Romæ fuisse simulacra boni euentus: & bonæ fortunę in capitolio praxitelis opera: Colitur autem: ut nobis cuncta prospere eueniāt. Sexennis: sextum agens annum ut supra: cuius ætas sexennium dicitur: unde est sexennio prius quidem q̄ moritur pater. ¶ Punior. qui magis loqui nouerit punice. VGOLETVS ET GRAPA. Fortuna q̄ & quotuplex Sexēnis q

SARACENUS.
Nero discalciatus

¶ AVO: Salutantis est: iocabitur aliquandiu milphio: quasi uideatur punicam linguam callere. ¶ Tu qui zonam non habes: Quia discinctus incedebat: quod dabatur probro: & quondam datum fuit Neroni imperatori: qui quandoque in publicum prodierit discalciatus & sine cinctu: uel potius denotat hominem aphrum: quorum mos fuerat tunicas gestare discinctas. ¶ Dare uelle ædibus. Dicendum ædilibus tanq̄ rem nouam publicæ spectandam attulerit. ¶ Lingulas canalis: A canna canalis dicitur cauatum lignum ad cannæ similitudinem: quo aqua deducitur: Virgilius: currentem canalibus undam dixit: lingula autem tradente Festo per diminutionem linguę dicta: alioquin in similitudinem exertę: ut in calicibus: alias insertę: idest infra dentes cohercitę: ut in tibiis: in huiusmodi linguę speciem etiam ueteres gladiolum lingulā dixerunt. ¶ Arbinam: Vide ne legendum sit arbonam: quod non tantum recipio q̄ propono: nam cum ille dixisset

Ista ubi locorum

issam: quam pro insula: quę in dalmatia est: potuit itelligi: iocatus milphio arbonam potius dicere maluerit. est. n. arbona mons: e cuius iugo danubius effunditur. ¶ Mergas datas: Pro des: sunt mergę autem furculę: quibus acerui frugum fiunt ut alibi ex Festo docuimus. ¶ Ad messim credo nisi: Corrigo ad messim credo missus. ¶ Non hercle: Tandem palam fatetur milphio uaniloqua usum fuisse interpraetatione: pœnus quoque latinam linguam callere. ¶ Migdilia: In aliis codicibus scriptum inueni magdalia: quę uox magis facit ad sensum: nā magar pœnorum

Magdalia quæ dicāt

lingua casa dr̄ rusticana: & inde magdalia uillę: ergo magdalia lingua quasi punica: & rusticana. ¶ Bissulci: Duplici: quia punice & latine loqueretur. ¶ Quasi proserpens bestia: Quę mouista celeri linguam mouet: ut duplicem habere uideatur.

Poe. auo. Mi. salutat. Poe. domni. Mi. doni, uolt tibi dare
Hinc nescio quid, audin pollicerier?
ag. Saluta hunc rursus punice uerbis meis.
Mi. auo, Hanno hic mihi tibi inquit uerbis suis.
Poe. Me barbocca. Mi. istuc sit tibi potius, q̄ mihi,
ag. Quid ait? Mi. miseram esse prædicat buccam sibi.
Fortasse medicos nos arbitratur. ag. si est, nega.
Nolo ego errare hospitem. Mi. audi tu rufen nuco, istam.
ag. Sic uolo profecto uera huic cuncta expedirier.
Roga nunquid opus sit? Mi. tu qui Zonā non habes,
Quid in hanc uenistis urbem, aut qd nam quæritis?
Poe. Muphursa. ag. qd ait? Poe. moinlec hiāna. ag. quid uenit?
Mi. Non audis? mures africanos prædicat
In pompam ludis uelle dare ædilibus. Poe. lalech labcanani liminicoht. ag. quid nunc ait?
Mi. Lingulas canaleis ait se aduexisse & nuces.
Nunc orat operam ut des sibi, ut ea ueneant. (dectha
ag. Mercator credo ē. Poe. isa. Mi. arbinā qdē. Poe. palū erga
ag. Milphio qd nūc ait? Mi. palas uēdūdas sibi mergas datas
Vt ortum fodiat, atq; ut frumentum metat
ad messim credo, missus hic quidem tuam,
ag. Quid istuc ad me? Mi. certiorem esse te uolui,
Nequid furtiue clam accepisse censeas.
Poe. Muphonium sucoram. Mi. hem caue si feceris,
Quod hic te orat. ag. quid ait? aut quid orat? expedi.
Mi. Sub cratim ut iubeas sese supponi, atq; eo
Lapides imponi multos, ut sese neces.
Poe. Gunebel balsamen erasan. ag. narra quid est?
Quid ait? Mi. non hercle nunc quidem quicq̄ scio.
Poe. at ut scias nunc, dehinc latine iam loquar.
Seruom hercle te esse oportet, & neq̄, & malum
Hominem, peregrinum, atq; aduenam, qui irrideas.
Mi. at hercle te hominem, & sycophantam, & subdolum,
Qui huc aduenisti nos captatum magdalia,
Bisulci lingua, quasi proserpens bestia.

VALLA.

¶ AVO. salutātis uox est. ¶ Qui zonā nō habes. Cincti. n. nō erāt aphri iō Vir. discinctos mulciber aphros. ¶ Lingulas canalis: a lingua lingula: & p diminutionē lingula: ut inqt Pri. qd exertę linguę habeāt similitudinē. ¶ Aruinā qdē. pinguedo dr̄ aruina. ¶ Et mergas datas. Merge inqt festus furculę: qbus acerui frugū fiunt: dictę a uolucrinibus mergis: qa ut illi se in aq̄ mergunt: dū pisces psequunt̄ sic messores eas in fruges dimergūt: ut eleuare possint manipulos. ¶ Ad messim credo missus: ut metat inqt tuū triticū. ¶ Suberatim. a subere: qm suber subiicit̄: nō a subere gris aliq aug subęratū dicim⁹ qd suber ęs hēat Persius. Ne qua suberato mēdosum tinniat auro. ¶ Midilia bisulci lingua. Ab eo quod est myomu cum exprimo mydilia quasi mucosa & impedinta: nam carthaginenses bilingues ideo ait bisulci. fœdam uero linguam dixit: quia barbara. bilingues: quia astuti: unde & uocabulum uapher ue apher ualde astutus dicitur.

Lingula unde dicta

3.

Carthaginenses bilingues

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ ZOnā: an qui more gētis discinctus: an sine nūmis qñ in zonis aug portarūt maiores: ut in lib. de partibus ędiū. zonæ: fasciæ: plagę cęli quoque: in quas orbis diuidit̄. Martiano: Ouidio. Macrobio: Verg. cęteris. ¶ Africanos. m. qm in Cyrenaica Africę plura eog sunt gña: alii lata frōte: alii acuta: alii herinaceog gñi similes pūgētibus spinis. sunt auit iter mures: qui dn̄r pontici: qui aranei qui alpini: auctor Pli. Ex Gyaro insula cycladū Amyclii a muribus fugati. ¶ Aedilib⁹ penes quos cura ludog dādog: ut dictū est: ab ędibus sacris & pfanis ędiles dicti: a scella eburnea curules. Erant & cereales ędiles frumētarii: annonariique: Pōpo. de origine iuris. ¶ Lingulę pisces oblōgi: ut lingulę gladioli. M. Varroni. A. Gellio & aliis. lingula ēt coclearis fere gñis. ¶ Pala a pāgēdo: ut inqt. M. Varro: rusticum instrumētum: ad fodiēdos agros aptissimū mergę messorii instri genuina quo mergites fasciculi spicag Vergilio: & aliis. ¶ Migdalian Magdaliane appludā: & farinę quędā quasi retrimenta: & fere caninum panē gręci uocāt: Micdilia adhuc

Zona qd sit

Aediles unde dicti

Pala unde dicta

adhuc non nota: utcunque in obprobrium poeni dictum accipe. ¶ Bisulci lingua: bilinguis: ut pote punice: & latine uerbam faciens: fallax: & uarius in sermone: ut trilingues siculi. Bisulci qui

ag. Maledicta hinc aufer, linguam compescas, tace,
Maledicere huic tu temperabis, si sapis.
Meis consanguineis nolo te iniuste loqui.
Carthagini ego sum gnatus olim, ut sis sciens,
Poe. O mihi popularis salue, Ag. & tu aedepol quisquis est.
Et siquid opus est quaeso dic, atque impera
Popularitatis caussa. poe. habeo gratiam.
Verum ego hic unum hospitem habeo antidamae filium.
Quaeso cōmonstres, si nouisti agorastoclem.
ag. Ecquem adolescentem tu hic nouisti agorastoclem?
Siquidem antidamarchi quaeris adoptaticium,
Ego sum ipsus, quem tu quaeris. poe. hem quid ego audio?
ag. antidamae gnatum me esse. poe. si ita est, iam tessaram
Conferri uis hospitalem, eccam attuli.
ag. agedum huc ostende, est par probe, nā habeo domi.
poe. O mi hospes salue multum, nam mihi tuus pater,
pater tuus ergo mihi hospes antidamas fuit.
Haec mihi hospitalis olim tessara cum illo fuit.
ag. Ergo hic apud me hospitium tibi praebebitur.
Nanque haud repudio hospitium, neque Carthaginem,
Vnde sum oriundus. poe. Di dent tibi omnes, quae uelis.
Sed quid ais? qui potuit fieri ut Carthagini
Gnatus sis, hic autem habuisti aetolum patrem?
ag. Surreptus sum illinc, hic me antidamas hospes tuus
Emit, & is post me sibi adoptauit filium.
poe. Demarcho item ipse fuit adoptatitius.
Sed mitto de illo nunc, ad te redeo. dic mihi,
Ecquid meministi tuum parentum nomina?
ag. patris atque matris memini. poe. memoradum mihi
Si noui forte, aut si sunt cognati mihi.
ag. ampsigura mater mihi fuit. Iachon pater.
poe. patrem atque matrem uiuerent uellem tibi.
ag. an mortui sunt? poe. factum, quod quidem aegre tuli.
Nam mihi sobrina ampsigura tua mater fuit.
pater tuus is erat frater patruelis meus.
Et is me heredem fecit, cum suum obiit diem.
Quo me priuatum patior aegre mortuo.
Sed si ita est, ut sis Iachonis filius
Signum esse oportet in manu leua tibi,
Ludenti puero quod momordit simia,
Ostende. ag. inspice. poe. iam aperi atque ades.
ag. Mi patrue salue. poe. & tu salue mi agorastocles,
ag. Iterum mihi gnatus uideor, quod te repperi.
Mi. pol istam rem nobis bene uenisse gaudeo
Et te moneri nonne uis? poe. fane uolo.
Mi. paterna oportet reddi filio bona.
Aequom est habere hunc bona, quae possedit pater.
poe. Haud postulo aliter, restituentur omnia.

SARACENVS.

¶ SI ita est: te esse iam confer: Legendum est si ita est: tessaram confer. ¶ Incestauit: Corrupit: uiolauit: a cesto ueneris cingulo: quod in legittimis nuptiis adhibebant: contrarium est incestus illicitus coitus. ¶ Catum: Sapientem: astutum. ¶ Crudum: Aspectu truces. ¶ Architectonem: Pronunciauit uoce graeca: nam illi architecto non dicunt unde architectari cōponere. ¶ Corpore aquilo: Legi posset colore: nō corpore: nam color aquilus dicitur subniger: & fuscus: ut docemur a Festo: nihil tamen demuto: cum in rudēte corpus rursus sub aquilum dixerit. Color aquilus qui sit

VALLA.

¶ MEIS consanguineis. unde ego natus sum. ¶ Vt sis sciens. Aticismus est sermo: ut noris. ¶ Adoptaticius. i. qui in adoptionem uenit antidamarchi. ¶ Tessarā cōfer: si uis hospitalē. nam paulo ante sibi esse dixit tessarā hospitalem. ¶ Tuus pater frater. i. qui tuus erat pater fuit frater meus. Tuus ergo hospes antidamas: qm̄ ex tessara ita ee colligo. ¶ Nāque carthagine idē sum oriundus. i. originē ducens: quin: & ibidē natus ergo carthagine natus: & oriundus. ¶ Demarcho itē ipse: subaudi antidamas. ¶ Aegre tuli. molestū habui. ¶ Suā rem sibi saluā sistam tradidero: quae ab eius patre habui bona. ¶ Et si hic habet tamen: licet inquit hęc habitet. siquidem habito ab habeo iteratiuū est. ¶ Potin fieri subdolus. An malicio sus inquit fieri possis. Male faxi lubēs: leno libenter maleferim. ¶ Efflictim perit. perdite adamat. Neque eam incestauit unq̄. i. corrūpit. cęstus quartę declinationis pugilū arma. secūdae graecus est: foemininique generis: quod cingulū ueneris significat legitimis copulis dūtaxat adhibitum: ideo quae legitimae non sunt: incesti nomen habent: unū uerbū incestare. Mortalē catū: acutū ad inueniēdū. ¶ Crudumque: qm̄ trucē se fore lenoni dixerat. ¶ Adflet. quo illud gestu faciat facilius. Quo aptius. iqt possit se assimulare patrem gestu ostendit quippe qui flet. ¶ Superat architectonem: graece loquutus architectonē dixitque nos architectū. ¶ Corpore aquilo: colorē habens inquit aquilinum. Cestus quid sit

VGO LETVS ET GRAPA.

¶ CONsanguineus eiusdē sanguinis punici: & nationis: unū mox popularis & popularitatis. Cassius: cōsanguineos dicit eos: qui sanguine inter se cōiūcti sūt: Vlp. de suis & legit her. ¶ Adoptaticiū: in aliū per adoptionē assumptus adoptatur āt: qui in patris est ptāte: arrogatur qui sui iuris est. per ptorē fit adoptio per ppl̄m: aut principis auctoritate fit arrogatio. A. Gellius in. v. noct. atti. Modest. & Cai⁹ iurecōsult. de ado Adoptatiuum quid

Suam rem sibi saluam sistam, si illo aduenerit.
Mi facito sis reddas, etsi hic habitabit tamen.
Pœ. Quin mea quoq; iste habebit, si quid de me fuat.
Mi. Festiuom facinus uenit mihi in mentem modo.
Pœ. qd idest? Mi. tua est opus opa. Pœ. dic mihi qd lubet.
Profecto uteris, ut uoles, operam meam.
Quid est negocii? Mi. potin tu fieri subdolus?
Pœ. inimico possum, amico est insipientia.
Mi. Inimicus hercle est huius. Pœ. male faxim lubens.
Mi. Amat a lenone hic. Pœ. facit id sapienter puto.
Mi. Leno hic habitat uicinus. Pœ. malefaxim lubens.
Mi. Ei duæ puellæ sunt meretrices, seruolæ
Sorores, earum hic alteram efflictim perit,
Neq; eam incestauit unq̃. Pœ. acerba amatio est.
Mi. Hunc leno ludificatur. Pœ. suum quæstum colit.
Mi. Hic illi malam rem dare uolt. pœ. frugi, si id facit.
Mi. Nunc hoc consiliũ capio, & hanc fabricam apparo
Vt te allegemus, qui filias dicas tuas
Surruptasq; esse paruulas Carthagine.
Manuq; has liberali caussa ambas asseras,
Quasi filiæ tuæ sint ambæ, intellegis?
Pœ. Intellego hercle. nam mihi item gnatæ duæ
Cum nutrice una surruptæ sunt paruolæ.
Mi. Lepide hercle assimulas, iam in principio id mihi placet.
Pœ. pol magis, q̃ uellem. Mi. heu hercle mortalem catum,
Malum, crudumq;, & callidum, & subdolum,
Vt adflet, quo illud gestu faciat facilius,
Me quoq; dolis iam superat architectonem.
Pœ. Sed earum nutrix qua sit facie mihi expedi.
Mi. Statura haud magna, corpore aquilo. pœ. atq ipsa east.
Mi. Specie uenusta, ore paruo atq; oculis pernigris.
Pœ. Formam quidem hercle uerbis depinxisti mihi.
Mi. Vin eam uidere? pœ. filias malo meas,
Sed i atq; euoca illam, si eæ meæ sunt filiæ.
Si illarum est nutrix, me continuo nouerit.
Mi. Heus ecquis hic est: nunciate ut prodeat
Foras Giddeneme, est qui illam conuentam esse uolt.

ptionibus: Adoptiuos alit transit iure adoptionis in nomẽ in familiam in hereditatẽ. ¶ Sobrina erit patris uel matris meæ: consobrini consobrinæq; filia ut sobrinꝰ Festo Pompeio. ¶ Leua Sinistra: quã græci σκαιὰν uocant. Vnde scæuæ & scæuolæ nostris: Vlpi. de ædi. ed. Scæua inquit non est morbosus: nec uitiosus nisi imbecillitate dextræ ualidius sinistra utatur: sed hunc non scæuam: sed mancum dicimus.

Sobrina q̃

¶ Simiæ simiiq; mansuescunt: & domi habentur: dictæ q; simę sunt pressis naribus: uel quasi mimiæ: idest imitatrices: unde simium quandoq; imitatorem uocamus: Simiarũ generi adnumerantur Cynocephali & Satyri; his mitissima inquit Plinius: illis efferatior est natura. Cum cauda cercopitheci appellati πίθηκον simiam dicũt græci: Vnde pithecusę insulę: nisi fortasse a figlinis doliariorum: nam πίθος græcis dolium.

Cynocephali qui

¶ Incestauit: stuprauit: alias polluit: Suetonio & Virgilio: & Incestus quęlibet pollutio. dicta Seruio: Incestum crimen ipsum adulterii a Cesto Veneris balteo dictum quidam uolunt: in eo sunt balteo uoluptates: blandiciç: suedele: omnes cupidies: philtra inducentia: trahentiaq; etiam prudentes: Incestum hominem quoq; nuncupamus incesto pollutum: Apuleius. x. asini aurei: illum inquit incestũ paterno thalamo: illum parricidam fraterno exitio.

Incestare quid sit

¶ Catus sapiens No. M. Varro cata acuta uerbo sabino: quare catꝰ Aelius Sextus nõ ut aiunt sapiens: sed acutus: & cata; dicta acuta: Horatius de mercurio: qui feros cultus hominũ recentum uoce formasti catus: quo loco interpres pro docto: & experto catum accipit: Vnde auctore plutarcho in Catone: Romani eum in quo multarum rerum usus & experiẽtia sit: Catonem nominãt: Cato enim cognomẽtum uirtutis extitit: Plinius. Reliquis animi bonis præstitere: & apud cęteros mortales sapientia ob id Cati corculi apud ro. cognominati: qualis Socrates: qualis Scipio Nassica uir optimus semel a cõdito quo iudicatus a iurato senatu: & Corculum dictus. ut scribit Cicero in Bruto: & quęst. Tusculana.

Catus qui

¶ Corculum inquit Festus a corde dicebant antiqui solertem: & acutum: quicũq; habuerit horoscopum in uulpe erit cordatus. ¶ Architectonem: architectum: artificũq; principem: & recte quando fabricam se dixerat apparere: idest technam: dolum: & fallaciam: fabricam nãq; solent disponere architecti: de quibus Vitruuius. ¶ Facie: habitudine corporis: ut Donatus apud Terentium exponit: idem sentit Nonius: & A. Gellius. Pacuuius: Nupta ætate integra. feroci ingenio: facie procera. ¶ Formam. Festus: Forma significat faciem cuiusq; rei. ¶ Aquilo: fusco: & subnigro. F. Pompe. auctor.

Corculum quid

Facies qd sit



Giddeneme nutrix. Hano Pœnus. Milphio. Agorastocles. Puer

QVis pultat? Mi. q te pximus ẽ. Gi. quiduis? Mi. eho
Nouistin tu illunc tunicatum hominem qui sict?
Gi. Nam quem nunc ego aspicio? proh supreme iuppi (ter,
Meus herus quidem est, mearum alũnarũ pater
Hanno carthaginensis. mi. ecce autem mala,
Præstigiator hic quidem pœnus probus est.
Perduxit omneis ad suam sententiam.
Gi. O mi here salue Hanno insperatissume mihi, tuisq; filiis, salue atq; eho
Mirari noli, neq; me contemptarier.
Cognoscin tu Giddenemen ancillam tuam?
Pœ. Noui, sed ubi sunt meæ gnatæ? id scire expeto.
Ag. apud ædem Veneris. Pœ. quid ibi faciunt? dic mihi.
Ag. aphrodisia hodie Veneris est festus dies
Oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia.
Gi. pol, satis scio impetrarunt, quando hic hic adest.
Ag. Eho an huius sunt illæc filiæ? Gi. ita ut prædicas.
Tua pietas nobis plane auxilio fuit,
Cum huc aduenisti, atq; hodie in ipso tempore.
Nanq; hodie earum mutarentur nomina,
Facerentq; indignum genere quæstum corpore.
Pu. Haudones, illi hauon bene si illi in mustine
Gi. me ipsi, & eneste, dum & alampa cestinum.
Ag. Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.
Mi. matrem hic salutat hanc suam, hæc autem hunc filium.
Pœ. Tace atq; parce muliebri supellectili.
Ag. Quæ ea est suppellex? pœ. clarus clamor, sine modo.
Tu abduc hos intro, & una nutricem simul
Iube hanc abire ad te. ag. fac quod tibi imperat.
Mi. Sed quis illas tibi monstrabit? ag. ego doctissume
Mi. Abeo igitur. Ag. facias modo q̃ memores, mauelim
Patruo aduenienti cœna curetur uolo.
Pœ. Lachanam uos, quos. mi. ego iam detrudam ad molas,
Inde porro ad puteum, atq; robustum codicem

SARACENVS.



Vis pultat: Giddeneme accitę suũ agnoscit herũ patremq; suas est inuisurus filias. Ecce autẽ mala: Putat milphio oĩa fuisse sĩsata r. & a pœno: & pariter a nutrice: ut facilius lenonẽ dolo uorterẽt. Haudones: Et q̃ sequunt dicta sunt p iocũ: ut loquĩ punice uideret. Tace: atq; parce. Sermo pœni ẽ: ñ milphiõis. Tu adhuc has itro: Melius abduc hos intro. s. eos: quos secum comites habuetat. Lachanam uos quos: Vel sunt uerba pœnuli ad eos: quos in domũ recipi iusserat: q̃si punico sermõe prolata: uel poti9 milphiõis: q cum sibi agorastocles mãdasset: lautam ut patruo suo cœnã paret: festiuiter rñderit: lachana: p qđ uerbũ innuit cœnã parãdã eẽ ex oleribus: nã græci lachanõ holus dicũt postmodũ conuersus ad hospites: quos domum ducturus erat: sermonẽ psequt: uos quos ego iã detrudã: & q̃ sequunt: q̃si non ad hospitiũ: sʒ i carcerẽ uelit eos deducere: & oĩa sunt iocis referta.

Lachana quid sit

Inde porro apud eũ: Sũt q legãt ide porro ad latomias: qdã aũt ad puteũ: qđ uerbũ magis ɔuenit uiciato ordini lsarũ nã & i aulularia Plaut9 dixisti puteũ cõdite: sʒ utrũq; recte. Atq; robustum codicẽ: Vel robustũ carcerẽ: qđ idest: dictũ ẽ in curculiõe carcerẽ robustũ fuisse locũ: in quo nocẽtes ac malefici perimebãtur ex lignis roboris sæptũ. Throæ sunt cœlũ: ne fustoli solẽ: diu & multum quæsiui maculatum hunc locum ex deprauata positione litterarũ: uel emẽdare: uel ad aliquẽ: quo melius fieri posset: intellectum trahere: ne omnino sensus deperiret: nihil non ambiguũ occurrit: aut qđ uere custodiri possit: at si periclitari licet: hocq; modo legatur: nõ puto multum a plautino sensu aberrasse: put: nec multũ ab ipsarum litterarum serie deliraui: cochleæ sunt e testa ut se sustolli solent: quæ lectio cum superiori nempe conuenit: nam quẽadmodum cochleæ siue limaces: dũ in sublime repunt: se attollunt: statim exerentes se domicilio: sic dicit puellas illico creuisse: & e paruulis q̃ mox effectas grãdiores: sermonẽ tñ monemus omnino dandum esse agorastocli: non pœno: ut fecimus.

Cochleæ q dicantur

VALLA.



Vis pultat. gideneme excite lenonis domo filias hanno per illam cognoscit suas & perinde exultatio letitiæ utrinq; exoritur. Tunicatũ hominem. Tunicam indutum superne: ut mos fuit carthaginensium cum alii tunicã habeant lineã: quã subuculã dicimus: & uerbo milita

Ego faxo hospitium hoc leniter laudabitis.
Ag. audin tu patrue? dico ne dictum neges,
Tuam mihi maiorem filiam despondeas.
Poe. pactam rem habeto. ag. spondes ne igitur? poe. spondeo.
Ag. Mihi patrue salue, nam nunc es plane meus.
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere.
Nunc patrue si uis tuas uidere filias,
Me sequere. poe. iamdudum equidem cupio, & te sequor.
Ag. Quid si eamus illis obuiam? poe. at ne inter uias
Præbiteramus eas metuo, magne iupiter
Restitue certas mihi ex incertis nunc opes.
Ag. Ego quidem amores meos mecum confido fore.
Sed eccas uideo ipsas. poe. hæ sunt meæ filiæ.
Quantæ e quantillis, iam sunt factæ. ag. scin quid est?
Cocleæ sunt e testa, ut se sustolli solent.
Mi. Opinor hercle hodie quod ego dixi per iocum,
Id eueniturum esse & seuerum, & serium,
Vt hæ inueniantur hodie esse huius filiæ.
Ag. pol istud quidem iam certum est, tu istos Milphio
Abduce intro. nos hasce hic præstolabimur.

ei: ut inquit diuus Hieronymus. Camisiam. ¶ Prestigiator: hic qdem poenus. i. diuinator: quem græci necromantin uocant. ¶ Neq; me contêptarier. i. aspernari ab eo: qd est con têno contêptor contempturi: uerbũ: iteratiuum fecit. ¶ In ipso tempore. In têporis oportuno articulo. ¶ Tu abdut: hinc abducito. ¶ Facias mõs: q memores mauelim, ubiq; ut hic inducitur agorastocles: & iracũdus: & properans: ut Iuue. ut amantiũ mos est. ¶ Ad robustum codicê: idest trabes de robore: in quo reuincti pedes habeãtur: unde & codices dicti: uel quia in ceratis tabulis: quç e robore scriberent: uel quod assulis roboris contegantur: uel quod cortex de codicibus eximeret: ubi scriberêt: inde etiã liber nomê hêt. ¶ Ad latomias: idest lapidicinas: uel opus lapidariũ. laas. n. lapis: & tomos sectio dicitur. ¶ Inter uias pbitã. i. ne inter eũdum præueniã: nã bitare sæpe supra ostêsum est: ire ueteres ptulisse. ¶ Quãtç e quãtulis. q magnæ ex paruis. ¶ Cenitæ sunt cenitæ inqt festus credebãtur eê fortiũ deç: qd ienêdi hêant potestatê. tanq ergo illæ fortitæ sunt corpis pceritatê. ¶ Hasce hic pstolabimur. milphionem agorastocles dimittit: ne pluriũ sit cõfusio personarũ: quod & Horatius præcipit: nec quarta loqui persona laboret inquiens.

Codices uñ dicti

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ PRAEstigiator: uafer impostor fallaciis pollês: pstigiæ uaframêta: elusiones: deceptiũculæ. A. Gellius. xii. Hçc mera ueritas tusculani hois egere se multis: & nihil tamen cupere dicentis: plus hercle promouet ad exhortãdã parsimoniã: sustinendãq; inopiã: q græce istorũ Præstigiæ philosophari sese dicentiũ: umbrasq; inanes uerboç fingentiũ: qui se nihil hêre: & nihil tñ egere: ac nihil cupere dicuntq & habendo: & egêdo: & cupiêdo ardeãt. pstigiatrix in Amphi. q nouit præstigii artê: qua manuũ agilima agilitate oculos astantiũ perstringentes: uel cõpellũt eos credere quod nõ est: uel re ipsa decipiũt: Horatius de Mercurio Te boues olim nisi reddidisses: Per dolũ amotas puerum minaci: Voce dũ teret uiduus pharetra. Risit apollo: huius nãq; artis inuêtor Mercurius credit. ¶ Molas: pistrinarias. ¶ Ad puteũ legebat Hermolaus: nã ad puteal romæ mansitabãt fœneratores Ouidius: q puteal: ianũq; timent celeresq; kalêdas. Robustũ codicê supplicii genus intellegit: de quo Apuleius in Apologia magiç: O mirũ cômentũ: o subtilitas digna robore: & carcere: Val. max. lib. vi. De robore inquit pcipitati sunt nã in carcere locus dicitur Festo Põp. quo pcipitabat malefactoç genus: quod ante robusteis septis includebat Plautus ipe in curgul. At ego uos ambo in robusto carcere: ut pereatis: Codicê utro & caudicê noruntomes. ¶ Præbitere inquit Festus Põ. pro præire Plautus posuit. ¶ Threoæ: quidam theoræ tamq; suspectantes: Vnde metheora: qualia scripserunt Aristoteles: & Albertus magnus: Inde metheorologi: utrunq; nec admitto: nec repello. Theoria contemplatio: & intellectus dei; alimonia: & beatitas diuarum animarum.

Præstigiator qui

Robustum quid sit

Præbitere quid sit

Thæoria quid sit

SARACENVS. Fvit hodie: In hac scæna pater suas cõplectitur filias: agorastoclesq; adelsium suam reposcit uxorem. ¶ Oculis epulas dare: Quasi pascant: & foueãt: cũ qpplã uideant quod oblectet.

VALLA. Fvit hodie operæptiũ: ab aphrodisiis domũ redeũtes lenonis puellæ: quæ uiderint dum commemorãt ex improuiso patri hãnoni occurrũt: fitq; lçtitia inter omnes cõmuniter. hãnoni: q filias compererit puellis: q patrem nosci tarint, Agorastocli q uoti cõpos extiterit nactus quã adamabat. ¶ Amabilitati animũ addiceret. qui adamare con cupisceret. ¶ Delubrum: qui hodie ornatũ eo uisere uenit. qui uenit eo inquit: ut ornatũ uiseret templũ. Asconius: in diuinationis argumêto sunt: qui inquit têpla esse dicant: singulorum diis attributorũ locorum. Delubra multarũ ædiũ sub uno tecto ac diluuio imutatũ. Alii delubra dicunt ea têpla quibus nũc delubra corporũ abluendorũ more dodonei iouis: aut apollinis delphici i quoç delubris lebetes: tripodesq; uisunt. sunt êt qui delubra ligna delibrata: idest decoriata pro simulacris deoç more ueterum posita existiment: sed male. ¶ De amaui ecastor: ualde amaui.

Delubrum quid sit

Adelphasiũ. Anterastilis. Agorastocles. Hãno Pœnus.

Fvit hodie opæptiũ eius, q amabilitati aium addiceret,
Oculis epulas dat, dlubrũ q hodie ornatũ eo uiset uêie.
De amaui ecastor illic ego hodie lepidissima munera meretricum
Digna diua uenustissima Venere, neq; cõtêpsi eius opes hodie.
Tanta ibi copia uenustatũ aderat suo quæq; loco sita nitide,

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ DElubrum templum de cuius uerbi significatu Seruius interprimos Asconius & Macrobius. ¶ Clientarum antique dictum: nam clienta Catoni est: & clientus quandoq; legitur.

¶ MVRrhinusq;

SARA CENVS.

¶MVR rhinusq; odor: Ecce quo pacto nō solū inter dulcia (ut in pseudolo me minimus) sed inter odorata murrhinā posuit. ¶ Festus dies uenus: Lege ueneris. ¶ Pacis potētes: Quia cū nullo fuerat iurgiū: neq; contētio. ¶ Spero equidē: Ordo uerborum est: spero equidem: ut pol ego cognosco (eo sumus genere cum ingeniis: quibus sumus: atq; aliæ gnatæ) ut deceat non esse a culpa castas. ¶ Rebus mis: quia mei: & mis sicut tu: tui uel tis. ¶ Quasq; prima perdidi paruas: Lego quasq; patria perdidi paruas.

Arabius murrhinusq; omnis odor complebat, haud
Sordere uisus est festus dies Veneris, nec tum fanum
Tātus ibi cliētarū erat nūerus, q̄ ad calydoniā uenerāt Venerē
Certo.n.qđ qdē ad nos duas attinuit, præpotēres soror fuim⁹.
Neq; ab iuuētute ibi in ridiculo habitæ, quod pol soror cæteris.
Omnibus factū est. an. malim istuc aliis uideatur, q̄ uti te soror
Collaudes. ad. spo eqdē, & pol ego cū igeniis qbus sumus, atq;
Cognosco, eo sumus gnatæ gēe, ut deceat a culpa eē nos (aliæ
Castas. pœ. Iuppiter q genus colis, aliisq; hoīum, p quē uiuim⁹
Vitale æuū, quē penes spes, uitæq; sunt hoīu; oīum, da diē hūc
Sospitē quæso rebus mis agūdis, & quibus annos multos carui,
Quasq; prima perdidi paruas, redde his libertatem, præmiū
Inuictæ, ut esse sciam pietati. ag. omnia faciet faxo iupiter.
Nam mihi est obnoxius, & me metuit. pœ. tace quæso. ag. ne la
chruma patrue,
Ad. Vt uolupest hoī mea soror, si qđ agit, cluet uictoria,
Sicut hodie nos inter alias præstitimus pulchritudine.
An. Stulta soror es magis q̄ uolo, an uero pulchra uidere obse/
Si tibi illic nō os oblitū ē fuligine? ag. o patrue, o patrue (cro,
Mi patruissime. pœ. quid est fratris mei gnate? qduis? expedi.
Ag. At.n. uolo hoc agas. Pœ. at enim ago istuc. ag. patrue mi
patruissime.
Pœ. Quid est? ag. est lepida & lauta, ut sapit? Pœ. ingenium pa
tris habet, quod sapit.
Ag. Quæres iamdiu ædepol sapientiam tuam. pœ. ecquid
Abusa est? ag. nunc hinc sapit, hinc sentit, quicquid sapit meo
amore sapit.
Ad. Non eo sumus genere p gnatæ, tametsi sumus seruæ soror,
Vt deceat facere nos quicq̄ quod hominum quisq̄ irrideat.
Multa sunt mulierum uitia, sed hoc e multis unum maxumū est,
Cum sibi nimis placent, nimisq; operam dant ut placeant uiris,
Nimiæ uoluptati est quod in extis nostris portentū est soror.
Quodq; haruspex de ambabus dixit. ag. uelim de me aliquid
quod dixerit.
Ad. Nos fore inuito domino nostro diebus paucis liberas.
Id ego nisi quid dii, aut parentes faxint, quid sperē haud scio.
Ag. Mea fiducia hercle haruspex patruelis promisit scio
Libertatem, quia me scit hanc amare. ad. soror sequere hac. an.
sequor.
Pœ. priusq̄ abeunt, si uis clama has. ag. nisi piget consistite.
Ad. Quis reuocat? ag. q bū uolt nobis facere. ad. facet ē occasio
Sed quis hō hic est? ag. amicus uobis. ad. q qdē inimicus nō ē,

VALLA.

¶ARAbius. qa ex arabia p̄sertim fœlici odoratarū rerum fere uis magna adducit. ¶ Murrhinusq; omnis odor. qđ nōe a myrrha myrrinus ue tustissimi uertēdo in ipsilōu murrinū dixere. ¶ Pacisq; potētes. q̄ potuimus pacē ueneris cōseq. ¶ Mali istuc aliis uideat: subaudi ut lauderis q̄ ut te laudes. ¶ Ingeniis qbus sum⁹: atq; aliæ cognosco. nō sum inqt ita rerū imperita. ut nō nouerim nos alio eē ingenio: q̄ aliæ sint mulieres. ¶ A culpa castas. i. uacare culpa: q̄si casas. ¶ Viuimus uitale æuū. uiuimus q̄tū hæc corporis uita p̄mittat. ¶ Rebus mis agūdis. Nam ego mei: uel mis facit. ¶ Inuictū p̄miū: qđ fortuna nulla eripiat: uel ita legendū: redde his libertatē inuictā: ut deinde subsequatur p̄miū ut eē sciam pietati: quo norim inquit piis hoibus dari p̄mium. ¶ Cluet uictoria. i. euenit. ¶ Præstitimus pulchritudie: excelluim⁹. ¶ Nō os oblitū est fuligine. ¶ Non inquatū & fuligine ab eo qđ est oblino: solent eni mulieres pingere: ut Iuue. ille supciliū magis a fuligine tinctū: aliq̄ p̄ducit acu: id medici docent: p̄sertim ubi de pice loquunt Dioscorides aetius. ¶ Sapiētiā tuā ecquā abusa est. iā pridē tua inqt: nō utit sapiētia: sed eā sapientiā a me hēt. ¶ In extis nris portēstust: In hostiis nris est significatum. Si uis clama has. pro ad has.

VGOLETVS ET GRAPA.

¶ARAbius. Arabii: odores ubiq; cōmendant. Thus: myrrha: ex qua stacte spontanea sudans: & ladanū. cinamomū: calamus: & Iuncus odoratus. Apuleius i ultimo asini aurei: Spirans Arabiç fœlicia germina: & in floridis odorū inquit diuites Arabas: Triplex autē Arabia sed magis inclyta: q̄ a græcis Eudemō: a nostris felix beataq; nuncupat aromatifera plurimū: ut inquit Strabo ligna arabiæ non alia in usu quoq; q̄ odorata cibos sabei coquunt thuris ligno: & alii myrrhæ: ut scribit plini⁹. ¶ Calydoniam sicut dicimus Gnidiam: Cypriam: Golgicā: Erycinam: Cythercam: Idaliā: Castnectin: Acydaliam: nisi hæc fortasse a curis amantium. ¶ Cluet: fit ut supra. ¶ Fuligine ad denigranda supercilia iuxta illud satyrographi: Ille supercilium madida fuligine tinctum: Obliqua producit acu: pingitq; trementes: Attollens oculos: Calliblephara quoq;: quibus additur fuligo ut inquit plinius: dilatandis: ornandis: uenustandisq; conferunt palpebris: fuligo ipsa fit e resina: uel pice exustis in officinis fumum cum non emittentibus: quæ efficatior est: concrescit & in balneis: & fornacibus: qua utuntur ad uolumina scribenda: plinius auctor.

Arabia triplex

Fuligo qd fit

Bonus est hic bō.ag.mea uoluptas.ad.pol istū malim,ꝙ malū.
Ag.Siqdē amicitia ē habēda,cū hoc habēdū ē.Ad.haud pcor.
Ag.multa bona uobis facere uolt.ad.bonus bonis benefeceris.
Pœ.Gaudio ero uobis.ad.at nos ædepol uoluptati tibi.
Pœ.Libertatiꝗ.ad.isto pretio tuas nos facile feceris.
Ag.Patrue mi ita me di amabunt,ut ego si sim Iupiter,
Iam hercle ego illam uxorem ducā,& iunonem extrudam foras,
Vt pudice uerba fecit,cogitate,& commode,
Vt modeste orationem præbuit,certo hæc mea est,
Sed ut astusum aggressus eas?Pœ.lepide hercle,atꝗ cōmode,
Perge etiam,tenta,rem in pauca confer sitiunt qui sedent
Ag.Quid istic,quod faciundū est,cur non agimus?illius os
Volo nunc tene patrue.Pœ.tu frugi si bonæ es.ag.uin ego
Hanc apprehendam?ad.an patruus est agorastocles tuus hic?
Ag.iam faxo scibis,nunc ego pol te ulciscar probe.
Nam faxo mea eris sponsa.Pœ.ite in ius ne moramini
Antestare me,atꝗ duce.ag.ego te antestabor,postea
Hanc amabo,atꝗ amplexabo,sed illud quidem uolui dicere,
Imo dixi hercle quod uolebam.Pœ.moramini?in ius uos uoco,
Nisi honestiust prehendi.ad.quid in ius uocas nos?quid tibi
Debemus?ag.dice illi.ad.etiam ne meæ in me latrant canes?
Ag.at tu hercle adludiato,dato mihi prooffa sauium,
Pro osse linguam obiicito,ita hanc ego canem faciam tibi oleo
Tranquilliorem.Pœ.ite sultis.ad.quid nos fecimus tibi?
Pœ.Fures estis ābæ.ad.nos ne tibi?pœ.uos iq̄.ag.atꝗ ego scio
Ad.Quid id furti est?ag.hūc rogato.pœ.qa ānos multos filias
Meas cælauistis clam me,atꝗ equidem ingenuas,liberas,
Summoꝗ genere gnatas.ad.nunꝗ ecastor reperies
Tu istuc probrum penes nos.ag.da pignus,ni nunc peieres,
Sauium uter utri det.ad.nihil tecum ago,abscede obsecro.
Ag.atꝗ hercle mecū agēdū est tibi,nam hic patruus est meus,
Pro hoc patronus sim necesse est,& prædicabo quo modo
Vos furta faciatis multa,quoꝗ modo huius filias
Apud uos habeatis seruas,quas ex patria liberas
Surruptas esse scitis.ad.ubi sunt eæ? aut quas obsecro
Satis iam maceratæ.Pœ.quin eloquar.ag.censeo ergo patrue.
Ad.Misera timeo quid hoc negocii sit mea soror,
Ita stupida sine animo asto.Pœ.aduortite animum mulieres
Primum,si id fieri possit ne indigna indignis di darent,
Id ego euenire uellem,nunc quod boni mihi di danunt,
Vobis,nostræꝗ matri,eas Dis est æquom gratias
Nos agere sempiternas,cum nostram pietatem approbant.
Decorantꝗ di immortales.uos meæ estis filiæ ambæ,
Et hic cognatus noster huiusce fratris filius.
Ad.amabo num hi falso oblectant gaudio nos?ag.at me ita
Di seruent,ut hic pater est uoster,date actutum manus.
Ad Salue insperate nobis pater,te complecti nos sine.
Te cupite,atꝗ expectate.an.pater salue,ambæ filiæ
Sumus,amplectamur ambæ.ag.quis me amplectetur postea?
Pœ.Nunc ego fortunatus,multorum annorum miserias

SARACENVS. ℂPOST istum malum: Legendus est pol istum malim: uel istuc. ⁋ Inlusos uolo: nūc tene patrue: Non est mirum: si plautina lectio in plerisꝗ locis se offarat duriuscula: quod maxime sit ex uiciato interlocutorum ordine: ueram hanc lectionem affirmem: ut primū tamen pœnus loquatur: illusas uolo nunc: uel illudi eas uolo nunc: & deinde agorastocles: teneo patrue: idest intelligo quid tandem uelis: quod autem filias primū illudi uelit: ex ipsius uerbis infra clare liquet. ⁋ Antestabor: Quid sit antestari sæpe dictum est. ⁋ Etiam ne meæ latrant canes: Nam maledictis eas incessabant prour latratu canes. ⁋ Adludiato. Idest canibus ipsis applaudito. ⁋ Quid furti estis: rectius quid id furti est? ⁋ Vter urridet: Vter utridet. ⁋ Priusꝗ te mihi desponderint: potius legēdum arbitror: priusquā me tibi desponderit. ⁋ Sperate salue omitte salte tua littera e nolo ego istuc enicam condamus alter alterum ego in neruū brachialem: Sensus horum uerborum fiet planior: si modo inuersas literas cōponamus. uel paucis additis: loquitur primus adelphasium: sperate salue: deinde agorastocles: omitte salutem te amplectar: uel sine saltem te amplectar. Ad. nolo ego istuc: enicas: quia fortassis illam nimium osculabatur: uel manibus attrectabat: condamus alter alterum: ergo in neruum brachialem: hoc est mutuo brachiorum nexu: & quasi brachiali uinculo connectamur: & si brachiale proprie ornamētum brachiorum dicatur. ⁋ Quibus nunc in terra melius est? Cum interrogatione legendum est: quasi nulli aliū fœlicitas maior. ⁋ Numero: Nimium cito.

Brachiale quid sit

VALLA. ℂHAVD deprecor: idest non recuso: non refuto. nam deprecari & ualde depcari: & refutare est. ⁋ Vt astutus aggressus eas: idest ut adiui illas cum astutia. ⁋ Vin ego hanc appræhendam. subaudi adelphasiū. ⁋ Antestante me. non enim in ius trahi potuerat: nisi antestaretur quispiā: hoc supra abūde: qd sit antestari dictū ē. ⁋ Etiā ne meæ latrāt canes. Hoc prouerbialr dictū i illos: q aduersū suos loquunt. ⁋ Pro offa sauiū. qa ut offa ori inferit. ita & sauiū ori adhibet. offa qcqd in iure aliquo intumescit: uel qcqd oio turget citra figurā ullā: ut Iuue. illud in patruo sises effunde re tossas. Et rursū: liuidā tu moribus offā: & puerbiū illud: nescis qd distet iter os & offā. ⁋ Oleo trāqliorē: quo oēs solemus mitigare iflāmationes. ⁋ Ite sultis. si uultis. ⁋ Fures estis ami

Offa qd sit

bæ.licet

Nunc hac uoluptate ſedo.ad.uix hoc uidemur credere.
Pœ.Q ui magis credatis dicā,nam noſtra nutrix primulum
Me cognouit.ad.ubi amabo ē?pœ.apud hūc ē.ad.q̄ſo q lubet
Tam diu tenere collum,priuſq̄ te mihi deſponderit?
Ag.Omitto.ad.ſperate ſalue.ag.omitte ſalutē,ampleƈtere.
Ad.Nolo ego iſtuc,enicas.ag.condamus alter alterum
Ergo in neruom brachialem.quibus nunc in terra melius?
Ad.Eueniunt digna dignis.Pœ.tandem huic cupitum cōtigit.
Ag.O appella,o zeuſis piƈtor,cur numero eſtis mortui
Hinc exēplum ut pingeretis,nam alios piƈtores nihil moror.
Pœ.di.dæq; omnes nobis habeo merito magnas gratias
Quom hac me lætitia tanta,& tantis affeciſtis gaudiis,
Vt meæ gnatæ ad me redirent in poteſtatem meam.
Ad.mi pater tua pietas plane nobis auxilio fuit.
Ag.Patrue in memoriam habeas,tuam maiorem filiam
Mihi te deſpondiſſe.Pœ.memini,& dotis quid promiſerim.

bæ.licet hic & hæc fur dicatur: ueteres tū hic fur.& hęc fura ab antiqua græcorum lingua: qua for dicebaƭ. Patronus ſim:quia patruus meus eſt patrociniū eius mihi ſuſcepi.⸿ Hac uoluptate ſedo.reficio multorū miſerias annorū:quod uos filias meas reperi.⸿ O appella zeuxis piƈtor: cur nūero eſtis mortui.Cur tā ciro mortui eſtis. Appellex ſui tpis piƈtor inſignis.Pli.uerum & omnes prius genitos:futuroſq; poſtea ſuperauit appelles: eo uſq; olympiade cēteſima.xii. in piƈtura pronectus:ut plura ſolus prope q̄ cæteri omnes contulerit:uoluminibus ediƈtis: quæ doƈtrinā eā continens.Præcipua eius in arte uenuſtas fuit cum: eadē ætate maximi piƈtores eſſent: quorū opera cū ammiraretur:collaudatis omnibus: deeſſe iis unā illā uenerē dicebat. quā græci charita uocant:cætera omnia cōtigiſſe. Zeuſis autē eracleotes: qui:ut inqt Cicero:ſuo tpe lōge cæteris excellere piƈtoribus exiſtimabaƭ.Cōplures tabulas pixit:quoq; nōnulla p̄s uſq; nr̄am ad memoriā inqt remāſit.is riſu mortuus:dū rideret effuſe piƈtā a ſe anū.

¶FRVgi a reƈto frugis:etiā ſi frux frugis.M.Varroni:Frugi autē inter monoptota utilis & neceſſarius a frugibꝰ inquit Donatus:unde Piſo frugi cognominatus: & ſeruos gnauos rē dn̄i reƈte curantes:ſobrioſq; frugi dixerunt: nā frugalis uerbum a Quintiliano nō eſt receptū Frugalitas uirtus cōtra nequitiā Ciceroni:mater: ut ille inquit uirtutum:& fere quæ a græcis Sophroſine appellatur:latinis tēperantia:Phroneſeos:hoc eſt prudētię ſalus:& conſeruatio:ut inquit Plato in Cratylo.⸿ Anteſtabor Horati.in ſerm.Caſu uenit obuius illi: aduerſarius:& quo tu turpiſſime magna:exclamat uoce: & licet anteſtari:ego uero oppono auriculā rapit in ius:Plautinus Dorpalus in perſa reſpondens ſaturioni:qui dixerat:ſed ego in ius uoco:nōne inquit anteſtaris Ar ſaturio reſpondet. Tuā ego cauſa carnuſex cuiq̄ mortali libero aures atterā:lege Porphirionē Acronem interpretes horatianos ⸿ Adludiato:blandire: admulce:ne adlatrent.⸿ Offa fruſtulo panis:carnis ue:offa obieƈta cerbero cani inferorū apud Vergiliū.⸿ Clam: a clauibus diƈtū:quibus inquit Feſtus claudimus q̄ celare uolumus.⸿ Patronus: deffenſor:tutor:unde legimus apud Plutarchū:q; Romulus potentes alios legit:atq; patronos appellauit:alios uero clientes:atq; inter ſe magna illos beneuolentia deuinxit.⸿ Scitis.Plagiarii hi dicuntur qui hominē liberum in ſeruitutē trahunt·quiq; emunt quē norunt liberū: tenentq; ut ſeruū: & uendunt:a plagis nomē induū:q; lege fama plagis dānabanƭ: q̄ lex plagiaria diƈta: crimen plagiū: unde Martialis:Plagiarius libros alienos:& carmina pro ſuis recitans.⸿ Oblectāt: recreāt:Cice.pro Archia de litteris loquēs: Adoleſcētiā agūt:ſeneƈtutē oblectāt: Terēnus i eunucho me ſperes:me te oblectes.ſed hic oblectant:cū dixit:reſpexit ad ſignificatū illū uerbi: qd eſt fruſtrando inducunt:auƈtore feſto:uū ſalſo addidit gaudio:Donatus in illo Terentii:Non ne tibi ſatis hoc ſolidum uiſum gaudiū:niſi me laƈtaſſes amantē:& ſpe falſa pduceres: Produxiſſes inquit oblectaſſes:induxiſſes:quę ſignificatio fruſtrationē oſtēdit: Laƈtare eſt inducere in aliquā uoluntatē a laƈtando:unde & oblectare dicit.⸿ In neruū.b.in uincula brachiorū amplexibus heredas uincentibus: iuxta illud Hadriani Brachia:non heredæ:nō uincāt oſcula conchæ: Brachiale uero pars ea manus eſt quā græci carpon uocant:ſed & ornamētū partis eius:ut ab armis armilla:brachiale dici poteſt:neruum uinculi genus ſciunt omnes.⸿ Numero: an q; duo numerū faciunt:nam monas numeri principium eſt.nō numerus. An armonica numerorum ratione diƈtum eſt:de qua Macrobius in illud poetæ:explebo numerum reddarq; tenebris.⸿ Nihil moror: ut Alexander macedo:qui uno Appelle excepto:cæteros omnes piƈtores nihil morabatur ediƈto prohibens: ne quis alius eius imaginem pingeret.

VGOLETVS ET GRAPA.
Frugi qd & unde
Anteſtare quid
Offa qd ſit
Plagiarii qui dicanƭ
Oblectare quid ſit
Brachiale quid ſit

Antamenides miles, & Eidem.

SI ego mnam non ultus fuero probe,quá lenoni dedi,
Tum profeƈto me ſibi habeāt ſcurræ ludificis caueis,
Etiam me ad prandium ad ſe adduxit ignauiſſumus.
Ipſe abiit foras,me reliquit pro atrienſi in ædibus.
Vbi nec leno,neq; illæ redeunt,nec quod edá quicq̄ datur


SI ego mina:Miles qui mulierem alteram anteraſtilem deperibat diutinam lenonis moram execratur: ſed tādem re cognita ſuis fruſtratur amoribus.


SI Ego minam non uultus fuero pro me.omnia in lenonem nunc perimēdum conuertuntur: itaq; miles antamenides: cum lenoni minā dediſſet: quo apud illum ſibi bene eſſet.fruſtratus illa mina abſenti ſuccenſet lenoni: oboritur etiam contentio inter militem:& hānonem:& agoraſtoclem ſuper muliere:qua ſibi potiundum ratus erat miles.⸿ Ludificis caueis:ideſt in theatris:ubi fiunt ludi.ſupra nanq; commonuimus:caueam theatrum dici.⸿ Pro atrienſi:domus procuratore.⸿ Neq; illæ redeunt. Anteraſtilem dicit:& adelphaſium.

SARACENVS.
VALLA.

SARACENVS. **Cortia qd sit** ℭXerē militari tetigero: Hāc labeculā hac mō diluo lectiōe: si semel irat9 tetigero: uel si digito semel militari tetigero: & sermo minitātis ē: & figuratus reticet. n. ex indignatiōe oratiōis reliquū: hāc figurā: ut sępe alibi dicimus apo siopesin. i. reticētiā. ¶ Vt sit merulea: A merula q̄ nigra auicula ē: fecit merulea. ¶ Aegyptii: Aethiopes. ¶ Cortinā: Vas uideo dictū a Plinio: in quo uellera tingi solebāt: qđ cū ex ære tū ex plūbo fieret: fit inqt attramētū apud infecto res ex flore nigro: q adhærescit æreis cortinis: & rursus oleū in cōchas: ant plūbeas cortinas: cato quoq; cortinā plū beā in lacū ponito: quo oleū defluat: uas hmōi tripos quoq; dicebat: idē Pli. ex ęre factitauere cortinas tripodū noie seruius appellauit: i alia significatiōe cortinā: cauernā siue locū: ubi apollinis rūsa dabant: ad quā puella rapta uaticinabat: & ppea q̄si certinā dixit q illic tanq̄ certa rūsa traderent: uel ex græca etymo. q coribi puellæ tenderet: uel ut alii a corio q̄si corinā: nā ex corio prius bubulo post modū ex ære fiebāt: nunc aūt lintea lecticaria: siue sindōes: uulgus nrm cortinas appellāt. ¶ Tenesis arcte: Loqtur antetractilis: nō miles. ¶ Male metuo miluos: Similitudo sumpta a pullis gallinaceis: qui ueniente milnū reformidāt. & subtus matrū alas se recipiūt. ¶ Genus mulierosum: Nā initio datū erat uiris longiores manicas deferētibus: qđ mulierib9 decori eē existimauerūt uestes. s. eas hre lōge: lateq; diffusas: ut oñsum ē in Aulularia: & memoratū ē a Gelio. ppea testat Sueto: pbro datū fuisse caligulæ impatori q hmōi manicatis tunicis uteretur. ¶ Ligula: Et idē lingula diminutiuū a lingua: a pitiorib9 tñ ligula q̄ lingula dictū ē: ut Martialis testat: q̄uis me ligulā dicāt: eqtesq; pfesq;: dicor ab indoctis ligula gramaticis: p gladio lo oblōgo in ligulæ formā facto ueteres ligulā usurparūt: **Ligula qd sit** in q̄ sigñatione capi pōt hoc loco nō idigne: nā acerbe miles inuehit in pœnulū: illūq; cōuiciis: & maledictis obruit tanq̄ homūculū reputās: q ad eius zonulā ueluti gladiolus deferri possit. capit ligula in alia sigñatione a columella p gñe mēsuræ: & itē ab Apitio. **Hallex qd sit** ¶ Hallex uiri: Ecce quo pacto nō appellet uirum: sed ignominiose fecem uiri: & sordes: est enim hallex feculentus salsamentorum liquor ex Pli. qui locutus de muria: & halece inqnit uicium huius est hallex impfecta: nec collata fæx. ¶ Mares hoies: Militares.

Promere, partem prandii pignus cœpi, abii foras.
Sic derisorem ære militari tetigero lenunculum.
Nactus est hominem, mina quem argenti circūduceret.
Sed mea amica nunc mihi irato obuiam ueniat uelim.
Iam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit morula.
Ita replebo atritate, ut atrior multo fiet,
Quam ægyptii, aut qui cortinam ludis per circum ferunt.
An. Tenesis me arcte mea uoluptas, male ego metuo miluos.
Mala illa bestia est, ne forte me auferat pullum tuum.
Vt nequeo satis te complecti mi pater. (mihi.
Anta. Ego me moror ppemodū, hoc obsonare prandiū potero
Sed qd hoc est? qd hoc? quid hoc est? qd ego uideo? quo mō?
Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc congeminatio?
Quis hic homo est cum tunicis longis, quasi puer cauponius?
Statin ego oculis cerno? est ne illæc mea amica Anterastilis?
Et ea est certo, iam pridem ego me sensi nihili pendier.
Non pudet puellam amplexari baiolum in media uia?
Iam ego hercle illum excruciandum totum carnufici dabo.
Sane genus hoc mulierosum est tunicis demisiciis.
Sed adire certum est hanc adamatricem aphricam.
Heus tu, tibi dico tu mulier, ecquid te pudet?
Quid tibi negocii est antem cum istoc? dic mihi.
Pœ. adolescens salue. anta. nolo, nihil ad te attinet.
Quid tibi istanc digito tactio est? Pœ. quia mihi lubet.
Anta. Lubet? Pœ. ita dico. anta. ligula i hinc in malā crucem.
Tu ne etiam amator audes esse hallex uiri?
Aut contrectare, quod mares homines amant.

VALLA. ℭPRO mea parte prandii. i. mina: qnā dedi. ¶ Sic deduxero rem militarē. Ita uilis cere sinā rē mil. tarē. ¶ Nactus est hoiem: subaudi me: & subsanando pnunciādum est. ¶ Circūduceret: falleret. ¶ Meam amicā. Adelphasiū dicit. ¶ Vt fit melātea. i. atrata: nā melas melena melā. i. qđ niger nigra nigrū: a quo melanteus. ¶ Aut qui cortinam ludis per circū ferunt. seruituti mancipatos notat homines: qui turpes humillima etiam exercebant officia. ¶ Metuo miluos: hi nanq; in pullos gallinacios impetum solent facere. per miluos lenonem: & militem dat intelligi. ¶ Obsonare prandium: idest struere parare. ¶ Quasi puer cauponius. Cauponū enim serui: quo fint expeditiores statim tunica totū contegunt corpus. ¶ Nihilipēdier nullo existimari momēto. ¶ Amplexari baiolum in media uia. sarcinarum gestorē: qui se mercede locat ad magna gestanda onera. ¶ Tunicis demisiciis. i. quæ demitti ad imos usq; pedes possunt. ¶ Digito tactio est: quæ tibi licentia ut uel digito hanc liceat attingere. Lingula i in malam crucem. a longitudine tunicarum lingulam uocat. ¶ Alexuiri. quia allicere ad te uiros soles si quidem propius accedens uideris mihi ad mulieres q̄ ad uiros. ¶ Quod mares homines amant. i. militares.

VGOLETVS ET GRAPA. **Morula qd sit** ℭAERE militari: ita scribēdū est ex cod. antiquis: nō ex re militari: ut corrigit Pius: neq; si semel iratus tetigero: uel si digito semel militari tetigero: ut Sarra. delirans corrigit: significat autem se gladio ulturū lenonem: & ludit in uocabulo ære: quo & mina data: & gladius notatur. ¶ Veniat scribendum est ex antiquis cod. & recta grāmaticæ lege non uenire: ut legunt interpretes illi rudes: pius: & Sarra. Morula uersus necessitas scribi cogit: & nō morulea: neq; merulea: ut legunt Pius & Sarracen. interpretes: contra metri rationem: & nigram significat: a moro uidelicet tractum nomen. ¶ Morula: a moro: quod nigrum est cum maturuit: siue rubi uelis: siue celsi arboris. ¶ Cortinas nōnnius generis uasa appellamus: cortinas & cognomento delphicas tripodes dicimus. ¶ Cauponius seruus cauponis uestibus longis supermissitiis.

ℭDEglupta

SARACENUS

¶ DEgulpta: mena: sarapis: senicinctiū: manstruga: balagoras: Adhuc magis pœnulū miles cōiulcis agit: sed ubi senicinctiū legit legēdū cēseo senecinctiū: illī pbro dās: qđ ueste discinctā gestaret: mā̄struga uerbū sardū ē: ut testatur Quin. quo uerbo usus ē Ci. p scauro: quē purpura regalis nō cōmouit: eū sardoꝝ mā̄struga mutauit: & de puicis cōsularibus: res in sardinia cū mastrucatis latrūculis dixit mastruca: siue mā̄struga genus uestimēti est: quo utebant sardi ipsi: utiṫ. n. Plau. hmōi barbaris dictiōībus nō tā iocose q̄ apte: ut decoꝝ sei uet p cōditiōe p̄sonaꝝ: sunt. n. ista dicta couicia tanq̄ in pœnū: & barbaꝝ hoiem. ¶ Amatū. Error ē ex lrē tm̄ mutatiōe: dicēdū amātū: p amas ne tu?

Deglupta, mēna, sarapis, senicinctium,
Manstruga, halagoras, aman tu aptem plenior
Allii ulpici, q̄ sint Romani remiges?
Ag. num tibi adolescens malæ, an dentes pruriunt
Q ui huic es molestus? an malam rem quæritas?
Cur non adhibuisti, dum hæc loquereris, tympanum?
Nam te cinædum esse arbitror magis, q̄ uirum.
Anta. Scin q̄ cinædus sum? ite istinc serui foras
Efferte fusteis. ag. heus tu si quid per iocum
Dixi, nolito in serium conuertere.
Anta. Q uid tibi lubido est obsecro antamenides
Loqui inclementer nostro cognato, & patri?
Nam hic noster pater est, hic nos cognouit modo.
Et hunc sui fratris filium, anta. ita me Iupiter
Bene amet, benefactum, gaudeo, & uolupest mihi,
Si quid lenoni huic obtigit magni mali,
Cūq; e uirtute uobis fortuna obtigit.
Ad. Credibile ecastor dicit, crede huic mi pater.
Pœ. Credo. ag. & ego credo, sed eccum lenonem Lycum.
Bonum uirum eccum uideo se recipit domum.
Pœ. Quis hic est? ag. utrum uis est & leno & lycus.
Ag. In seruitute hic habuit duas filias tuas,
Et mihi hic aurifur est. Pœ. bellum hominem quem noueris.
Ag. Rapiamus in ius. Pœ. minime. ag. quapropter? pœ. quia
Iniuriarum multo induci satius est.

¶ Plenior alii ulpici q̄ romani remiges: Qui allio uictāt ueluti suo peculiari cibo: alliū. n. ulpicū punicū uocāt qđ grçci dicūt aphroscordō: ē. n. mordax: & grane: d ulpico mētio habeť apud columella & catonē in reb9 rusticis Pliniūq;. ¶ Tympanū: Notū est instrm: qđ baculo pulsať. tympanis usi sunt ueteres in sacrificiis mris deū: his curetes: & corybantes tutati sunt Iouē: hic tympanizo tympana pulso: tympanitē hydropisis species Celsus in tertio annotauit. ¶ Rapiamus itus. Legēdū est rapiamus i ius.

Tympanizo unde ueniat

VALLA. ¶ DEgluta mena sarapis. Cōtēnendi cū hęc uerba sunt a degluttiēdo. degluta. mena āt pisciculus: q & menis menidis dr satis uilis Persi9. Menaq; qđ pria nondū defecerit orcha. sarapis: & hoc quoq; aial: & qa carthaginēsis maxime ægyptia tāgit. ¶ Senecinctiū. ab eo qđ ē senex diminutiuū est senecio. Inde aliud diminutiuū fecit senecinctiū. ¶ Mastruga. nam mastrugā inqt Qui. qđ sardū ē illudēs. Cice. ex idustria dixit. p scauro: quē purpura regalis non cōmonit: eū sardoꝝ mastruga mutauit. Et de puinciis cōsularibus res in sardinia cū mastrucatis latrūculis a prætore una cohorte auxiliari gestæ. ¶ Allagoras. fori captator: allo. n. capto: & agora forū. ¶ Plenior alii ulpici: q̄ romani remiges. i. q pl9 alii ulpici comedis q̄ romani remiges, capite. n. refert album: & saporē. Aliter uariū huius meminerūt cato: columella: Pli. hoiem abiectū dat intelligi qđ uilissimis cibis impleteť. Malę an dētes pruriūt: qppe qui inaniter ita p os linguā euoluis. ¶ Dū istęc loq̄reris tympanū. i. postea q̄ gaudes strepitu: debuisti ēt tympanū adhibere: ut magis adhuc obstreperes. ¶ Nā te cynedū eē arbitror. cynedi nāq; nomio docēte ut supra quoq; sępi9 i scænis uersati: & canētes molles uiri dicebanť. ¶ Efferte fustis. Antamēdes ęgrefēs: qđ effœmiatus uocareť seruos citat cū fustib9. ¶ Quia i iura cū multo iduci sati9 ē. Præstat iqt hoiem i ius rape.

Degluta qđ sit

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ DEgulpta: ne ut exquāmatus pisciculus: hūt hęc oia i cōmētariis: e qbus sumes q̄ faciēt ad stomachū. ¶ Tympana crotala cymbalaue cinedis catamitis: semi uiris mollibus dāt tympano triba Plauto: tympanista tympanū pulsitās: ut cymbalista crotalista: κροτο-λιζω grçcis strepo: Tympania i margaritis: & crotalia ex elēchis dici notauim9 in lib. de ptibus ædiū prio. ¶ Aurifur: fur aureoꝝ nūmoꝝ pp trecētos philippos: hac rōne diceť & argēti fur: & gēmisuri sed cur nō & cunnifur: qn̄ ueneris sunt dulcia furta. ¶ Induci iniuriariū: obliuisci iniuriarū: Amnestiā notati inducere est. n. delere oblīare: uñ inductio: abolitio: Trāquillus: inducto priore decreto: uerbū id est iuris tractū ab atramēto: quo lineæ inducunť chartis: ad delēda: quæ scripta: fuerāt inducere etiā dolis circūuenire.

Cimbalista qui

Aurifur q

Inducere quid sit

Lycus. Agorastocles. Hanno Pœ. Antamenides.

DEcipitur nemo quidem mea sententia,
Q ui suis amicis narrat recte res suas.
Nam omnibus amicis meis id demum conuenit,
Vt me suspendam, ne addicar agorastocli.

SARACENVS. DEcipitur nemo: Iam amicos leno consuluerat: an in ius rapi posset q seruulum cum pecunia in domum recepisset suam: qui una omnes in eam sententiam deuenere: ut furti conuinci posset: sed ne in ius trahatur: ultro dimittit puellas sciens liberas.

VALLA. DEcipitur nemo: leno in summam ostenditur uenisse desperationem, cum cæteri exultent lætitia: ut fieri in extrema solet comœdia. ¶ Id demum conuenit: idest controuersiam habet nullam. ¶ Ne addicar: idest seruituti subiiciar agorastoclis.

d

Ag.Leno eamus in ius.Ly.obsecro te Agorastocles
Suspendere ut me liceat.pœ.leno in ius te uoco.
Ly.Quid tibi mecum autem?pœ.quia hasce affirmo liberas,
Ingenuasq; esse filias ambas meas,
Quæ sunt surreptæ cum nutrice paruolæ.
Ly.Iampridem equidem istuc sciui,& miratus fui
Neminem uenire,qui istas assereret manu.
Meæ profecto non sunt.An.leno in ius eas.
Ly.de prandio tu dicis,debetur,dabo.
Ag.duplum pro furto mihi opus est.Ly.sume hinc quidem.
Pœ.Et mihi suppliciis multis.Ly.sume hinc quid lubet.
An.Et mihi quidē mnam argenti.Ly.sume hinc quid lubet.
Collo rem soluam iam omnibus quasi baiolus.
Nunquid recusas contra me?Ag.aduorsum quidem.
Ite igitur intro mulieres,sed patrue,
Mihi tuam,ut dixisti mihi,despondē filiam.
Pœ.Haud aliter ausim.An.bene uale.ag.& tu bene uale.
An.Leno arrabonem hoc pro mina mecum fero.
Ly.Perii hercle.ag.imo haud multo post in ius ueneris.
Ly.Quin egomet tibi me addico,quid prætore opust?
Verum obsecro te,ut liceat simplum soluere.
Trecentos philippos,credo corradi potest,
Cras auctionem faciam.ag.tantisper quidem
Vt sis apud me lignea in custodia.
Ly.Fiat.ag.sequere intro patrue mi,ut hunc festum diem
Habeamus hilarem,huius malo,& nostro bono.
Multum ualete,multa uerba fecimus.
Malum postremo omne hoc ad lenonem redit.
Nunc quod postremum est condimentum fabulæ,
Si placuit,plausum postulat comœdia.



Agorastocles. Lycus. Hanno Pœnus. Adelphasium. Anterastilis. Antamenides.

SCENA SVPERVACANEA. Parūq; sibi cōstans.

Vam rem agis miles,quoi lubet patruo meo
Loqui inclementer?ne mirere mulieres
Quod enim sequuntur,modo cognouit filias
Suas esse has ambas.Ly.hem quod uerbū aureis meas

SARACENVS. ¶QVAsi baiulus: Qui onera ceruice sustinet:ita enim se rem omnem soluturum collo dicit: quasi uelit se suspendere; & laqueo uitam finire: ¶ Arabonem hoc:Forte quippiā : tūc sustulerat a lenone. ¶ Simplum.Nāq dupli mulctabātur fures. ¶ Lignea i custodia: Vel carcere : uel cōpedib?.

VALLA. ¶EAS i ius: subaudi: ut furti luas pœnas assereret manu.Liberas prædicaret. ¶ Duplum pro furto.Quia furti damnatus duplum soluit. ¶ Et mihi suppliciis multis.ob filias:quas diu habuisti meas per singulis duplum. ¶ Sume hinc : idest a corpore meo. ¶ Quasi baiolus qui ferat onera. ¶ Arabonem hoc mina.loco minæ:quā tibi dedi. ¶ Quod abstuli iniquit a te:habebo mihi arram. ¶ Tibi me addico. seruitute mancipio. ¶ Liceat simplum soluere.nempe id ipsum:quod habui. ¶ Credo corradi potest. de meis facultatibus puto abradi posse. ¶ Sis apud me lignea in custodia. idest ut custodiaris : reuinctis in ligno pedib9. ¶ Huius malo:nempe lenonis.

VGOLETVS ET GRAPA. Baioli qui dicantur ¶ Baioli : baiuli:uastazontes: geruli:& persis Gingabæ ferentes onera dicuntur:Baioli inquit festus dicebant antiqui : quos dicimus operarios. ¶ Arra:& arrabo pignus ut supramū Apuleius in asino aureo scribit: Milonem crebriter fœnus exercuisse sub arrabone auri & argenti: multo rectius arra:ut refert. A. Gellius:de qua Plinius iureconsulti.M. Varro. Arrabo sic dicta : ut reliquū reddatur hoc uerbum a græco ἀρραβον. ¶ Duplū sexcentos philippeos quia dupli pœna legū sanctionibus furti puniunt : leno autem simplum reddere uolebat.Dupliones antiqui duplum dicebant:Festus auctor:& a duplo duplarii sunt tradit.M.Varro: quibus uirtutis gratia duplicia cibaria ex instituto dabantur. ¶ Custodia lignea : Numellis : bois:boiciisue neruis:& compedibus ligneis : quæ erunt custodes:ne aufugias.ubi mox in fine dicit Agorastocles lenoni: Vt nam argentum mihi reddas priusq̄ in neruum abducere.

SARACENVS. QVam rem agit : Hæc scænula pacatis: & tranquillis redditis omnibus:finem facit fabulæ.sed hęc cum pręcedenti scæna non nihil ambiguitatis affert : cum quosdam contineat uersiculos : qui magis cum præcedēti scæna conueniant: ut licebit intueri : qui utranq; pensitauerit: hoc idē factitatum fuisse monuimus in Mustellaria. ¶ Qui hasce emi : Pro quibus:ut sæpe alias.

¶Quam

Tetigit? nunc perii, nam unde hæ perierunt? ag. domo,
Carthaginenses sunt. Ly. at ego sum perditus.
Illuc ego metui semper ne cognosceret
Eas aliquis, quod nunc factum est, uæ misero mihi,
Periere opinor duodeuiginti minæ,
Qui ego hasce emi. ag. & tu ipse periisti lyce,
Carthaginenses sunt. Ly. at ego sum perditus.
Pœ. Quis hic est? utrum is est nouelle nouellicus
In seruitute filias habuit duas.
ag. Et mihi aurifur est. Pœ. bellū hominē quem noueris.
Leno rapacem te esse semper credidi,
Verum etiam furacem, qui nouerunt magis.
Ly. Accedam per ego te & tua genua obsecro,
Et hunc, cognatum quem tuum esse intellego,
Quando boni estis, ut bonos facere addecet,
Facite oro ut uostro subueniatis supplici.
Iampridem equidem sciui istas esse liberas.
Et expectabam si quis eas assereret manu.
Nam meæ prorsum non sunt, tibi autem aurum tuum
Reddam, quod apud me est, & iusiurandum dabo
Me malitiosæ nihil fecisse agorastocles.
ag. Quod mihi par facere sit, inde tamen egomet consulā,
Omitte genua. Ly. mitto, si ita sententia est.
ag. Heus tu leno. Ly. quid lenonem uis inter negocium?
ag. Vt minā argētū mihi reddas, priusq̄ in neruom abducē.
Ly. Di meliora faxint. ag. sic es tu ideo, cœnabis foris.
Aurum, argentum, collum, leno scias te debere simul.
Pœ. Quid me hac re facere deceat, egomet mecum cogito.
Si uolo hunc ulcisci, liteis sequor in alieno oppido.
Quantum audiui ingenium & mores eius quo pacto sient.
ad. Mi. pater, ne quid tibi cū istoc rei siet, maxume obsecro.
an. Ausculta soror, i, abi, diiunge inimicitias cum improbo.
Pœ. Hoc agesis leno, q̄q̄ meruisse te ut pereas, scio,
Non experiar tecum. ag. neq; si aurum mihi reddes meum
Leno quando ex neruo emissus compingare in carcerem
Ly. Iam autem, ut soles, ego pœne tibi me purgatum uolo.
Siquid dixi iratus aduorsum animi tui sententiam,
Id uti ignoscas quæso, & cum istas inuenisti filias
Ita me Di amēt, mihi uoluptast. Pœ. ignosco, & credo tibi.
an. Leno tu aut amicā mihi des facito, aut auri reddas mnā
Ly. Vin tibicinā meā habere? an. nihil moror tibicinā.
Nescias utrum ei maiores buccæ ne, an mammæ sient.
Ly. Dabo quod placeat. ag. cura. Ly. aurū cras stateræ ferā tuū.
ag. Facito in memoria hēas. Ly. miles seqre me. an ego uero se
quor
ag. Quid ais patrue? qū hinc ire cogitas Carthaginē?
Nam tecum una ire certum est. Pœ. ubi primum potero, illico.
ag. Dum auctionem facio, hic opus ē aliquot, ut maneas dies.
Pœ. Faciam ut uis. ag. agens eamus, nos curemus. plaudite.



VALLA.

Vam rem agitis: agorastocles lycum reprehendit: qd is nollet filias patrē sequi. pœnus deniq; postrema i comœdia remittēda lenoni mulctā putat: neq; tam seuiendum q̄ maxime mereri uiderel lycus ad puellas: quam rē agitis inquit: qd seq patrē eas intueretur icrepādo ait: quā rē agitis. ¶ Vnde hæ perierunt. i. cū mortus meæ est a patre istorq; uñ olim perierāt. i. amissę fuerant. ¶ Duo de uiginti minę. decē & octo inquit minæ quas pro istis rei solui perierūt. ¶ Quis hasce emi. quia pro quibus has emi puellas. ¶ Nouelle nouellicus: idest nouo quodāmodo nouus ipse homo. nouus ueteres dixerūt ignobilē. ¶ Vestro subueniatis supplici. mihi succurratis: qui sum uobis supplex. ¶ Ego met consulam: idest cōsultabo: quid sit equum me facere. ¶ Inter negocium. Dum his angor malis. ¶ Dii meliora faxint. q̄ subaudi: ut in neruum adducat. idq; prouerbialiter dictum est. ¶ Aurum argentum collū. Aurū mihi: quod accepisti a uillico. argentum militi: qui dedit minas. Collum hannoni: cuius ingenuas mercatus es filias. ¶ Litis sequor. Cū sim inquit in aliena ciuitate conducibile mihi non est: ut feram lites. ¶ Non audiui ingeniu: & mores. cuiusmodi isti sint opidani mihi non liquet. ¶ Disiunge inimicitias cum improbo: noli inimicitias improbi tibi irritare. ¶ Non compingere in carcerem: non mea inquit causa detrudere in carcerem. ¶ Nihil moror tibicinam: nolo mihi tibicinas dari. ¶ Nescias. utrū ei maiores buccę an māmæ siēt. Nō possis satis cognoscere: cū inflat tibias maiores ne buccas an mā̄mas hēat. Buccæ singulis sūt hoib⁹ binę. Pli. Nec genę qdē oib⁹: nō neq; nictanōcenis: q̄ aial gñant grauiores alitū iferiore gena coniuēt. eędē nictātur ab angulis membrana obeūt. Colūbæ & similia utraq; conniuēt. At quadrupedes: quæ oua pariuntur testudines: crocodili: inferiore tm̄ sine ulla nictatione: propter prædurōs oculos. Extremum ambitū genæ superioris antiqui cilium uocauere. unde & supercilia hoc uulnere aliquo diductū non coalescit. In paucis humani corporis mēbris. Infra oculos malæ homini tm̄: quas prisci genas uocabāt. xii. tabularum interdicto radi a fœminis eas uetantes. Pudoris hęc sedes. ibi maxime oñdit rubor. Infra eas hilaritates. risumq; indicātes buccę. ¶ Vbi primū potero illico deest ibo: ē. n. elipsis. ¶ Dū auctionē facto. iteratiuū uerbū facto. ¶ Nos curemus. i. corpo⁊ nro⁊ curā habeamus. nēpe ut epulemur. apud. se. n. supra sore hānonē dixerat agorastocles.

Nouellicus unde dicatur

Buccæ quot sint.

VGOLETVS ET GRAPA.
Tangere quid sit.
Nouellicus q dicatur.
Neruum quid sit.
Buce quę dicantur.
Intricatum quid sit.
SARACENVS.

¶ TEtigit. Tãgere est ferire: cõmonere Nonius auctor: Lucretius de deo. nec bene pro meritis capitur: neq̃ tãgitur ira. Duodeuiginti: decẽ & octo: dẽptis. s. duabus minis ex uiginti: frequens loquutio: undeuiginti: duodeuiginti: & id genus alie. Horatius: undeoctoginta annos natos. i. septuaginta nouẽ. dẽpto uno de octoginta. ¶ Nouellicus a nouello: nouelle nouiter: nouellare nouas uites pãgere Suetonio: ut Renouellare Columellæ nouellatas repangere. Nam agrũ noualẽ nõ ẽ: q nesciat. ¶ Neruũ appellamus ẽt inqt Festus Põp. ferreus uinculũ: quo pedes: uel ẽt ceruices impediuntur: unde dicebat Cato: fures priuato℞ furto℞: atq̃ i neruo in cõpedib⁹ ætatẽ agũt fures publici i auro: atq̃ i purpura: Apuleio ãnullati pedes. i. catenis ex annlis cõtextis uincti: de seruis dicitur. Rei litis: Ausonius: Imperiũ. litesq; uenerẽ: cur una notat res. ¶ Nihil moror nõ curo: Plauto frequẽs loquutio. ¶ Buccę isra malas homini sunt: has tibicines: & id genus reliqui inflãt. irati quoq̃: Horatius: qn illis iuppiter ambas: iratus buccas inflet: inde buculenti magnis buccis: ut buccones Plinius. xi. Infra oculos malę homini tãtũ: quas prisci genas uocabãt: & mox infra eas hilaritates: risumq̃ indicãtes buccæ: Buccã os ipsum dicimus: ut Cicero in epistolis ad atticũ. ¶ Intricatũ: iplicitũ: ipeditũ a tricis: de qbus supra nũ tricinare: ipedire: morari Nonio: & tricones morosi: & ad reddẽdũ duri: difficilesq̃.

IN PERSAE ARGVMENTVM.

ABsente domo hero Timarchide liberam mulierẽ amat toxillus seruus: quã leno dordalus dare renuit: nĩ dentur numerati sexcenti nũmi: amator sodalẽ seruũ conuenit sagaristũ: amores illi suos palã facit: opes petit: ipetratq̃: huic nãq̃ erant ab hero forte pecuniæ: ut ex illis boues emerẽtur: hos nũmos mutuos dat sodali suo. qbus ille ab lenone suã sibi recipit amasiã: & ut ab eo datã uendicet pecuniã: hãc cõmentat̃ fallaciam: subornat uirginẽ persam saturionis parasiti filiã: simulatq̃ puellã ab hero missam ex arabia: ut athenis ueneat: sagaristũq̃ aduenientẽ aduenã: hic cũ lenone paciscit̃ mulierẽ sexagita minis: soluta p muliere pecunia. parasitus aduenit: filiã suã liberã asserit: & remittit domũ: lenonẽ in ius uocat: q emerat igenuã: agnoscit ille se emũctũ pecunia: serui obsonãt: & pergræcant̃ simul: aduenientẽq̃ lenonẽ deludũt. suisq̃ hoc pacto toxillus gaudet amoribus.

PRosecto domino: Absente timarchide: qui a ciuitate tũc aberat. ¶ Suos amores: Lẽnestelenẽ puellã. ¶ Virginem raptã: Scilicet psam. ¶ Parasiti: Saturionis. ¶ Filia. Eadẽ uirgo psa pris sua su subornat̃ tanq̃ uenaliticia. ¶ Potãs: Scilicet idẽ toxilus seruus. Dordalum: Lege dordalium. s. lenonem seruorum fallaciis circumuentum.

¶ Argumẽtum in persam.

VALLA.

TOxillus seruus: dño absente amore captus lẽnisi lenẽ eã liberare a dordalo lenone cupiebat: copia nõ erat: seruus alter sagaristio iuenit: quo pacto liberare posset: nã cũ dominus eius ad se misisset pecuniam: ut boues mercaret̃ domitos. is toxilo dedit: ut amicã suã redimeret: toxilus parasiti Saturionis filiã subornatam persam emẽdam dordalo prebet. is emit: parasitus adest: q filiam suam abducit ea pecunia: qua persa empta fuerat redẽpta lennisi lene. Dordalus deceptus: & persa priuatus est: & muliere.

M. ACCII PLAVTI PERSA. ARGVMENTVM.



PRosecto domino, suos amores Toxilus
Emit, atq̃ curat leno ne emittat manu,
Raptáq̃ ut tu is emat de prædone uirginẽ
Subornatam suadet parasiti filiam.
Atq̃ ita intricatum ludit potãs dorpalum.

¶ Nominum etymologiæ.

SAgaristio. qa sagaris ligua psica ensis. & sagaris phrygię fluuï dict⁹ a sagari midæ filio regis phyrgię. & qm phyrges plerīq̃ seruitutẽ seruiẽte: idẽ sagaris serui: le nomẽ. ut apd Vir. ęneæ seru⁹: cũ iqt: sagaris: pheeusq̃ ferebãt. ¶ Toxilus. qa gręcę toxõ dr̃ arcus. i dordalũ nãq̃ lenonẽ: ut eũ sanciet itẽdit arcũ: ac muliere priuat. ¶ Saturio at pasitus p antiphrasim: qa nunq̃ sat. ¶ Sophoclidisca: q̃si sapiẽtẽ lenã dicas. sophõ. n. sapiẽs & cleos gl̃ia uel clis clidos clauis: qd claues uideat̃ gestare sapiẽtũ. ¶ Pegniũ puer lusorius. pæzo nãq̃ ludo: passiuũ pæzomenũ pegniũ. ¶ Persa: qa se psam. i. a pside adductã. ¶ Dordalus. qa dorõ donũ significat & dalos torris: siue ticio noiat̃: qd toxillo tãq̃ torris e medio abductus flãmis uideret. ¶ Lẽniscelene. Aut a lẽno dici põt aut a lẽniscis fasciolis: de qbus festus inqt. lẽnisci. i. fasciolæ coloriæ depẽdentes ex coronis ppa dicũtur: qd antiquissimũ fuit genus coronarũ lanea℞: greci sũ uocãt ΛΗΜΝΙΣΚΟΝ: qd nostri lẽniscũ: & uoce latina linamẽtũ celsus in septimo. Tũ abora: uel uulsella: uel hamo apphẽsam tanq̃ habenulã excidere: & itus iplicitũ in lõgitudinẽ linamẽtũ lẽniscũ greci uocãt: l aceto tinctũ demittere. supraq̃ succidã lanã aceto madẽte deligare. ergo lẽniscelene a lẽnisco: & lena: qd lenã habeat: tanq̃ lẽniscũ: qd a sophoclidisca tanq̃ lẽnisco utetur ad se tuendã: & instruendam.

Lemnisci g

PRosecto dño: subaudi toxilli. ¶ Suos amores: lẽniscilenẽ. ¶ Emit: subaudi leno. ¶ Atq̃ curat leno: ut emittat manu. Ordo ẽ: & sensus: curat toxillus: ut leno emittat manu: subaudi lẽniscilenẽ. ¶ Raptãq̃: ut emeret de predone uirginẽ. sensus est curauit: ut leno emeret uirginẽ: subaudi psam saturionis filiam: raptam de pdone: q conficta erat de predone sublata. lõ subiũgit subornatam. ¶ Parasiti filiã. nempe saturionis. ¶ Intricatum: inuolutũ. ¶ Potãs in conuiuio crapulatus. ¶ Dordalum: lenonem.

M

Qui amans

SARACENVS

Qvi amans: Nō minus uerā q̄ graui utiẗ q̄rimonia. Toxillus. Seruus:q̄ simul paupta te p̄matur:ˀ& amore:qui sibi labor & ærūna oēs supare uidetur ærūnas herculis.⸿ Cū leone: Duodecim certamina:siue labores herculē ferẗ euristei mandato strēnue cōfecisse:tanq̄ ad oia patum subeunda picula:ut ipse de se testaẗ apud senecā in sui nois tragœdia: ubi cōquerit̄ pro tot laboꝝ mercede sibi cœlū sero promissum dari:oium certaminū primū fuit. Nęmei leonis cōficiēdi labor. Quē:cū preter modū ingēs esset:nec ferro:nec lapide uulnerari posset:māibus app̄hēdit:ac suffocauit. Scd̄m interitus hydræ lernæ:ex cuiˀ corpe cētū p̄dibāt serpētū capita.quoꝝ singulis cesis duo renascebātur:ob quā rē minime uinci posse uidebat:cū ps altera ualidior redderet̄:hāc hydrā latini excedrā uocāt:quā difficultatē sua ēt sapia superauit: Tertius extitit labor.ut aprum erymantheū archadiæ uastātem agros uiuū afferret:cum quo ēt prudētia certauit:ut uiuā beluā sup hūeros ad eurystaeū deferret:de cerua aūt q̄ntus dr̄ labor:demandatū siqdē herculi fuerat: bæluā uelocitate eximiā captam adduceret:hoc certamē absoluit igenio:alii enı̄ dormiētē ab eo app̄hensam fuisse:alii rętibus captā:alii cōtinua p̄secutione fessam:hos igiẗ labores herculis ex multis plautinus amator cōmemorat:quos oēs anteit amātis labor: p̄sertim cū premaẗ inopia in eo assequēdo:qd̄ cupit.⸿ Cū auibˀ stiphalicis. Et hic quoq; fuit sextˀ labor: ut aues ex stimphalica palude pelleret:q̄ fructus uicinarū regionū deuastabāt:q̄ cū ui superari non possent:ingenio opus fuit. Tabulā æneā pauit:q̄ repcussa ingēti sonitu uolucres ad fugā cōpulit:& hoc pacto paludē ab auiū molestia liberauit.⸿ Cū antæo:Et id pro decimo certamine ānumeraẗ fuit herculi ab eodē eurystæo iniūctū ut geryonis boues:q erāt in hiberia:ad se adduceret:nauigās i libyā antæū magno corporis robore:ac palæstra p̄clarū ad singulare certamē p̄uocatū iteremit:hæc oia:cęteraq; herculis gesta apd̄ Diodoꝝ īuenies lōgiˀ explicata. Quasi lippo oculo:Nā q lippitudinē patiūẗ:frequētissime oculis māus admouēt. Quinimo:ut nō sępius attrectēt:cōtineri nō possunt.⸿ Ferreū ne.pp cōpedes:uel cathenas.

Nemei leonis interitus

Antęi interitus

PRIMVS ACTVS.

Toxilus. Sagaristio, serui duo.

Qvi ámás egēs ingressus ē pŕiceps ī amoris uias,
Superauit ærūnis suis ærumnas Herculis.
Ná cū leóe, &cū excetra, cū ceruo, cū apro ætolico.
Cū auibus stymphalicis, cū antæo d̄luctari maueli,
Quam cum amore, ita fio miser quærendo argēto mutuo.
Nec quicq̄ nisi, non est, sciunt respondere, quos rogo.
Qui suo hero seruire uolt bene seruos seruitutem, næ
Ædepol multa illum in pectore collocare oportet suo,
Quæ hero placere præsenti atq; absenti censeat.
Ego neq; lubenter seruio, neq; satis sum hero ex sentētia.
Sed quasi lippo oculo me meus herus utitur, manum
Abstinere haud quit tamen, qn mihi imperet, qn me suis
Negociis præfulciat. Sa. quis illic est, qui cōtra me astat.
To. Quis hic est qui cótra me astat? similis Sagaristionis ē.
Sa. Toxilus hic qdé meus é amicus. to. is est p̄fecto. Sa. eum
Esse opinor. to. cógrediar. Sa. cótra aggrediar. to. o Sagaristio,
Di amēt te. sa. o toxile dabūt di q̄ exoptas, ut uales?
to. Vt queo. Sa. qd agitur? to. uiuitur. Sa. satin ergo s̄nia?
to, Si eueniunt q̄ exopto, satis. sa. nimis stulte amicis utere.
to. Quid iā? sa. qa iá iperare oportet. to. mihi qdé tu iam
Eras mortuus, quia te non uisitaui. sa. negocium
Ædepol. to. ferreum fortasse. sa. plusculum annum fui
Præferratus apud molas tribunus uapularis. to. uetus

Vt amās. toxillus & sagaristio serui inter se cōueniunt quo pacto possint pecuniā iuenire:q̄ lēniscalene a lenone libereẗ toxilli amica:ut eadē postea pecunia a lenone auferaẗ p dolos:ut se p̄sam emere existimet captiuā:et emat pasiti filiā.⸿ Pŕiceps i amoris uias. primˀ ad amādū.⸿ Ærūnas herculı̄: q̄s Diod. & Ouid. & plerīq; alii duodeci eē tradiderūt: & his carminibˀ:q̄ Vir. d̄putaẗ. Pria clionei tolerata erūna leōis. Proxima lerneā ferro:& face cōtudit hydras. Mox erymantheū uis tertia perculit aprū. Aeripedis q̄rto tulit aurea cornua cerui. Stimphalidas pepulit uolucres discrimine q̄nto. Threiciā sexto spoliauit amazona balteo. Septima i argeis stabulis ipēsa laboris. Octauo expulso nūeraẗ adorea tauro. In diomedeis uictoria nona q̄drigis. Geryone extincto decimā dat hyberia palma. Vndecimū mala hespidū distracta triūphū. Cerberus extremi suprema ē meta laboris.⸿ Et cū excedra.i.hydra. Ser. in. vi. æne. hydrā dicit quæ fuit in lerna argiuoꝝ palude:sed latine excedra dr̄: qd̄ uno cęso tria capita excrescebāt. Cū antheo:cuius Lucanus multis uersibˀ fabulā cōplexus ē.⸿ Neq; satis sū hero ex s̄nia.i. quēadmodū herus uellet.⸿ Suis negociis p̄fulciat.i. p̄ficiat ita:ut fulcimē me hēat.⸿ Vt q̄o.i. ut facultates meæ: ut me curę p̄mittūt.⸿ Satin ex s̄nia. an satis:ut cupis.⸿ Eras mortuus. putauerā te mortuū esse: qa te non uiderā.⸿ Negociū. ædepol. subaudi fuit in cā. estq; elipticos dictū.⸿ Ferreū fortasse negociū inquietū forte fuit:qd̄ cathenis reuinctus es ferreis.⸿ Pluscului annum. Aliquanto plus qua sit annuū tēpus.⸿ Fui p̄feratus. apud molas. Ferro uinctus in pistrino ad molendū.⸿ Tribunus uapularis. iucundissime:& comicisse.⸿ Tribunus inquit fui. nō qui aliis tribuerē:sed cui tribueretur.i. qui flagris cōtunderer. uapularis qui uapularē.

VALLA.

⸿ PRINceps. primus añ oēs: nō p̄ceps:ut emēdāt nōnulli: Virg. pŕiceps ardētē cōiecit lāpada Turnˀ.⸿ Excetra: hydra lernea Cicerōi ēt:q̄ echidna Ouidio ab echidna: ex q̄ & Typhaone nata crediẗ Hesiodo. notissimæ sunt hæ erūnę herculeę:& auctoribˀ cātatissime: ita ut nr̄e iterp̄tatiōis n̄ egeāt id horę: locīq;.⸿ Lippo: lippiēti: hoc ē lipitudine deformato: quo utimur: ut possumˀ.⸿ Tribunˀ uapularis: e tribu uapulātiū: addictusq; uerberibˀ: ut tribuni militares militię: Tribūi militū iqt. M. Varro: q̄ terni tribˀ tribˀ Rāniū: Luceꝝ: Titiēsiū ad exercitū mittebant: Vegetiˀ dictos existiat: q̄ iura tribuebāt militibˀ: Vn̄ resignatū ęs dr̄ militi: cū ob delictū aliqd̄ iussu tribūi militū: ne stipēdiū ei deẗ i tabulas referẗ: Rufuli dicti: q i castris cōitiati: q rōę cōitiis creabāẗ. Fe. Rufuli appellabāẗ tribūi militū a ɔsule facti. n̄ a pplo: d̄ quoꝝ iuẗ: qa Rutiliˀ rufˀ legē tulerit: Rufalli: ac pˀ Rutili sūt uocati d offīō trib. mil. Marc. ff. d re mi.

VGOLETVS ET GRAPA.

SARACENVS. ℂQVASI titani: Nota fabula est de titanis: qui cum belligerare instituissent cum diis: ad terram fulmine acti sunt: montibus supadditis. At per titanos egregie intelligere possumus quoscunq; diuinę uoluntati aduersantes: qui suis consiliis: & uotis destituti: diuinitus opprimuntur. ⁋ Eleuterium: libertatem: nūc panlarim suum detegit cōsilium: seq; prorsus in amore perditum. ⁋ Reponā: Reddam Seneca ad lucillum: prisci dixerunt id reponi: quod credito

Reponere quid sit.

ri debemus. ⁋ Excoxero: In corde parauero: cogitauero: machinatus fuero.

Lenonem in me graſſari, ſed mulicbri animo ſum tamen,
Vt miſeræ in mentem mihi mortis metus membra occupat?
Tr. Ædepol hoc acerbum, bonũ animũ habe te. Pa. nã obſecro

quam

Vnde animus mihi inueniatur?Tr.ne inquam timete,assidite
Hic in hac ara.Am.quid ista ara plus prodesse nobis potest,
Quam signū in phano hic intus Veneris,quod amplexe modo,
Vnde abreptæ per uim miseræ;Tr.sedete hic modo,ego hinc tamen.
Vos tutabor,aram habete hanc uobis pro castris,mœnia
Hinc ego defensabo præsidio Veneris,& maliciæ
Lenonis contra incedam.Am.tibi auscultamus,& Venus
Alma ambæ te obsecramus aram amplexantes hanc tuam
Lachrumantes,genibus nixæ,in custodiam nos ut tuam
Recipias,& tutere,illos scelestos,qui tuum
Fecerunt phanum parui,& ausi sunt uiolare nos,
Vt hanc tua pace aram amplexæ miseræ ambæ sumus,
Opera Neptuni eiectos,perditos hostes habeas,
Neue iccirco nobis uitio uortas,si quippiam
Minus,q̃ decet lautum arbitrare.Tr.æquom has petere intellego,
Decet abste id impetrari,ignoscere his te conuenit.
Metus has,id faciant,subigit,te ex concha natam esse autumant.
Caue tu harum conchas spernas,sed optume eccum exit
Senex,patronus mihiq; & uobis.

quā in partē ingredi psequmur.ignoramus quorsum nobis tendēdum sit. ⁋ Tāta importunitas:tantaq; iniuria aduersum nos.qppeq; ex tēplo extrahimur. ⁋ Is nāq; scelest9: subandi lēo. ⁋ Sacerdotis manum preceps reppulit.Impetu irruens manū inquit sacerdotis ueneriç:a qua defendebamur:refecit. ⁋ Absigno intimo.Intima ptesta tuæ. ⁋ Vis ne opprimat.i.uiolētia sugillet. ⁋ Quç uis.Verba sūt trachalionis ad mulieres. ⁋ Vim mihi afferat haec palæstra. ⁋ Ah desine.Noli in te desçuire. ⁋ Acta hæc res est.Sumus extinctę. ⁋ Hunc acerbum bonum animum habete : hunc inquit animum: quem acerbus habetis:mitigate:& bonum facite. ⁋ Intus mihi inuenitur intus:idest in nobis ad meas mentem inuenitur. ⁋ Abreptæ:subaudi ab lenone. ⁋ Pro castris:loco castrorum: quādoq; ante castrauit pro foribus : ante fores. ⁋ Contra incedam. aduersabo. ⁋ Et Venus alma . Lucretius . Aeneadum genitrix hominum:diuumq; uoluptas:Alma uenus.Et Vir. Alma uenus phyrgii genuit simoentis ad undam . Diuus Hieronymus in mathaū euangeliū.capi.primo.Virgo hebraice bethula appellatur:quod non scribitur in propheta:sed pro eo positum ē halma quod prçter.lxx.omnes adolescentulam transtulerunt.porro halma apud eos ambiguum. dicitur enim & adolescentula: & abscondita:ergo halma non solum puella:uel uirgo: sed uirgo abscondita dicit:& secreta:quæ nunq̃ uirorum patuerit aspectibus:sed magna parentum diligentia custodita fit.Lingua quoq; punica: quæ de hebræorum fontibus ducitur:proprie uirgo halma appellatur : in nostro quoq; sermone halma dicitur sancta . ⁋ Genibus nixæ.i. geniculatæ . ⁋ Fecerunt phanum parui cispellas tueare : uosq;. Qui paruifecerunt tuum templum citro repellas:& nos defendas . ⁋ Obsedere amplexæ:quç mulieres inquit tuam aram fore sibi auxilio sperātes amplexæ tuearis. ⁋ Opera neptuni incolumes.quæ a neptuno sumus liberatæ : uel legas uuidç ambæ sumus:idest madulç ambæ sumus ex naufragio. ⁋ Noctu:noctu:idest extrema nocte:uel scribe:usc bene habeas. ⁋ Aequum has petere intelligo:idest mea quidem sententia æquum petit. ⁋ Bene esse lautas: in aquis diu uersatas. ⁋ Te ex concha natam esse autumant.De concha enim marina quidam:ut ex spuma Hesiodus natam uenerem ferunt:cum saturnus cœlo patri præsecuisset genitalia: eis in pelagus proiectis nata uenus. Veneris ortus.

⁋ VIDVVS:priuatus:Horatius uiduus pharetra:risit apollo: Apuleius Diophanes ille chaldeus egregius:mente uiduus Viduitas priuatio:ut Catoni uiduertas uti uiduertatem inquit:uastitudinemq; calamitates : intemperiasq; prohibesis:defendas:auerruncesq;. ⁋ Acta hçc res est:metaphoricos:& prouerbialiter ueluti cum dicimus: Actū est:ut apud Terentium:simile huic fere:iacta est alea:quod diuum Augustum Cæsare dixisse in transitu Rubiconis refert Tranquillus. At Plutarchus in apophthegmatis πάςƨ-ν.ερριφθωκυθος. ⁋ Miseris:uocata morte;: nullū uotum frequentius:uerum non auscultat: nisi cum lubet:& sæpius non uocata:q̃ uocata aduolat lætiora moestitare ex genuino liuore gestiens:Sententia est. ⁋ Fana templa a fauno:siue a fando:quia inter dedicandum pontifex maximus certa uerba fatur:festus auctor.unde fanaticus:qui in templis furore numinis parcitus uaticinabatur : Satyricus poeta.Fanaticus oestro percussus bellona tuo diuinat:tales græcis Enthei dicuntur : Ennatice Apuleio more furentis furenter ue. ⁋ Concha: Venus apud Papinium inquit in siluis: Hæc & ceruleis mecum consurgere digna: fluctibus: & nostra potuit considere concha.Item: Transferet inq; sua ducet super equora concha. Propertius Erycinam concham:Martialis Cytheriacas dixit conchas: Ausonius.Orta salo suscepta solo patre edita cælo : Aeneadum genetrix hic habito alma Venus: Apelles exeuntem e mari Venerem pinxit eo argumento Anadyomenem appellatam:quam in delubro patris Iulii Cçsaris dicauit Augustus: hinc Ouidius: Si nunq̃ Venerem chous pinxisset Apelles.Mersa sub çquore is illa lateret aquis. Venus nata:& mari prouecta:concha ad Cyprū: ut dicitur:appulit.

VGOLETVS ET GRAPALDVS.

Fana unde dicta.

⁋ Hactenus Grapaldus.plura & alii:& meliora:temporis furta sunt hæc nostra.Scholia:ut occurrebant absq; fuco:absq; ullo loliginis succo candide ascripta: Sed & quod uni:& uni:non omnibus dii dedere.canis: prouerbio : ut dicitur:caninam non est.E nostris tamen complures feri ultra quam deceat canes : caninam (proh pudor) adrodunt.Nec caninam mensam lubens accumbit:nec caninam doctrinam usquam admittit. ⁋ GRAPALDVS: Candidæ musarum ianuæ:candidiora penetralia (utcunq;) parcerent uel nominibus Momi maledictores: Sed commune id uitium est : Viuimus in litteris ambitiosa paupertate omnes:& candidatus attū alieno pēdet a suffragio.

SARACENVS.



EXi e phano. Tutatur dęmones puellas a lenonis ui: quē de templo elicit. ¶ Hic nobis cum dis facere postulas: Corrigo sic nobis cum dis facere postulas: & est sermo lenonis conquerentis non posse suas uendicare obstante religione. ¶ Quemuis opulentum: Melior lectio. q̄uis opulentus. ¶ Follem pugilatorium: Pilam uento inflatam Mart. folle decet pueros ludere: folle senes. ¶ Si istas ambas: Scilicet uolueris in libertatem uindicare. ¶ Vos adeo: Alloquitur famulos: siue lolarios. ¶ Murteta: Pro myrteta uerso y in u: quę iuncis iungi solent uelut hęderę arboribus.

VALLA.



EXi e phano. Dęmones cum seruis in tēplum irrūpit in lenonē faciēs cū seruis impetū: ipsumq; ex tēplo eiicit gemibundū: minitabundumq;. ¶ Natum quātū est hoium. pro natorum hominum. ¶ Abite sessum. mulieribus dicit: abeāt: ut sedeāt in ara. ¶ Hunc legirupionem. q rūpit leges. (Legirupio qui sit.) ¶ Sic nobiscum: ut cū diis facere postulas: sic inquit putas. te uiolaturum nos: ut deos uiolas. ¶ Pugnū in os impinge. pugno mystacem cōtunde. ¶ Cū ptio tuo. hoc est ulciscar. ¶ Mihi inuito eripis meminenris. Memēto inqt: q ancillas meas mihi eripis. ¶ Illudq; memineris separatim legendū ē. ¶ Quāuis opulētus. In quacūq; parte s. s diues. ¶ Si tuas eē oportet. Ita inqt feceris: si hę tuę sint mulieres: ac si dicat: tue non sunt. ¶ In carcerem cōpingi. i. intrudi. ¶ Tecum carcerem cōtriueris. i. & te & carcerem ob uetustatē drueris. ¶ Isti rei auspicaui. i. auspiciū hūi. ¶ Follē pugillatorium faciā. i. follē quo pugilles utunt. follem dicit utrē: quē pugilles incursabāt pedibus. ¶ Huc adeas: argēto est opus. si inqt has adire uelis: cedo mihi pecuniam. ¶ Afferre uim ioculo: hoc uultuose legendū est: qm minitāter se illinc dimissurum ait tales: ut ipse se nosse non possit. ¶ Caput exoculassitis. i. oculis priuaueritis. ¶ Quasi murteta iuncis. ut myrti inquit iuncis alligātur. ¶ Vim obprobas: obiectas mihi hanc esse uim. ¶ Flagitii flagrantia. Quem oportuit ob flagitia conflagrare.

ANSELMVS.

¶ EPIphyllides Georgii anselmi ad Thadeum Vgoletum. ¶ Abite sessum: hoc est in otio esse: & procul a rixa tranquicte. Sedere. n. in antiqs nomismatis captas prouincias cernimus. quin Etrusci: hodieq; sedere dicunt exsortes publicorum munerum. ¶ Senatu Cyrenensi. Senatus imago: senex est purpura: & corona insignis ex Dione. (Cyrenēses ubi locorū.) ¶ Cirenen. auctore Palæphato genere Aethiopes sunt in insula Cyrene extra Herculis columnas colunt libyam circa flumen Aunona prope Chartaginem. ¶ Follem pugilatorium. a pugno pugillus diminutiua uoce: propter hoc pendentem incursabo pugnis inquit: nunc passim pugnis parcitur: incursantq; follem scabellis quibusdam ligneis hispaniarum: ut credimus inuentum.



Dæmones. Trachalio. Labrax. Lorarius.



EXi e phano, natum quātū est hominū, sacrilegissume.
Vos in arā abite sessum, sed ubi sunt? tr. huc respice
Optume istuc uolueramus, iube modo accedat ꝓpe
Legerupionem hūc, hic nob.s cū dis facere postulas?
Dæ. Pugnum in os impinge. La. iniqua hæc patier cū ꝓtio tuo.
dæ. At etiam minitatur audax. La. ius meum ereptum ē mihi.
Meas ancillas mihi inuito eripis, de senatu Cirenēsi q̄uis opulentus.
tr. Si tuas esse oportet, ni ue eas esse oportet liberas, neu te in carcerem compingi est æquom, ætatemq; ibi
Te usq; habitare, donec totum carcerem contriueris.
La. Non hodie isti auspicaui rei, ut cum furcifero fabuler.
Te ego appello. dæ. cum istoc primum, qui te nouit disputa.
La. Tecum ago. tr. atqui mecum agendust, sunt ne illæ ancillæ tuæ?
La. Sunt. tr. agedū ergo, tāge utrā uis digitulo minimo mō.
La. Q uid si attigere? tr. extemplo hercle ego te follem pugilatorium
Faciam, & pendentem incursabo pugnis perinrissume.
La. mihi, non liceat ancillas meas Veneris de ara abducere?
Dæ. Est lex apud nos. La. quid mihi cum uostris legibus
Commercii est? equidem istas iam ambas educam foras.
Tu senex si istas ambas, huc arido argentost opus.
Dæ. Hæ autem Veneri complacuerunt. La. habeat, si argentū dabit.
Dæ. Do tibi argentum, nunc adeo, ut scias meam sententiam,
Occipito modo illis afferre uim ioculo pausillulum.
Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipsus te ut non noueris,
Vos adeo, ubi ego innuero, si non ei caput exoculassitis,
Quasi murteta iuncis, item ego uos uirgis circumuinciam.
La. Vi agis mecū. Dæ. etiā uim improperas flagitii flagrātia?

¶ O filia

Tum trifurcifer mihi audes inclementer dicere?
La.Fateor ego trifurcifer sum, tu es homo apprime probus.
Tr.Nūc quidem hasce oportet esse liberas.La.qd liberas?
Tr.Atq; heras tuas quidem hercle, atq; ex germana græcia,
Nam altera hæc est nata Athenis sincerissumis testibus.
Dæ.Quid ego ex te audio?tr.hanc Athenis esse natā liberam.
dæ.Mea popularis obsecro hæc est.tr.non tu Cirenensis es?
dæ.Imo Athenis natus, altusq; educatusq; atticis.
tr.Obsecro defende ciues tuas senex.dæ.o filia mea,
Cum ego hanc uideo, mearum absens miseriarum cōmones,
Trima quæ periit mihi, iam tanta esset si uiuit, scio.
La.Argentum pro istisce ambabus quoiæ erant domino dedi.
Quid mea refert Athenis hæ natæ, an Thebæ sient?
Dum mihi recte seruitutem seruiant.dæ.ita ne impudens?
Tu ne hic fallis uirginaleis liberos parentibus,
Subiectos habebis atq; indigno quæstu conteres?
Nam huic alteræ patria quæ sit profecto nescio,
Nisi scio probiorem hanc esse, q̄ te impuratissume.
La.Tuæ istæ sunt?dæ.contende ergo, intersit tergo utri.
Ni offerrumentas habebis plureis in tergo tuo,
Quam ulla nauis lōga clauos, tum ego ero mendacissumus.
Postea aspicito meum quando ego tuum inspectauero,
Ni erit tam sincerum, ut quiuis dicat ampullarius,
Optumum esse operi faciundo corium, & sincerissumum.
Quid causæ est, quin uirgis te usq; ad saturitatem sauciem?
Quid illas spectas?quas si attigeris, oculos tibi eripiam.
La.At quin, quia uetas, utrāq; iam mecum abducam simul.
dæ.Quid facies?La.Volcanum adducam, is Veneris aduersarius est.
dæ,Quo illic it?La.heus ecqs hic ē?heus.dæ.si attigeris ostiū,
Iam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugnis probe.
Lo.Nullum habemus ignem, ficis uictitamus aridis.
dæ.Ego dabo ignem siquidem conflandi in capite tuo copiast.
La.Ibo hercle aliquo ignē quæritatum.de.quid cū inueneris?
La.Ignem magnum hic faciam.dæ.quin ut manū exuras tibi?
La.Imo hasce ambas hic in ara uiuas comburam.dæ.id uolo,
Nam hercle te barba continuo arripiam, & in ignem coniiciā,
Teq; ambustulatum obiiciam magnis auibus pabulum.
Cum coniecturam egomet mecum facio, hæc illa est simia,
Quæ has hirundines ex nido uolt eripere ingratiis.
Quod ego in somniis somniaui.tr.scin quid?tecum oro senex,
Vt illas serues, uim defendas, dum ego herum adduco meum.
Dæ.Quære herum, atq; adducæ.tr.at, hic ne.Dæ.maxumo malo suo
Si attigerit siue occeptassit.tr.cura.dæ.curatum est, abi.
tr.Hunc quoq; asseruato ipsum, ne quo abeat, nā promisimus
Carnufici aut talentum magnum, aut istunc hodie sistere.

SARACENVS.

O filia mea: Erat enī eius filia; sed non propterea illam nouerat. Trina: Legendum trima. Intersit tergo utri: Scilicet noueris: & scies cui nostrum cauendum sit: est minitatio cum indignatione. Ni offerumentas: Offerumenta antiq dicebant: q̄ offerebantur: ut author est Festus: sed Plautus p quādam similitudinem offerumentas plagas: percussiones: & flagella intellexit quasi q ea scapulis: & tergo offerātur cū quis fuste cęditur. Ampullarius: Ab ampullis uasculis olearіis dictus: quibus in balneis utebantur. Mergis pugnis: Mergæ furculę sunt: qbus aceruі frugū fiunt dictæ a uolucribus mergis: quia ut illi se in aquam mergunt: dum pisces persequuntur: sic messores eas in fruges demergūt: ut eleuare possint manipulos: Festus mergis ergo pugnis dixit: quasi illis uti uelit pro furculis addētes ex ore colligēdos. Nullum habemus ignē. Cōgruit magis sermo lorario: uel famulo q̄ ipsi lenoni: q ierat q̄situ ignē: Vel si sermonē lenoni dabim⁹: erit legēdū: nullū hn̄t ignē: ficis uictitant aridis. At hic ne: subaudi uel tāgat: uel ui; afferat. Quā magnū uero: Cū; ironia. Phana imutātur: Vt.s. pro tēplo ueneris: tēplu; fiat herculis: cui claua pro signo datur.

Offerumēta q̄ dicantur

ADOlescens quid ego ex te audio: Hęc trachalioni dicit dæmones. Athenis natus: altusq;: educatusq; atticis. Athenis atticis dicit: qa trinæ fuerunt: ut supra quoq; memorauimus athenæ. altus cibo: educatus institutis. Trima q̄ periit. quā amisi inqt tres natā annos. Ita ne ipudens. Cum stomacho pronūciandum est. Quęstu cōteres. Turpi lucro fœdabis. Impuratissime: qui impuritate oēs antecedis. Intersit ergo utrius. Tua ne: an mea intersit. Offerumētas habebis pluris. i. incrustationes. Nā ferruminare est conglutinare. Quiuis dicat ampullarius. qui ampullas cu; unguētis fert ad uulnera perungēda. Opere faciundo: ubi aliquod opus integendum corio sit. Volcanū adducam: ignem afferas. Messis in ore fiet: subaudi dentium. Mergis. i. manipuli. Merges manipulus spicaх. Virіn. ii. geor. Aut fœtu pecorum: aut cerealis mergite culmi. Id uolo: ultrose legēdū. ē. n. ironia. Ambustulatum. i. igni undiq; attactū. Cice. p milone infœlicissimis lignis semiustulatum. Catullus. Infœlicib⁹ ustillāda lignis tardipedi deo daturā. Vbi q̄ sint isfœlicia ligna dicta: licet ex Plinio dep̄hendere: q iqt. achaia ast bryan siluestrē isignes in ea: q satiua tm̄ ferat fallę simile fructum in syria: & i ægypto copiosa hęc ē: cuius isfœlicia ligna appellamus: quæ tamen isfœliciora sunt græciæ: gignit enim arborem ostrim: quā & ostream uocāt solitariam circa saxa aquosa simile; fraxino cortice: & ramis: & folio:

VALLA.

Ferruminare qd sit.

Infœlicia ligna q̄ dicātur.

¶ Eripere ingratis.i.me obsistente. ¶ Vin defendere: subaudi puellas. ¶ At hic ne. Elipsis figura est: subaudiendum enim diligenter: caue ne in eas aliquid moliatur. ¶ Siue occeptassit.i.molietur icipere. ¶ Ne quo abeat. Ne discedat. ¶ Carnifici sistere: in carnificis potestatem dare.

ANSELMVS. Cyrene unde dicta sit.

℄ CYrene libyæ ciuitas: uel a Cyre eiusdē regionis fonte. uel a Cyrene Hypseos filia ut nōnulli sentiūt. ut nōnulli Penei: cuius eū aliisq Pindarus meminit in Pythionicis: Cyrenen Straboni cōdidere Thereisq ex laconica profecti Therā insulā coluerūt. utitur q auctore Callimacho. Callimachus ipse alibi: & illi9 iterps. Battū agnoscūt auctorē: cui Cyrenēses oli grati uideri eū uelēt: simulachrū fecerūt: uel ut alii tradūt: anulu;: in quo ciuitas ipsa regi Silphion dfferret: id nos Laserpiciū dicimus: ad hoc.s. doctissim⁹ poeta Catullus respexit: cū lasserpiciferas appellauit Cyrenas. Alii in altera nomismatis exculpsisse Ammonē: in altera Silphiū honoris gratia. Certe Ampeliotæ libyes populi Silphii caulē in Delphos miserūt ad Apollinē: ut Alexādrides notauit. Hinc factū in cos puerbiū: q præpar eos honores sortiunt. Batti Silphiū: qbusdā dici in eos placuit: q splendidos excelsosq cōsecunt: qm plāta lōge uenerabilis: huius puerbii ēt meminit Aristophanes in Pluto sua. qstū primus ex Silphio Aristæus excogitauit: idem q & mellis. nascit circa Syriā: Armeniā. Mediā: & libyen auctor Dioscorides lib. iii. cuius caulis maspetos dicit. plerique caulem

Magydaris ubi locorum.

silphium: radicē magydarin: folia maspeta. est altera Magydaris in libya: cuius radix Silphio pxima: humilior tamē: nec tā crassa: odorisq minus acuti citra succū. De Silphio Plinius li. undeuigesimo & Plautus etiānū paulo añ. Si speres inqt tibi hoc anno multū futurū sirpe: & laserpiciū: ubi sirpe est: legendū silphion: si diuinandū est: tollēdū q: & laserpiciū: dictio. n. latina supposita fuerat: qua græcū nomē elucesceret: mox ab ineruditis scriptoribus pperā interserta uersui: familiare mediusfidius Plauto ē grçcis ut uocabulis: ut passim est ītueri. fuit altera Cyrene: insigne

Thebe quo flectatur.

scortum: dodecamechanus cognomēto: qm totidē coitus figuras explicarer. Aristophani Euripidiq. ¶ Thebe singulariter ēt. Q. Calaber. & Callimachus in hymno Deli. & Stephāus in ethnicis. Papinius. Te tū infelix inquit paritura q Thebe. Quin Mycene quoq singulari numero apud Silium: Ante Agamēnoniam gratissima tecta Mycenen. ¶ Cum coniectura to. Quinti. Cōiectura dicta est a coniectu.i. directione quadā rationis ad ueritatem: unde ēt somniorū; atq omniū interpretes cōiectores uocamus. ¶ Somniaui. de somniis pulcherrimū opus scripsit Synesius

Lenones q dicantur.

Platonicus: scripsit & Artemidorus Daldianus: est enim lydiæ ciuitas Daldis: libros qtuor ονειροκριτικων. οιωνοσκοπικων. & χειροσκοπικων. Leno. Pedianus. Lenones sunt scortorū perductores ēt inuitatrū psonarū: & in quibus stupra exercita legibus iudicant: ppea paulo mox: te inuito ait ambas rapiā. inuitæ. n. rapi solēt: nō uolentes.

VALLA.

VTrum tu leno. Dæmones cum seruis lenonem circūdederunt: idq procurant: ut non modo non abducat mulieres: sed ne ipse qdē abeat. ¶ Flocci non facio: non magnifacio. ¶ Meas quidem: subaudi ancillas. ¶ Tange: dum: syllabica adiectio ē: dum. ¶ Minacias ego istas: & minç minarum: & minaciæ minaciarum. ¶ Non licet: subaudi appellare. ¶ Tinnimentum est auribus. Ille tinnitus: fictitius nomen est: tam tinnimentū q tinnitus: & tinio uerbum. ¶ Exoculassitis. oculos contundendo eiicitis. ¶ Quantum potest: idest: q celerrime. ¶ Non desinent: nō permittent; & interrogatiue legēdum est. ¶ Phana mutantur cito: idest ita solent immutari loca: nam quod ueneris templum erat: factum est herculis. Herculis siquidem templo arma figebātur. Hora. Armis Herculis ad postem fixis lates abditus agro. At uenus ipsa serena omnia facit. Lucretius. Te dea: te fugiunt uēti: te nubila cœli: Aduentumque tuum: tibi suauis dædala tellus: Submittit flores: tibi ridēt æquora ponti: Placatumque nitet diffuso lumine cœlū. ¶ Hic: idest a parte una. ¶ Vtrū q scæuit & terra & mare. Crudelitatem inquit inueni in mari; & in terris. ¶ Vt potest: idest quantum fieri possit: ¶ Certumst. constitui: deliberaui. ¶ Obsidione: diutius imorādo.

Minç & minaciç dicat

ANSELMVS.

℄ FLOCCI non facio. Varor in libris rei rusticæ. Diligentiores tegeticulis subiectia oues tondere solent: ne qui flocci intereant: ut appareat lenonem senem illum habere despicatui. & uerba illius paruipendere tanq flocculos. ¶ Tinnimentum est auribus: pręsagium ex aurium

Dæmones. Labrax. Lorarii.

VTrum tu leno cum malo lubentius
Quiescis, an sic sine malo, si copia est?
La. Ego quæ tu loquere, flocci non facio senex.
Meas quidem, te inuito, & Venere, & summo Ioue
De ara capillo iam deripiam. dæ. tange dum.
La. Tangā hercle uero. dæ. agedum ergo accedas húc modo.
La. Iube dum recedere istos ambo illuc modo.
Dæ. Imo ad te accedent. La. non hercle egomet censeo.
dæ. Quid ages si propius accedent. La. ego recessero.
Verum si senex unq te in urbe offendero,
Nunq hercle quisq me lenonem dixerit
Si non te ludos pessumos dimisero.
dæ. Facito istuc quod minitaris, sed nunc interim
Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.
La. Quam magnum uero? dæ. quantum lenoni sat est.
La. Minacias ego istas flocci non facio tuas.
Equidem eas te inuito ambas rapiam. dæ. tange dum.
La. Tangam hercle uero. dæ tanges? at scin quomodo? (bas,
Idū Turbalio curriculo affer duas clauas. La. clauas? dæ. sed p
Propera cito, ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.
La. Heu heu scelestus galeam in naui perdidi,
Nunc mihi opportuna hic esset, salua si foret.
Licet saltem istas mihi appellar? dæ. non licet.
Hem optume ædepol eccum clauator aduenit.
La. Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.
Dæ. Age accipe illinc alteram clauam Sparax,
Age alter istinc, alter hinc assistite.

Affistite ambo,fic,audite nunc iam.
Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Inuitas,nisi tunc illum uos exoculassitis
Vsq; adeo,donec qua domum abeat,nesciat,
Peristis ambo,si appellabit quampiam,
Vos respondete istinc istarum uice
Sin ipsus hinc abire uolet,quantum potest,
Extemplo amplectitote crura fustibus.
La.Etiam me abire hinc non finent?dæ.dixi satis,
Et ubi ille seruos cum hero suo huc aduenerit,
Qui herum accersiuit,itote extemplo domum.
Curate hæc salutis magna diligentia.
La.Heu hercle ne istic phana mutantur cito?
Hoc herculis est iam phanum,Veneris quod fuit.
Ita duo destituit signa hic cum clauis senex.
Non hercle,quo hinc nunc gentium aufugiam,scio.
Ita mihi utrunq; sænit & terra & mare.
Palæstra?Lo.quiduis?La.apage controuersia est
Hæc equidem Palæstra,quæ respondit non mea est.
Heus Ampelisca?Lo.caueſis infortunio
Vt potest.La.ignaui homines satis recte monent,
Sed uobis dico heus uos num nam molestia est,
Me adire ad illas propius?Lo.nihil nobis quidem.
La.Nunquid molestum mihi erit?Lo.nihil,si caueris.
La.Quid est quod caueam?Lo.hehem a crasso infortunio.
La.Quæso hercle,abire ut liceat.Lo.abeas,si uelis.
La.Bene ergo hercle factum,habeo uobis gratiam.
Non?accedam propius,illic astare illico.
Ædepol proueni nequiter multis modis,
Certust hasce hodie usq; obsidione uincere.
Pleusidippus. Trachalio. Labrax. Lorarii. Charmides.
MEam ne est ille amicam Leno ui ac uiolentia
De ara deripere Veneris uoluit?Tr.admodum.
Pl.Quin occidistis extemplo?Tr.gladius non erat.
Pl.Caperes aut fustem,aut lapidem.tr.quid ego quasi canem
Hominem insectarer lapidibus nequissumum?
La.Nunc pol ego perii.Pleusidippus eccum adest,
Conuerret iam hic me totum cum puluisculo.
Pl.Etiam ne in ara tunc sedebant mulieres,
Quom ad me profectus ires?Tr.ibidem nunc sedent.
Pl.Quis illas nunc illic seruat?Tr.nescio quis senex
Vicinus Veneris,is dedit operam optumam.
Is nunc cum seruis seruat,ego mandaueram.
Pl.Duc me ad lenonem recta,ubi illic est homo?
La.Salue.Pl.salutem nihil moror tuam,opta ocyus.
Rapite hunc,obtorto collo manis,an trahi?
Vtrum uis opta,dum licet.La.neutrum uolo.
Pl.Abi sane ad litus curriculo Trachalio.
Iube illos in urbem ire obuiam ad portum mihi,
Quos mecum duxi,qui hunc ad carnuficem traherent.

ex aurium tinnitu primus litteris mādauit Possidonius. ¶ Fana mutantur: Propter clauam dixit in Herculis phanum Veneris templum immutatum: quoniam Hercules ipse χαλκοβαρει usus est: ut Apollonius ait ροπαλω quod Pisander ολοχαλκον appellauit.

SARACENVS.

MEam ne ille:Ita successus pleusidippus aduenit mulieribus auxilium: ut ferat. ¶ Cum puluisculo conuerret: Idest ceu pluuisculam & terra: quæ scopis uerri solet:ita me uerret:& agitabit pugnis. ¶ Profectus ire: Vel subaudi uolebas:uel ire pro ibas:uel adde litterā: & dicito ires. ¶ Exulem. Fugitiuum. Quia prouexi auehere nō quiui:Docet Pla. qd sit puehere & auehere: aut puehere dicatur: cum in altū proficiscitur:auehere autem ad constitutum locum appellere: quod etiam docet donatus. ¶ In columbari: est columbare foramen: in quo noxiorum capita ponerentur ad similitudinem eorum: in quibus columbi nidificant. ¶ Citius addici potest: Idest citius morti destinetur: & pereat: est enim addicere morti destinare: & addictus morti obnoxius.

Prouehere qd sit & qd auehere.

VALLA.

MEam ne ille amicam leno. Pleusidippus a trachalione seruo edoctus oia. quæ euenerant:& accitus ad lenonem properat perdendum. Qui cā raperetur: frustra charmidis implorat auxilium. ¶ Vi uiolentia:idest uiribus uiolentis. ¶ Conuerret:ita fustibus dedolabit a capite ad imos pedes:quasi uestimenta: cum excutitur puluis: contundetur. ¶ Cum ad me profectus ire. Cuius itineri te commisisti:ut ad me ires. ¶ Ad lenonem recta.non per obliquam: sed recta inquit uia duc:ubi est leno. ¶ Agitato hic custodiam: frequētem age custodiam. ¶ Quia pol prouexi: auehere nō quiui.manifesta posita est uerborum differentia:ut auectus dicatur:qui ad præstitutum deductus est locum. Prouectus uero ultra aliquanto uectus; non tamen eo usq; quo uolebat a ueho uectiarius:qui torcular uehit apud uictruuium. ¶ Melius est te in neruum corripere: supra admonuimus.Nonio docente instrumentum dici:quo rei plectuntur. ¶ Vt id quod quærant: inueniant sibi. Euenit tibi:quod paucis:ut inueniant: quod quærant:tu autem quærebas malum: malum inuenisti. ¶ Dum resipis:idest dum redis. ¶ Isti capiti: subaudi meo. ¶ Illic in columbum credo leno uortitur. nam in columbari collum haud multo post erit. Priscianus de generibus locutus nominum:columbar inqt

Neruum qd sit.

Columbar quid sit.

significat genus uinculi. Fest. Naualis scriba: qui in naui apparebat inter aliud genus scribarum minimæ dignitatis habebatur: quod periculis quoque eius ministerium esse obiectum. Plautus. Non ego te noui naualis scriba columbari impudens: siue quod columbaria in naue appellantur ea: quibus remi geminent: siue quod columbariorum quęstus temerarius: incertusque. Quæ latini cuba columbaria: græci ophas uocant. ¶ Mille hodie nidamēta: idest infinitas reuolutiones in uinculo: quod columbar appellat tanquam in nido. ¶ Si quid mea opera: idest dum ego heroero aduocatus celerius excrucietur.

SARACENVS. Benefactum: senex captus lepida mulierum forma: uelut si sibi illas lucrifecisset lætatur: sed uxorem extimescebat ne animum forte suum internosceret: ideo ubi uox legebatur: legendum uxor. ¶ Significem: uel nuctem: uel innuam.

VALLA. Benefactum: & uolupe est. Lętatur dęmones: quod mulieribus opem tulerit: miraturque grippum piscatorem suum domum necdum redisse: præsertim cum non potuerit in tanta tempestate pisces capere. At ille lenonis uidulum cæperat. Tetulisse. protulisse: nam tollo tetuli fecere ueteres præteritum. Ideo cum bissyllabus sit: primam tamen habet breuē. ¶ Forma scitula: idest pulchella: cum est adiectiuum: nam cum substantiuum est ac generis fœminini: uas est aquaticū: ut ipse in amphitryone. si scitulam iā cepero: nunquam ędepol tu mihi diuini quicquam creduis: & quę sequunt. ¶ Sed uxor scelesta: Quippe quæ me amore illarum captum putat. ¶ De nocte qui abiit. Dicimus de nocte: ut noctu. Horatius: Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones. ¶ Operas ludos facit: idest amisit operam: facio te ludos: & tibi dicimus. ¶ Et retia: subaudi ludos facit. ¶ In digitis hodie percoquam: nam quia id non possum: ita nihil attulerit. ¶ Opplebit aures sua uaniloquentia. Inanibus uerbis inquit mihi obtundet aures.

ANSELMVS. ¶ AD litus. Litus p.r. simplex scribitur, prout & litera. quod ueteres scripturę: & doctorum uirorum manus docent. Litus autem: quo fluctus eluderet Cicero in topicis difinire ait Aquilium. ¶ Si Grypus legitur. hominem significat incuruo naso. Si griphus: uel gripus rete: conueniens sane piscatori nomen: dicuntur etiamnum griphi propositæ in conuiuiis quęstiones ænigmatis similes.

Litus quid sit.

Gripus quid.

Scitula quid sit.

Post huc redito, atque agitato hic custodiam.
Ego hunc scelestum in ius rapiam exulem.
Age ambula in ius. La. quid ego deliqui. Pl. rogas?
Quin arabonem a me accepisti ob mulierem,
Et eam hinc abduxisti. La. non auexi. pl. cur negas?
La. Quia pol prouexi auehere non quiui miser.
Equidem tibi me dixeram præsto fore
Apud Veneris phanum, quid multa? sum ne ibi?
Pl. In iure causam dicito, hic uerbum sat est,
Sequere. La. obsecro te subueni mi Charmides,
Rapior obtorto collo. Ch. quis me nominat?
La. Viden me ut rapior? Ch. uideo, atque inspecto lubens.
La. Non subuenire mihi audes? Ch. quis homo te rapit?
La. Adolescens pleusidippus. Ch. ut nactus es, abi
Bono animo, melius est te in neruom corripere.
Tibi obtigit quod plurimi exoptant sibi.
La. Quid id est? Ch. ut id quod quærant, inueniant sibi.
La. Sequere obsecro pariter. Ch. suades tu qualis es,
In neruom rapere, eo me obsecras, ut te sequar?
Etiam retentas? La. perii. Ch. uerum sit uelim.
Pl. Tu mea palæstra & Ampelisca ibidem illico
Manete, dum huc ego redeo. Lo. equidem suadeo
Vt ad nos abeant potius, dum recipis. pl. placet.
Benefacitis. La. fures mihi estis. Lo. quid? pl. rape.
La. Oro obsecro palæstra. pl. sequere carnufex.
La. Hospes. Ch. non sum hospes, repudio hospitium tuum.
La. Siccine me spernis? Ch. sic ago, semel bibo.
La. Di te infelicitent. Ch. isti capiti dicito.
Credo alium in aliam beluam hominem uortier.
Illic in columbum credo leno uortitur.
Nam in columbari collum haud multo post erit,
In neruo mille hodie nidamenta congeret.
Verumtamen ibo, ei aduocatus ut fiem,
Siquidem mea opera citius addici potest.

QVARTVS ACTVS.

Dæmones senex.

Benefactum & uolupe est mihi hodie his mulierculis
Tetulisse auxilium, iam clientas repperi,
Atque ambas forma scitula, atque ætatula.
Sed uxor scelesta me omnibus seruat modis,
Nequid significem quippiam mulierculis.
Sed Gripus seruos noster quid rerum gerat
Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare.
Pol magis sapuisset si dormuisset domi.
Iam nunc & operam ludos facit, & retia.
Vt tempestas est nunc, atque ut noctu fuit.
In digitis hodie percoquam quod cæperit,
Ita fluctuare uideo uehementer mare.
Sed ad prandium uxor me uocat, redeo domum.
Iam meas opplebit aures sua uaniloquentia.

¶ Neptunus

SARACENVS.


Eptũno: Grippus demonis seruus cum piscatum iuisset: reteq; e mari duxisset: forte traxerat lenonis uidulum: in quo omnis illius insuerat thesaurus: ornamentaq; puellaria palęstræ uirginis: ex quibus illas dæmones suam agnoscet filiam. ⁋ Horrelaq;: Horiaq;: ut legit Nonius: qui hunc attestatur locũ: a quo dicta horia nauis piscatoria: at æque placeret: si legatur: salute adoreaq;: idest glória: & laude: Horatius: qui primus alma: risit adorea. ⁋ Compotiuit: Compotẽ fecit. ⁋ Vllam una: Legerem libram unam. ⁋ Vt libere ex populo pręter te: Præter: idest ante omnia: & in primis. ⁋ Igitur: Deinde. ⁋ Sed hic rex: uel sunt uerba ipsius grippi: uł trachaliõis ex occlto obseruãtis: q̃ gripp⁹ de se ianit iactauerat.

Gripus piscator.


Eptũno has ago meo patrono gratias, qui salsis
Locis incolit pisculentis, cũ me ex suis locis ornatũ
Pulchre expediuit, templis reducem, plurima præda onustum,
Salute horiæ in mari fluctuoso, piscatu nouo me
Vberi compotiuit, miro modo, atq; incredibili hic piscatus
Mihi lepide euenit, neq; piscium ullam unciam pondo hodie
Cæpi, nisi hoc quod nunc fero in rete, nam ut denocte multa,
Impigreq; exurrexi, lucrum præposui sopori & quieti.
Tempestate seua experiri expetiui, paupertatem heri qui
Et meam simul tolerarem, opera haud fui parcus, nimis homo
Nihilst, qui pigerest, nimisq; id genus odi ego male, uigilare
Decet hominem, qui uolt sua temperi conficere officia.
Non enim illum expectare oportet, dum herus se ad suũ suscitet officium.
Nam qui dormiunt lubenter, sine lucro & cum malo quiescunt.
Nam ego nunc mihi, qui impiger fui repperi ut piger, si uelim, sim.
Hoc ego in mari, quicquid hic inest, repperi, quicquid est, graue quidem.
Thesaurum hic ego inesse reos, nec mihi conscius est ull⁹hõ,
Nunc hæc tibi occasio Gripe obtigit, ut liberet extemplo
Prætor te, nunc sic faciam, sicut consilium est, ad herum ut ueniam.
Docte, atq; astute ego illi pauxillatim pollicitabor
Pro capite argẽtum, ut sim liber, ac me emittat manu, iam ubi liber
Igitur, domum instruam, agrum, ædes, mancipia, nauibus inde
Magnis mercaturam faciam apud reges rex perhibebor.
Post animi causa mihi nauem faciam, atq; imitabor Stratonicum.
Oppida circumuectabor, ubi nobilitas mea erit clara.
Oppidum magnum communiuo, & ego urbi Gripo indam nomen,
Monimentum meæ famæ, & factis, ibiq; regnum magnum
Instituam, magnas res hic agito in mentem instruere, nunc hũc
Vidulum condam, sed hic rex cum aceto pransurus ẽ atq; sale.

VALLA.


Eptuno hac ego meo patrono. Grippus cum rate attraxisset: uidulumq; plenum perspexisset: se lucupletissimu; fore gloriatur: nouaq;: ut mos hominum est admittit consilia. ⁋ Piscuẽtis: piscib⁹ refertis. ⁋ Tẽplis reducem. qui concessit: ut a suis tẽplis possim redire. Templum namq;. Varronis sententia tribus dicitur modis: a natura: ab auspicando: a similitudine: A natura i cœlo: ab auspiciis i t̃ra: a siitudie sub terra. In cælo tẽplũ dicitur: ut in hecuba. o magna tẽpla cœli. Tum commista stellis splẽdidis. In terra: ut in periboea. Scrupea saxa bacchi templa prope aggreditur. Sub terra: ut in andromacha: acherusia tẽpla alta horchi saluete infera: quia initium erat oculis a tuendo primum tẽplum dictum: quo circa cœlu; : quod attuimur dictum templum est. Idem Varro in isagogico de officio senatus habendi: scripsit de locis: in quibus senatus consultum factus esset: iustũ id non fuisse. propterea & in curia hostilia: & in pompeia: & post in iulia: cum profana ea loca fuissent: templa esse p augures constituta: ut in iis senatuscõsulta more maioru; iusta fieri possẽt. Interq; id quoq; scriptu; reliquit. nõ omnis edes sacras tẽpla eẽ. Ac ne ędes quidem nesiç templũ esse. Minora ite; templa: inquit Festus: fiunt ab auguribus: quum loca aliqua tabulis: aut lintheis sæpiũtur: ne uno amplius ostio pateant certis uerbis definita: ita q̃ tẽplu; est locus ita effatus: aut ita sept⁹: ut ea una parte pateat ãgulus: quæ adfixus habeat ad terram. ⁋ Adoreaq;: idest gloria: quæ unde dicta sint ĩ amphitryone satis dictum: q̃ si legatur oria: erit species nauigii Fulgenti⁹ oriam ueteres dixerunt nauim piscatoriam. Plautus in rudente: mea opera & labore: ræte: & oria. ⁋ Compotiuit: idest compotem fecit. ⁋ Vllam uncias hodie pondo cępi: hoc est nihil cæpi. ⁋ Id genus: subaudi hominum. ⁋ Male: idest ualde. ⁋ Piger si uelim fiem: idest sim quietus: si uelim. ⁋ Grauem quidem thesuaurm: idest diuitiarum repositionem. ⁋ Pro capite. i. ut me liberẽ: siquidem maxima capitis diminutio est seruitus. ⁋ Imitabor stratonicum. Ducem aliquem ita appellatu; aut fictum nomen est: quod stratos dicatur exercitus: & nico uinco. ⁋ Sed hic lex. Trachalionis uerba inspicientis. ⁋ Cu; aceto pransurus est cum sale: idest sitis excitabitur: sed potum non habebit bonum. ⁋ Sine bono pulmento. idest absq; cibo bono.

Stratos qd sit

Templum quid sit

ANSELMVS.

⁋ VLLAM unciam scriben. est ex codici. antiquis. & recta latinitate: & metri ratione: non una pondo: idest in singulo pondo: ut ruditer exponit Pius illiteratissimus: inquiens: uirili namq; genere: & fœminino dicit̃ pondo: & dui pondo. quod quidem est absurdissimum.

Trachalio seruus. Gripus piscator.

HEus mane.gr.quid maneam?Tr.dum hanc tibi ru dentem quam trahis,complico. bonis.
Gr.Mitte mó.tr.at pol ego te adiuuabo,ná qđ bñ fit
Haud pit.gr.turbida tépestas heri fuit nihil héo
Adole cens piscium,ne tu mihi esse postules.
Non uides me referre uuidum rete sine squamoso pecu?
tr.Non ædepol piscis expeto,sermonis tui sum indigens.
gr.Enicas iam me odio,quisquis es.tr.nó siná ego abire te,
Mane.gr.caue sis malo,quid tu(malum)nam me retrahis?
tr.Audi.gr.ñ audio.tr.at pol qn audies post.gr.qn loqre
Quiduis.tr.eho modo est operæ præciũ,qđ tibi ego uolo
Narrare.gr.eloqre,qd id é?tr.uide nuspiá cósequit̃ prope.
gr.Ecqd é,qđ mea referat.tr.scilicet,sed bonis cósiliis eho
Quid í te mihi é?gr.qd negocii ẽ?mó dic.tr.dicá,tace,si si
Mó das mihi,te ñ fore ífidú.gr.do fidé,tibi fid⁹ero, (dé
Quisqs es.tr.audi,furtum ego uidi,qui faciebat,noueram
Dominum,id quoi fiebat,porro ad furé egomet deuenio,
Feroq; ei conditionem hoc pacto,ego istuc furtum scio
Quoi factum est,nunc mihi si uis dare dimidium,indicium
Domino non faciam,is mihi nihil etiam respondit,qd inde
Aequom est dari mihi dimidium?uolo ut dicas.gr.imo ét
Amplius,nam si non dat,dño dicũdum céseo. (te.Gr.qdst?
tr.Tuo ɔsilio faciá,nũc aduorte aiu³,náq; hoc oé attinet ad
tr.Vidulũ istũ quoius é,noui ego hoiem iápridé.gr.qd é?
tr.Et quo pacto periit.gr.at ego quo pacto inuétust scio,
Et qui inuenit,hominem noui,& dominus qui nũc est scio.
Nihilo pol pluris tua hoc,q̃ quanti illud refert mea.
Ego noui illum quoius nũc est,tu illũ quoius antehac fuit.
Nunc homo feret a me nemo,ne tu te speres potius.
tr.Nó ferat si dominus ueniat?gr.dominus huiç nemo,ne
Nisi ego nemo natust,hũc q cæpi in uenatu meo (frustra es.
tr.Itane uero?gr.ecqué esse dices in mari piscem meum,
Quos capio siquidem cæpi,mei sunt,habeo pro meis,
Nec manu asseruntur,neq; illinc partem quisq̃ postulat.
In foro palam omnes uendo pro meis uenalibus.
Mare quidem cómune certost omnibus esse.tr.assentio.
Qui minus hũc communé quæso mihi esse oportet uidulũ
In mari inuentust,cómune est.gr.ne impudenter impudés.
Namsi istuc sit,quod memoras,piscatores perierint.
Quippe cum extemplo in macellum pisces prolati sient,
Nemo emat,suam quisq; partem piscium poscat sibi.
Dicat in mari communi captos.tr.quid ais impudens?
Ausus etiam comparare uidulum cum piscibus?
Eadem tandem res uidetur?Gr.in manu non est mea.
Vbi demisi retem,atq; hamum,quicquid hæsit,extraho.
Quod rete,atq; hami mei nacti sunt,meum potissimust.

SARACENVS HEus mane:Diu:multumq; serui duo cõtendunt inter se:uñ alter participé inuenti uiduli fieri cupiebat:alt sociũ renuebat.

Pec⁹ qd sit. ¶ Sq̃moso pecu:Idest piscibus: sub noie peco intelligit̃ quicqd gregatim pascit̃: squamigeras pecudes dixit Lucilius.

VALLA. HEus mane. Trachalio grippũ destinet:dũ confingit illum se uelle adiuuare ut pdæ partes cõsequat̃.nascit̃ itaq; iter eos contẽtio:qđ totum litigiũ ad arbitriũ dæmonis transfert:qui grippi her⁹. ¶ Trabis rudenté.i.suné.

Rudentes unde dicte. Rudentes inqt Nonius ea cã sapientissimi dictos uolũt:q; funes cũ uento uerberent̃:rudere existimentur:atq; hũc sonum pprium suniũ:nõ asinorũ putãt. ¶ Vuidũ ræte sine squamoso pecu.Nup madefactũ sine piscibus:periphrasticos uocans squamosum pecus. ¶ Caue sis malo.Caue:ne qd in te mali a me ueniat. ¶ Loqre quiduis:Instãtia trachalionis se liberare uolés grippus loquere qduis inquit. ¶ Quod mea referat: ad me attineat. ¶ I mó.fero sniam:ut amplius dare debeat. ¶ Ne frustassis:p frustraueris:ne frustra uerba héas. ¶ Nisi ego nemo natust.nullus inqt natus homo dñs est huius uiduli pter me. ¶ Itane uero. Ironicos:ac uultuose legendũ est:ne asseuerare uideatur:quod negare contédit. Nec manu asseruntur.i.in controuersiam ueniunt:& in litem adducuntur.

ANSELMVS. ¶ SQVámoso pecu.Lucreti⁹. Mutæq; natãtes:Squãmigeg pecudes. Colnmella uolatile pec⁹ dixit gallinas sic nãq; oia aialia hũana effigie:liguaq; carẽtia dñr.

Pecus qd sit. Et si in his magnope nõ laboram⁹: petãt igit̃ ex lexico:uel hęc uel silia:q non hñt in numerato. ¶ In uenatu meo. Venatus

Venat⁹ qd sit de piscibus ẽt Homero:Platoniq; dr̃.Plato ipe in lib.de.r.p.ad hũc sẽsũ. Venatus .n.latior res ẽ uno cõprensa noie: aq̃tico rũ:uolatiliũ:reliquorũq; aialiũ terrã incolentiũ.nec ferag mõ:sed ẽt hoium.Castrog etiãnũ direptiões belli uenat⁹sunt.

Macellum uñ dcm̃ sit. ¶ Macellũ. Varro humanag reg. Munerius Equs⁹Cuppes inqt:& Aomani⁹ Macellus singulari latrocinio multa loca habuerũt in sesta:his in exiliũ actis publicata sunt bona:& ædes ubi hitabãt:loc⁹ubi uenirẽt ea:q uescẽdi cã i urbes erãt allata: itaq; ab altero Macellũ: ab alio forg Cuppedinis appellatũ est. Plutarchus ἀπὸ τῶν μαγείρων corrupto uocabulo:nam apud latinos.C.&.G.Syngõæ sunt. nouissime.n.Romani.G.authore:& iuẽtore Carbilio admiserũt:& q pp linguç hç sitãtiam.R.pferre non possunt in.L.plerũq; labunt̃. Vel ẽt a Macello Romano: ex cui⁹pecunia cũ supplicio affectus fuisset:macellũ ædificatũ. ¶ Cu3 duo sint arbitrog gñã de eo ut̃ intelligere:ad qué ex cõpromisso itũ est:cui sine æquũ sit:siue iniquũ parere debemus. ¶ Seq̃ster

Seq̃ster qd apud qué pecunia deponit̃ inter partes: p quos iudicit̃ pactio. Plautus alibi Ego seruabo quasi sequestri detis: neutri reddibo:factum autem a sequendo uocabulum:quod eius qui electus sit:utraq; pars fidem sequetur.

QVOD

tr. Imo hercle haud est, siquidem quod uas cæpisti. gr. philosophe.
Tr. Sed tu nunq̃ piscatorem uidisti uenefice
Vidulum piscem cæpisse, aut protulisse ullum in forum.
Non enim tu hic quidẽ occupabis omneis quæstus, quos uoles.
Venatorem & piscatorem te esse impure postulas.
Vel te mihi monstrare oportet, piscis qui sit uidulus,
Vel quod in mari non natũ est, neq; habet squamas, ne feras.
gr. Qui tu nunq̃ audiuisti esse antehac uidulum piscẽ? tr. scelus
Nullus est. gr. imo est profecto, ego qui sum piscator, scio.
Verum raro capitur, nullus minus sæpe ad terram uenit.
tr. Nil agis, dare uerba speras mihi te posse furcifer,
Quo colore est? gr. hoc colore capiuntur pauxilluli,
Sunt alii puniceo colore magni, item atri. tr. scio.
Tu hercle opinor te in uidulum piscem conuertes, nisi caues.
Fiet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.
gr. Quod scelus hodie hoc inueni. tr. uerba facimus, it dies.
Videsis quoius arbitratu rem nos facere uis?
gr. Viduli arbitratu? tr. ita enimuero stultus es. gr. salue thales.
tr. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum, aut arbitrũ,
Quoius hæc res arbitratu fiat. gr. quæso sanus es?
Tr. Elleborosus sum. gr. at ego ceritus, hunc non mittam tamen.
tr. Verbum adde etiam unum, iam in cerebro colaphos abstrudam tuo.
gr. Ego iam te hic itidem, quasi penicillus nouus solet exugerẽ,
Ni hunc amittis, exugebo, quicquid humoris tibist.
Tange, affligam te ad terram itidem, ut piscẽ soleo polypũ.
tr. Vis pugnare, quid opust? quin tu potius prædam diuide.
gr. Hinc tu nisi malum, frunisci nihil potes. tr. nisi postulas,
Abeo ego hinc. gr. at ego hinc offlectam nauẽ. tr. ne quo, abeas, mane.
Si, tu proreta isti naui es, ego gubernator ero.
gr. Mitte rudentem sceleste. tr. mittam, omitte uidulum.
gr. Nunq̃ hercle hinc hodie ramenta fies fortunatior.
tr. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars datur,
Aut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur.
gr. Quem ne ego excepi in mari? tr. at ego quem inspectaui e litore.
gr. Mea opera, labore, & rete & horia. tr. num quid minus.
Si ueniat nunc dominus, quoius est, ego qui inspectaui procul,
Te hunc habere fur sum, q̃ tu nihilo minus mastigia,
Quo argumento socius nõ sum, & fur sum, fac dum ex te sciã.
gr. Nescio, neq; ego istas nostras leges urbanas scio,
Nisi quia hunc meum esse dico. tr. & ego item esse aio meum. gr. mane.
Iam repperi rem quo pacto nec fur, nec socius fies.
tr. Quo pacto, gr. sine me hinc abire, tu abi tacitus tuam uiam,
Nec tu me quoiq̃ indicassis, neq; ego tibi quicq̃ dabo,

SARACENVS.

℃ QVOD uas excœpisti: legerem potius: quod manibus excœpisti: ut quasi cauillari uideatur ad illũ: quod ræte: atq; haminacti sunt. ¶ Et uitorem & piscatorem: Lego uænatorem: & piscatorem: quasi dixisset: quod in mari non reperitur: sed in terra: audes in mari dicere repertum esse. ¶ Puniceum: Nam tergum: cum uirgis cæditur: rubescit primum: postmodum nigrescit. ¶ Helleborosus: Supra memoratum abunde est: helleboro purgari cerebrum: ęgritudinesq; sanari. ¶ Ceritus: Cereris spiritu afflatus: & de hoc alias sępe. ¶ Pẽnicillus nouos: Pro nouus: est enim genus spongię pẽnicillus: spongias enim huiusmodi antiqui in deliciis habuerunt ad mundanda corpora: Exurgere ergo magis spongia cum noua: & suda sit dicitur: inquit Festus penniculi spongiæ longę per similitudinem caudarũ appellatæ. ¶ Hinc offlectam nauem: Metaphoricos dictum: pro iter hinc arripiam: & secedam. ¶ Si tu proræta: Prosequitur metaphoram: & sensus est: ac dixisset: quaqua iter aggrederis: ego te sequar. ¶ Ramenta: quę abraduntur ex una quaq; re & proinde abiicienda tanq̃ uilia & inutilia: ramenta dicuntur. sed Plautus fœminino genere hic & alibi pronũciauit. ¶ Horia: Hoc loco rectissime legitur pro naui piscatoria: cuius diminutiuum horiola. ¶ Quam tu nihilo mane: legendum est: quam tu ẽ nihilominus.

Pẽnicillus quid sit

VALLA.

℃ IMO hercle haud est: non est tuũ: quod dicis: quicquid excepisti. nam si uas aliquod id fuerit: tuum non est. ¶ Philosophe. hæc grippus per ironiam sapientem illum uocans qui ita ratiocinetur. ¶ Et uectorem: & piscatorem te esse impure postulas: æquũ non est inquit: cum sis piscator ut te etiam uectorem facias: idest qui uehat mercimonia. ¶ Scelus: idest scelestæ: & uocatiui casus est. ¶ Puniceum. corium: cum uerberabere. ¶ Postea atrum denuo. Vbi uibices appareant. ¶ Salue thales. posteaq̃ inquit ego stultus sũ: tu eris thales milesius e septem sapientibus unus. ¶ Helleborosus sum: ita est inquit assumpsi helleborum plusq̃ deceret: nam si minus sumatur: magnam ægritudinem leuare non potest: si plus sumatur: portendit periculum: ideo Persius inquit. Diluis helleborum certo compescere puncto. ¶ At ego cerritus. Cereris spiritu afflatus. de hoc in amphitryone dictum. ¶ In cerebro colophos abstrudam tuo. Caput tuũ eo usq; perstringã ut in ipso colophos possim abstrudere: idest infigere. ¶ Itidem quasi pen

Tu taceto, ego musitabo, hoc optumum, atq; æquissumum est.
Tr. Eho quid conditionis audes ferre? Gr. iam dudum fero,
Vt abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.
Tr. Mane dum refero conditionem. Gr. te obsecro aufer mó.
Tr. Ecquem in his locis nouisti? Gr. oportet uicinos meos.
Tr. Vbi tu hic habitas? Gr. porro illic longe usq; in campis ultimis.
tr. Vin qui in hac uilla habitat, eius arbitratu fiat hoc?
Gr. Paulisper remitte restem, dum concedo, & consulo.
tr. Fiat. Gr. euge salua res est, præda hæc perpetua est mea.
Ad meū herum arbitrum uocat me, hic intra præsepeis meas.
Nunq̄ hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum.
Næ iste haud scit quam conditionem tulerit, ibo ad arbitrum.
tr. Quid igitur? Gr. quanquam istuc esse ius meum certe scio,
Fiat istuc potius, q̄ nunc pugnem tecum. tr. nunc places,
Gr. Quanq̄ ad ignotum arbitrum me appellis, si adhibebit fidem
Et si est igno tus, notus, si non, ignotissumus est.

Pennis qd fit.

nicillus. Pennem antiqui quondaȝ uocabant: a qua antiquitate etiam nunc offa porcina: cum cauda in cœnis pueris offa pennita uocatur: & penniculi: quis calciamenta tergentur: quod e codis extremis faciebant. Antiq forsitan a pendendo neutrius in tunicularia bubulo significat: penniculo grandi: idest cauda. Fest. penniculi spongeæ longę propter similitudinem caudarum appellatæ. pennes enim uocabantur caudę. ¶ Echinos exugere solet: apparet penniciillum piscem esse: q echinos absorbet. De echino paulo ante abunde dictum. ¶ Ni hunc amittis subaudi rudentem. ¶ Vt piscem soleo polypum. & polypum: & polypodem tam pro morbo qua pro animali: de quo in aulularia dictum: nā aliter uō bene coquuntur: nisi diu uerberentur. ¶ Nisi maluȝ fruisci: ut fruor hanc rē: & hac re: ita & fruiscor. Hinc offlectā nauem: idest me conuertam alio naui. ¶ Si tu proreta: idest in prora resides. ¶ Ego gubernator ero: subaudi ex puppe. ¶ Ramenta fies fortunatior: idest in minima parte: quid sit ramenta in bacchidibus dictum. ¶ Et ræte: & oria: idest meo nauigio: ut paulo ante expositum est. Quę ab ora dicta. Sunt autem orę inquit Fest. extreme partes terrarum: idest maritimę: unde & uestimentorum extremæ partes: quæ quia & prima dici possunt: Cecilius in ethrione usus est pro initio rei: quum ait: oram reperire nullam quam expediam: quęo. Oram maritimā græci uocant actēn: ut ostendit Aulus Gel. lib. xiii. Liuius quoq; de secundo bello punico. In ipsis quoq; trepidatum nauibus est: duȝ ne hostes cum suis simul irrumperent: trahunt scalas: orasq;: & anchoras ne in moliendo mora esset: præcidunt: multiq; adnatantes nauibus incerto præ tenebris quid aut peterent: aut uitarent fœde interierunt. Quint. permittam' uela uentis: & oram soluentibus bene præcemus. paulopost in quarto: nauim perspexi: quanti ueheret: interrogaui: de pręcio conuenit: conscendi: sublatę sunt anchoræ: soluimus oram: profecti sumus: nomen auteȝ habuit ab eo: qđ græci dicunt ὤα interposita r littera a latinis: ut in odé anabathon centesimo trigesimo secundo psalmo. τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὤαν τοῦ ἐνδύματος αὐτοῦ ὡς δρόσος ἀερμων: idest quod descendit in oram uestimēti ei': sicut ros aermon. ¶ Fur sum q̄ tu nihilominus. Tritum enim illud est: agentes & consentientes pari pœna puniūtur. ¶ Abi tacitus tuam uiam: idest iter tuum: quod tibi institutum est facito. ¶ Indicassis: pro indicaueris. Iam dudum ero: subaudi conditionem. ¶ Dum concedo: & consulo. Donec ego me contraho: & consilium meum mecum ago. ¶ Intra præsepis meas: idest domum meam: hoc pręsepe: & hęc præsepis. ¶ Abiudicabit ab suo triobolum: non iodicabit: aduersum me fui: eius sum seruus iam minimum q̄ est triobolus præcium trium obolorum. ¶ Ne iste: ne affirmantis est. ¶ Haud scit: nescit inquit: quę nam sit hæc conditio: quam tulit. ¶ Me appellis: me deducis: appelli proprie dicitur nauis in portum. ¶ Si est ignotus notus loco noti habebitur. Sin notus ignotissimus: & si nouerim mihi pro ignotissimo habebitur.

Orę q̄ dicā tur.

ANSELMVS.

¶ PROreta. Iulius Pollux i primo onomastico libro οἱ δ' ἐμπλέοντες κυβερνήτης. πρωράτης. ναύτης & quæ secuntur. Item in Ecloge: quę Suidę dicit. πρωράτης ὁ τῆς νηὸς καὶ πρῴρατης. a prora. inclinatum uidetur: qui in ea regit nauem. Prora autem: Herodiano auctore ἀπὸ τοῦ προορᾶν. quasi πρόορα. & adscriptum habet. i. porro uerba illa Seruii in tertio Aenei. super illo uersu Sortiti remos: quis esset proreta: quis pedem teneret. in uetusto codice non leguntur. ¶ Reditur ex codici. antiquis: & metri necessitate: ac sententiæ concinnitate: non reditura: ut legunt. ¶ Musitare proprie est dissimulandi causa tacere dictum ab. M. litera pressę nimiū uocis: ac pene nulli': adeo ut sola omnium cum inter uocales inciderit atteratur: atq; subsidat. ¶ Triobolus: & diobolus species sunt atticoruȝ nomismatum. & Diobolus quidem in altera faciem iouis insculptam habuit: in altera noctuā: unde & populari conuicio hodieq; nihili hoiem noctuā solemus appellare. in triobolo diobolo tetrobolo antepenultima extenditur.

SARACENVS

Dæmones. Mulieres Palestra. Ampelisca. trachalio. Gripus.

Vpio ædepol, quanq̄ nobis quæ uoltis mulieres,
Metuo ppter uos, ne uxor mea me extrudat ædibus.
Quæ me pellices adduxisse dicet ante oculos suos,
Vos confugite in aram potius, q̄ ego. Mu. perimus miseræ

CVpio ædepol. Seruoruȝ nouam contentionem apud senem scæna continet de uidulo: quo ille uiso: & inspectis q̄ infuerant ornamētis puellaribus: suam agnoscit filiam: sed primum puellas a se abire iubet p̄ uxoris metu. Quam ego: subaudi: uel metuā: uel ab uxore iurgiū patiar.

VALLA.

CVpio ædepol. In hac scena dum dæmones mulieribus blanditur: & uxoris sinę metuit suspitioneȝ: arbiter efficitur de grippi uidulo: quem cum reclusit: cognouit crepundia filiæ. ac filiam suam palęstram amplectitur. ¶ Me extrudat ædibus: eiiciat amoris suspitione. ¶ In aram: subaudi ueneris.

¶ Opræ

SARA CENVS.

Facessere significata

¶ O præses salue: Ego o præses salue: nam ad illud refertur ex præsidio præsidis: uel potius: quia iudex futurus erat de uidulo ⁋ Haud pudet: Loquitur grippus: nō dæmones: & rursus: ergo abi: hinc sis: sermo cōuenit grippo. ⁋ Rem facesso: Facessere duplicē habet significationē: nam idē quod facere significat. Virg. & iussa facessunt: & facessere pro recedere. facesse hinc tarquinios dixit Liuius: utrūque ergo significatū Plau. expressit: nā trachalio rē facessere se dicit: quasi rem suā: & cām sit acturus: grippus aūt facessas pro abeas: & discedas festiuiter protulit. ⁋ Qd primarius: Aberrant profecto: qui hunc sermonē applicant demoni: sine controuersia uerba sunt Trachalionis per ea: quæ subsequuntur: & rursus qd tu idem mihi uis fieri: uerba sunt grippi: nō trachalionis: ut emēdauimus.

dæ. Ego uos saluas sistam, ne timete, sed quid uos foras
Prosequimini? quoniam ego adsum, faciet nemo iniuriam.
Ite inquam domum amabo, nunc iam ex præsidio præsidis.
Gr. O præses salue. Dæ. salue Gripe, quid fit? tr. tuus ne hic seruos est?
Gr. Haud pudet? tr. nihil ago tecum. gr. ergo abi hic sis. tr. quæso responde senex,
Tuus hic seruos est? Dæ. meus est. tr. hem istuc optume quã do tuus est.
Itẽ saluto te. Dæ. & ego te, tu ne es, qui haud multo prius
Abisti hinc herum accersitum? Tr. ego is sum. Dæ. quid nũc uis tibi?
Tr. Nempe hic tuus est? Dæ. meus est. tr. istuc optume quan do tuust.
Dæ. Quid negocist? Tr. uir. scelestus illic ẽ. dæ. qd fecit tibi
Vir scelestus? Tr. homini isti talos suffringi uolo.
dæ. Quid est? qua de re nunc litigatis inter uos? tr. eloquar.
gr. Imo ego eloquar. tr. ego opinor, rem facesso. gr. si qdem
Sis pudicus, hinc facessas. dæ. Gripe animũ aduorte ac tace,
Vt istic prius dicat audi, loquere tu. gr. alienon prius,
Quam tuo dabis orationem? dæ. ut nequiter comprimitur.
tr. Ita ut occœpi dicere, illum quem dudum lenonem
Extrusisti, hic eius uidulum eccillum.
gr. Non habeo. Tr. negas quod oculis uideo? gr. at ne uide as uelim
Habeo, non habeo, quid tu me curas quid rerum geram?
Tr. Quo modo habeas, nihil id refert, iure an ne iniuria.
gr. Ni istum cepi, nulla caussa est, quin me condones cruci.
Si in mari reti apprehendi, qui tuum potiust, q̃ meum?
tr. Verba dat. gr. hoc modo res gesta est, ut ego dico. Dæ. quid tu ais?
tr. Quod primarius uir dicat, comprime hunc sis, si tuus est.
gr. Quid tu mihi idem uis fieri, quod herus consueuit tibi?
Si ille te comprimere solitus, hic noster nos non solet.
Dæ. uerbo illo modo ille uicit, quid nunc tu uis? dic mihi.
tr. Equidẽ neque ego partẽ posco mihi istinc de istoc uidulo,
Neque meum hodie esse unq̃ dixi, sed istic inest cistula
Huius mulieris, dudum fuisse quam dixi, liberam.
Dæ. Nempe tu hanc dicis, quam esse aiebas dudum popula rem meam?

VALLA.

¶ EX præsidio præsidis. i. ope mea: qui sũ uobis præses. Hoc cum audiuisset grippus ait ridēs: o præses salue. ⁋ Nihil ago tecum. Quia tu apud dñm. Talos suffringi uolo: per talos sinecdoticos crura itelligimus: tamẽ quã tali hoi non esse phibeantur: ossicula quæ inter pedē & crus agni: uel hędi a græcis astragali noiati: quibus etiã lusitarunt ueteres: ut Aristo. in primo de cœlo docet: in numeros ingens iactare astragalos non quas: pancos quas: Inde Victruuius in colũnis astragalos per similitudinem uocitant: et talos illi: quibus in alea lusitamus: cybos uocãt uertendo nos ypsilon in u cubos dicimus: unde & geometræ figuras illas: quæ de quadratis exurgunt cubos uocant. Vñ & illa quõ ab Aristote. memorata: cuius & Victruuius meminit de duplicãdo cubo: quæ multã sollicitudinẽ diu multis præbuit philosophis: quo pacto per lineas medias proportionales possit ueniri olim ab Apolline oraculo pposita: quo rñdit: tuz demum cessaturã pestem: si aras: quæ cubi erant: duplicarent: hanc pr meus multis demõstrauit modis aduersus illos: qui ridicule: & imperitissime dixerũt: intelligi cubũ duplicẽ ex binario numero octonariũ duplicatum per quadratũ sexaginta quattuor. In numeris enĩ potentia cubus est unitas: re ãt primus a binario octonarius: ut uiginti & septẽ a trinario: & sexaginta quattuor a quattuor. Quibus quattuor cubis pythagorei: ut inqt Aristo. oia constare uoluerũt. Et qm decem cõstant pportionibus inter se: atque renunciunt factum eẽ: ut denarius oium numerorum sit terminus. Cubũ ergo latini hoc mõ dixerunt: ossiculũ autez illud aialium: ut ossiculũ cernitur astragalũ pariter & talũ. At figurã illam ex osse: qua luditur in aleatã talum quã tessaraz dixere absque ullo discrimine. Mart. aũt: ut distinguatur significatio talum uocauit quod proprie talus est ossiculuz inter crus & pedẽ: quo etiam lusitari diximus. At tessaraz t quem diximus cubũ a græcis appellari. Nempe quoniã de quadrato: quod quattuor habet latera consurgat: a numeroque quaternario tessara appellatus cum inqt. Non mea magnanimo depugnat tessara talo. Fest. autem nuger dici solet a castrensibus hominibus: qui nunc cosus is: quod talis male ludit. ⁋ Hinc facesso: idest discedo. Seruii ac Nonii sententia. facesso discedo. Teren. in phor. Hæc hinc facessat: tu molestus ne sies. Cicero. de legibus libro .i. paulisper facessant rogemus. Afranius nolo hic te uideat dominus: puer facesse. hinc Plau. in rudente: siquidem sis pudicus: & quæ sequuntur. ⁋ Quod herus consueuit tibi. hoc ad impudicitiam pertinet.

Cubũ quid sit.

Facessere qd sit

ANSELMVS

Serui unde dicti

¶ TVVS ne hic Seruus? Serui ex eo appellati sunt: quod imperatores captiuos uendere iubent: & per hoc seruare nec occidere solent. Mancipia uero dicta sunt: quod ab hostibus manu capiuntur.

Tr. Admodum,& ea, quæ olim parua gestauit crepundia,
Istic in cistula insunt, quæ istic inest in uidulo.
Hoc neq; isti usus est,& illi miseræ suppetias feret,
Si id dederit, suos qui parentes quærat. Dæ. faciá ur der, tace.
gr. Nihil hercle ego sum isti daturus. tr. nihil peto, nisi cistulá,
Et crepundia. gr. quid si autem ea sunt aurea? tr. quid istic tua?
Aurum auro expendetur, argentum argento exæquabimus.
gr. Facias aurum ut uideam, post ego faciam ut uideas cistulá.
dæ. Caue malo ac tace, tu perge ut occœpisti, dicere.
tr. Vnum te obsecro, ut te huius commiserescat mulieris.
Siquidem hic lenonis eius est uidulus, quem suspicor,
Hic nisi de opinione, certum nihil dico. gr. uiden
Scelestus is aucupatur. tr. sine me, ut occœpi, loqui.
Si scelesti illius est hic, quoius dico uidulus,
Hæ poterunt nouisse, ostendere his iube. gr. ain ostendere?
dæ. Haud iniquum dicit Gripe, ut ostendatur uidulus.
gr. Imo hercle insignite iniq;. dæ. quidum? Gr. quia si ostédero,
Continuo hunc nouisse dicent scilicet. tr. scelerum caput.
Vt tu te es, item censes omneis esse? periuri caput.
gr. Omnia istæc ergo facile patior, dum hic hinc a me sentiat.
dæ. Atqui nunc abs te stat uerum hinc tibi testimonium
Gripe aduorte animum, tu paucis expedi. gr. quid postulas?
tr. Dixi equidem, sed si parum intellexti, dicam denuo.
Hasce ambas, ut dudum dixi, ita esse oportet liberas.
Hæc Athenis parua fuit uirgo surrepta. gr. dic mihi
Quid ad uidulum pertinet, seruæ sint istæ, an liberæ?
tr. Omnia iterum uis memorari scelus, ut de fiat dies.
dæ. Abstine maledictis,& mihi, quod rogaui, dilue.
tr. Cistellam istic inesse oportet caudeam in isto uidulo,
Vbi sunt signa, qui parentes noscere hæc possit suos,
Quibus cum parua periit Athenis sicut dixi prius.
gr. Iuppiter te, Diq; omnes perdant, quid ais ueneface?
Quid, istæ mutæ sunt, quæ pro se fari non queant?
tr. Eo tacent, q; tacita, bona st, mulier semper, q̃ loquens.
gr. Tu pol pro portione nec uir, nec mulier mihi es.
tr. Quidum? gr. q; eni neq; loquens es, neq; tacens unq̃ bonus.
tr. Quæso en unq̃ hodie licebit mihi loqui? dæ. si præter hac
Tu uerbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
Tr. Vt id occœpi dicere, eam senex te quæso cistulam
Vt iubeas hunc reddere illis, ob eam siquid postulat,
Sibi mercedis dabitur, aliud quicquid ibi est habeat sibi.
gr. Nunc demum istuc dicis, quoniam ius meum esse itellegis.
Dudum dimidiam petebas partem. tr. imo etiam nunc peto.
gr. Vidi petere miluom, etiam cum nihil auferret tamen.
dæ. Nó ego te comprimere possum sine malo. gr. si istic tacet,
Ego tacebo, si iste loquitur, sine me mea pro parte loqui.
dæ. Cedo modo mihi uidulum istum Gripe. gr. cócredam tibi,
Ac si istorum sit nihil, ut mihi reddas. dæ. reddetur. gr. tene.
Audi nunc iam Palæstra atq; Ampelisca hoc, quod loquor,
Est ne hic uidulus ubi cistellam tuam inesse aiebas? Pa. is est.

SARACENVS ¶ CISTellam caudeam: Non gaudeam: ex errrore impressorum: opinor: Sunt eniz cistellę caudeæ: siue caudeaceæ: ex iuncis a similitudine caudæ factę. ¶ In me habebit ariola: Dicendũ: an ne habebit ariola: & cum interrogatione legantur. ¶ Hoc habet: Lego hoc habere bene: & uerba sunt dęmonis: non palæstræ. ¶ Video cistella: loquitur palęstra. ¶ Quot posteris postules: corrigo quod postea postules. ¶ Ensiculus: paruus gladius. ¶ Litteratus: Vt supra litteris sculptus. ¶ Ancipes: aciem utring; acutam habens. ¶ Maniculæ: & suecula: A suendo suculam dixit: uestis est: sed iocose suculam pro sue seruus expressit: Priscianus meminit huius loci. ¶ Volupest: loquitur trachalio.

Sucula uñ dicta

VALLA. ¶ ISTI neq; usui est: idest utilis esse potest. ¶ Suppetias feret: idest adminiculabitur. ¶ Qui súos parentes. Vt suos parentes. ¶ Aurum auro expendetur: pro auro tm̃ auri tradit̃. ¶ Te huius commiserescat mulieris: commiseratione mouearis. ¶ Hæ potuerũt. subaudi mulieres. ¶ Insignite iniq;: idest insignis iniquitas aduersum me. ¶ Periurii caput: qui cæteros periurii antecedis. ¶ A me non sentiat: idest aduersum me. ¶ Parum intellexti. pro intellexisti. Vt defiat dies: adueniat nox: quæ dirimat litigium. ¶ Oportet caudeam: idest e caudice factã: non e uiminibus. ¶ Tacita bona st mulier semper q̃ loquens: notanda locutio: ubi quam ponitur: licet comparatiui non sit deriuatio: id autem est: qa res rei comparatur. ¶ Quicquid ibi ẽ. subaudi in uidulo. ¶ Cistellam isticce ne esse oportet caudiceam: e caudice confectam ¶ Singulatim: singula suo nomine appellando. ¶ Ius merũ oras. a iure nihil abest: oras autez pro agis: unde & oratores dicti actores. ¶ Superstitiosa an tau riola: superstitiosaz posuit pro ea: quæ spiritu aliquo uexetur. Ariolam pro quacunq; diuinatrice. ¶ Anne abit ariola: nuz cedes diuinatrici. ¶ Hoc bene habet. Ait dęmones. ¶ O mi parentes: hoc propter crepundia dicit. ¶ Cõpegeris: astrinxeris: infixeris. ¶ Perii in primo prę lio: idest in primo congressu: quia uerum dixit. prælium & enim quasi pręludiũ est acrioris pugna iminentis. Ensiculust. p ensiculus est. ¶ Dicendum: dũ syllabica adiectio ẽ. ¶ Altrinsecus: ex altera pte. ¶ Securiculi ancipes: p anceps: ut Pri. quoq; legit. Ancipitem uocat: quod utring; secet. ¶ Dædalis: a uarietate uidetur nomen habuisse: unde ille dædalus artifex: dędalo si quidem uario significat. hinc dædala circę: & dædala tel' a Vir. Lucretioq;

Oratores actores dicti fuere

dicuntur.

Gr. Perii hercle ego miser, prius q̃ plane aspexit, illico
Eum esse dixit. Dæ. faciam ego hanc rem, nam tibi cistulam
Isticcine esse oportet eandem in isto uidulo.
Pa. Vbi ego dicam quicquid inerit nominatim, tu mihi
Nullum ostenderis, si falsa dicam, frustra dixero.
Vos tamen istæc, quicquid istic inerit, uobis habebitis.
Sed si erũt uera, tũ obsecro te, ut mea mihi reddãt. gr. placet.
Ius oras meo, meo qdẽ animo. dæ. ac meo hercle. gr. dic mihi,
Quid si ista aut superstitiosa, aut hariola est, atq; omnia,
Quicquid insit, uera dicet, an ne habebit hariola?
dæ. Non feret, nisi uera dicet, nequicq̃ hariolabitur.
Pa. Solue uidulum ergo, ut quicquid sit, uer q̃ primũ faciam.
dæ. Bñ hoc hẽt. gr. solutũ ẽ, ah pi, uideo cistellã. dæ. hæccie ẽ.
Pa. Istæc est, o mi parentes, hic uos conclusos gero.
Huc opesq; spesq; uostrum cognoscendum condidi.
gr. Tum tibi hercle deos iratos esse oportet, quisquis es,
Quæ parenteis tam in angustum tuos locum compegeris.
dæ. Gripe accede huc, tua res agitur, tu puella istinc procul
Dicito quid insit, & qua facie memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis, quod postea postules,
Te ad uerum conuorti, nugas mulier magnas egeris,
gr. Ius bonum oras. tr. ædepol haud te orat, nam tu iniurius.
dæ. Loquere nunc iam puella, gr. animum aduortæ, ac tace.
Pa. Sunt crepundia. dæ. ecca uideo. gr. perii in primo prælio.
dæ. Mane, ne ostenderis, qua facie sunt? responde ordine.
Pa. Ensiculust aureolus primum litteratus. dæ. dice dum,
In eo ensiculo litterarum quid est? Pa. mei nomen patris.
Post altrinsecus est securicula ancipes, item aurea
Literata, ibi matris nomen in securiculast. dæ. mane,
Dic in ensiculo quod nomen est paternum? Pa. Dæmones.
dæ. Di imortales, ubi loci sunt spes meæ? gr. imo ædepol meæ.
dæ. Pergite obsecro cõtinuo placide. gr. aut ite in malã crucẽ.
dæ. Eloquere matris nomen hic in securicula quid siet.
Pa. Dædalis. dæ. di me seruatũ cupiunt. gr. at me perditum
dæ. Filiam meam esse hãc oportet Gripe. gr. sit ꝑ me quidem,
Quin te Di omnes perdãt, qui me hodie oculis uidisti tuis.
Meq; adeo scelestum, qui non circunspexi centies
Prius, nequis inspectaret, q̃ retem extraxi ex aqua.
Pa. Post est sicula argenteola & duæ connexæ maniculæ,
Et sucula. gr. quin tu i directa cum sucula & porculis.
Pa. Et bulla aurea est, pater quam dedit mihi natali die.
dæ. Ea profecto est, contineri quin complectar non queo
Filia salue mea, ego is sum, qui te produxi, pater,
Ego sum Dæmones, & mater tua ecca hic intus Dædalis.
Pa. Salue mi pater insperate. dæ. salue, ut te amplector libens.
tr. Volupest, cum istuc pietate nostra uobis contigit.
dæ. Cape dum hunc, si potes, fer intro uidulum age Trachalio.
tr. Ecce Gripi scelera, cum istæc res male euenit, tibi
Gripe gratulor. dæ. age eamus mea gnata ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere,

dicuntur. ¶ Postem scitula argenteola: uas aquarium dicit. ¶ Maniculæ: a manica diminutiuum. ¶ Succula: a sue factum uerbum. ¶ I die recta: idest in crucem erecta. ¶ Bulla aurea. hoc enim prætextatorum puerorum erat insigne a collo ad pectus pendens. ita dicta: q; bule græce dicatur consiliũ: aut q; eam partem attingeret: in qua naturale manet consilium. aut q; eas ætatem ostenderet alterius regendam esse consilio: nam cum tutores euasissent: hoc insigne deponebant: laribusq; donabant. Persius. Bulla q̃ succinctis laribus donata pependit. hoc insigne ad romanos ab ethruscis peruenisse ostendit Macrobius. ¶ Poterit argumentis: idest signis: ut etiam apud oratores Quintilianus docet. arguere enĩ ostendere. Iuuenalis. Arguit ipsorum: quos littera. & rursum. in aure fenestræ arguerint: licet ipse negẽ. ¶ Operam promiscuam: ab omnibus indifferenter datam. ¶ In solo abstrusi loco: occultaui in solitudine.

Bulla quid sit. & unde dicta

¶ TE cõprimere solitus: alludit ad illud: quod nuper dixit Trachalio. Comprime hũc sis: si tuus est: sed uerso intellectu: ut eum obliq; perstrigat tanq̃ impudicum. ¶ Iuppiter te: Iouem quod Seruus homuncio in excidium alterius serui uocet: q̃si curet ista Iuppiter: succurrit certe Pãpho cuiusdam carmen: sed libuit apponere: uerum quoniam parum pro Iouis maiestate uisum est uertere in latinum supersedimus. sic igitur Pãpho. Ζευ κυδιστε μεγιστε ιτων ελαυμενε κοπρω. Μηλειν τεκας ιππειν και ημιονειν. ¶ Mulier tacita. Sophocles in Aiace Sua: Taciturnitatem ait mulieribus ornamentum afferre.

VGOLETVS ET GRAPA.

Mulierũ ornamẽtũ taciturnitas.

VALLA. PRoh di immortales. Inuẽta filia dæmones exultat lætitia: pleusidippumq; ad se acciri iubet. Benefactum uolunt: pro benefacere uolũt. Optatum piis: nam pios amare numina par est.

SARACENVS. ALiquando osculando pausam: Idest requiẽ: unde uerbum pauso: quiesco: desisco. Porci sacres: Ad sacrificandum idonei: ut in menechmis dictum est Varrone tradente.

VALLA. ALiquando osculando: dæmones per trachalionẽ acciri iubet pleusidippum: ut fiant ex palæstra nuptiæ: sꝫ trachalionis responsum odiosum habet semper: licet respondentis. Pausam fieri. Quiescere. pauo enim quiescorcuius futurum pauso. Et porci sacres: apti sacrificiis de his & in menæchmis satis dictum. Vt me emittat: idest liberum faciat. Hercules. Adiurantis est: ut supra quoq; diximus Ciceronis astipulatu: sed potest esse: ut herculem inuocet.

Pauo quid sit

VGOLETVS ET GRAPA. ¶ SAcres porci. Marcus Varro Cus porci inquit depulsi sunt a mamma a quibusdam delici appellantur: neq; iã lactentes dicuntur: qui a partu decimo die habentur puri: & ab eo appellantur ab antiquis Sacres: quod tũ ad sacrificia idonei primum dicuntur. Laribus porcum facere suetos Plaut? innuit: cui subscribit & Horatius. Ceterum genio (quem unum esse cum lare. C. Flaccus in libro indigitamentorum prodidit) Iunonibusq; non mactari hostias testes sunt Catullus: Tibullus: Persius: Censorinus ceteri.

Sacres qui dicantur

Quæ te magis tractauit, magisq; signa pernouit tua.
Tr. Eamus intro omnes, quando operam promiscuã damus.
Pa. Sequere me Ampelisca. Am. cum te Di amant, uoluptati est mihi.
Gr. Sum ne ego scelestus, qui illuc hodie excepi uidulum,
Aut cum excepi, qui non alicubi in solo abstrusi loco.
Credebam pol turbulentam prædam euenturam mihi,
Quia illa mihi turbulenta tempestatæ euenerat.
Credo ædepol inesse auri & argenti largiter,
Quid meliust, q̃ ut hic itro abeã, & me suspendam clanculum,
Saltem tantisper dum abscedat hæc a me ægrimonia.

Dæmones senex.


PRoh Di immortales, quis me est fortunatior,
Qui ex improuiso filiam inueni meam?
Satin, si quoi homini di esse benefactum uolunt,
Aliquo illud pacto obtingit optatum piis?
Ego, quod hodie neq; speraui, neq; credidi,
Ex improuiso filiam inueni tamen,
Et eam de genere summo adolescenti dabo
Ingenuo, atheniensi & cognato meo.
Ego eum adeo accersi huc ad me q̃ primum uolo,
Iussiq; exire huc seruom eius, ut ad forum
Iret, non dum egressum esse eum id miror, tamen
Accedam opinor ad fores, quid conspicor?
Vxor complexa collo retinet filiam.
Nimis inepta atq; odiosa eius est amatio.

Demones. Trachalio seruus.


ALiquando osculando melius est uxor pausam fieri,
Atq; adorna ut rẽ diuinam faciam, cũ itro aduenero,
Laribus familiaribus, quom auxerũt nr̃am familiam.
Sunt domi agni, & porci sacres, sed quid istum remoramini
Mulieres Trachalionem? atq; optume eccum exit foras.
Tr. Vbi ubi erit, tñ inuestigabo, & mecum ad te adducam simul
Pleusidippum. dæ. eloquere ut hæc res obtigit de filia,
Rogato, ut relinquat alias res, & huc ueniat. tr. licet.
dæ. Dicito daturum meam illi filiam uxorem. tr. licet.
dæ. Et patrem eius me nouisse, & mihi esse cognatum. tr. licet.
dæ. Sed ppa. tr. licet, dæ. iã hic fac sis, cœna ut curetur. tr. licet.
dæ. Omnia illicet. tr. licet, sed scin quid est, quod te uolo?
tr. Quod p̃misisti, ut memineris hodie ut liber sim. dæ. licet.
tr. Fac ut tu exores Pleusidippum, ut me emittat. dæ. licet.
tr. Et tua filia facito oret, facile exorabit. dæ. licet.
tr. Atq; ut Ampelisca mihi nubat, ubi ego sim liber. dæ. licet.
tr. Atq; ut mihi gratum beneficium factis experiar. dæ. licet.
tr. Omnia ilicet. dæ. licet, tibi rursum refero gratiam.
Sed propera ire in urbem actutum, & recipe te huc rursum. tr. licet.
Iam hic ero, tu in teribi adorna cæterum quod opust. dæ. licet.
tr. Hercules istum infelicitet cum sua licentia,
Ita meas repleuit aores, quicquid memorabam, licet.

¶ Quam mom

Gripus piscator. Dæmones senex.



Vam mox licet te compellare Dæmones?
Dæ. Quid est negocii Gripe? Gr. de illo uidulo.
Si sapias, sapias, habeas quod Di boni danunt.
Dæ. Aequom uidetur tibi ut ego alienum quod est,
Meum esse dicam? Gr. quod ne ego inueni in mari?
Dæ. Tanto melius illi obtigit, qui perdidit.
Tuum esse nihilo magis oportet uidulum.
Gr. Isto tu pauperes, quom nimis sancte pius.
Dæ. O Gripe Gripe, in ætate hominum plurimæ
Fiunt trasennæ, ubi decipiuntur dolis.
Atq; ædepol in eas plærűq; esca imponitur,
Quam siquis auidus poscit escam auariter,
Decipitur in trasenna auaritia sua.
Ille qui consulte, docte, atq; astute cauet,
Diutine licet partum bene.
Gr. Mihi istæc uidetur præda prædatum irier,
Vt cum maiore dote abeat, q̃ aduenerit.
Dæ. Ego ne, ut quod ad me allatum esse alienum sciam,
Celem? minime istuc faciet noster dæmones.
Semper cauere, hoc dictum sapientissimum est,
Ne conscii sint ipsi maleficii sui.
Ego mihi quom lusi, nil moror ullum lucrum.
Gr. spectaui ego pridem, comicos ad istunc modum
Sapienter dicta dicere, atq; iis plaudier,
Quom illos sapienteis mores monstrabant populo,
Sed quom inde suam quisq; ibant diuorsi domum,
Nullus erat illo pacto, ut illi iusserant.
Dæ. Abi intro, ne molestus, linguæ tempera.
Ego tibi daturus nihil sum, ne tu frustra sis.
Gr. At ego deos quæso, ut quicquid in illo uiduloſt,
Si aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.
Dæ. Illuc est, quod nos neq̃ seruis utimur.
Nam illic cum seruo si quo congressus foret,
Et ipsum sese & illum furti adstringeret.
Dum prædam habere se censeret interim,
Præda ipsus esset, præda prædam duceret,
Nunc hinc intro ibo & sacruficabo, post ibi
Videbo nobis cœnam continuo coqui.



SARACENVS.

Vam mox: Quęrit seruus hero suo per:uadere omnino non omittere: quod obiicitur luctus. ⁋ Isto tu pauperes. Istuc tendit illud Persii: digito terebrare salinum. Contemptus pages si uiuere cum Ioue tēdis. ⁋ Trasennæ: Deceptiones: & laquei: est proprie trasenna extentus funis ad aues capiēdas serui testimonio. ⁋ Vt quod a me ablatum: Dicendum: ut quod ad me allatū. ⁋ Vt illi iusserant: idest monuerant fieri deberi.

Trasenna quid sit



VALLA.

Vas mox licet te compellare. Grippus ob compertū uidulum plenus lętitia: ut in rebus humāis solet euenire: in maximam conuersus ægrimoniam apud dæmonem herum cum stomacho proloquitur. Dii boni danunt: idest dant: qui mihi contulere meam filiam. ⁋ Aequum uidetur. interrogatiue legendum est: ac si dicat: iniquū est. ⁋ Nimis sancte pius: ut illud persianum. Varro regustatum digito terebrare salinum. Contentus per ages: si uiuere cum ioue tēdis. ⁋ Plurimæ sunt trasennæ: idest multi transitus: qd sit hoc uerbū in bacchidibus expositū. ⁋ Diutine. a diu factum: idest longo tempore. ⁋ Cum maiore dote abeat: idest a te discedat maiore cōmodo q̃ tibi commodum afferre potuerit. ⁋ Ad me allatum esse alienum sciam celerem: ego inquit furtum cuiusq̃ celauerim: quasi ego fur sim. ⁋ Noster dæmones: de se hoc dicit tanq̃ de alieno. Mihi cōlusi. cum me oblectare uolui. ⁋ Iam diuorsi domum: idest ad suos se recipiebant. ⁋ Et illum furti astringeret: idest forte aliqua cum illo cōueniret ⁋ Prædari duceretur. Aliena rapere putaretur. ⁋ Iubebo nobis cœnam conuiuio coqui: idest nuptias fieri.



PIVS BONO.

Licet. cum hoc uerbo licet: oppleuit aures meas. ⁋ Si sapias: sapias. hic est sensus: si sapies bonam habebis: supra: quod di luculentiorem opulentiam mortalibus nō largiuntur. est enim sapientia bonum maius: quod di dent: & ut inquit Oratius ad summam sapiens uno minor est ioue. Euripides introducit sapientem hæc loquentem: ego mihi soli impero: nullus autem hominum: & sententia græca est in hæc uerba. Iocundissimum est fœlicem habere mentem. ⁋ Isto tu pauper es: non ob aliam inquit causam pauper es: nisi quod semper nimis pius fuisti: iuxta platonicam sententiam. Odi sapientem: qui primum sibi non est sapiens. ⁋ Plurimæ trasenæ. plurimi laquei excipula ad homines irretiendos. ⁋ Licet partum bene: uir consultissimus tantummodo lucrum iudicat: quod bene: & sancte cautum est. Cætera enim lucra a uiro liberali refugienda sunt. ⁋ Prædatum irier. iri prædatum: hæc enim præda uidularia uidetur mihi deprędari a te ipso: quoniam per leges non licet: quod per naufragium nanciscimur statim nobis applicari.

Grǽca sñia

SARA CENVS. Terum mihi: Rettulerat I terea pleusidippo rem om nem trachalio: ut inuentæ erant puellæ liberæ: facit ergo adolescēs id: quod ge stientes lætitia plærię consueuerunt: qui quod libenter audiunt: sępius sibi recenseri uolunt.

VALLA. Terum mihi istęc omnia. ut trachalio hero suo: quæ eue nissent exposuit: eadem cu pit enarrari nimio elatus gaudio: & p inde inquit. Iterũ mihi istæc oia ite ra. Amplificationis causa dictum est: iterum: & itera. Assume quidē. Ca pe tibi aliud: ne semper censeo dicas. Eāpse illā: eā ipā: subaudi palęstrā.

SARA CENVS. Recuperatores qui dicantur. Vis me est: Leno in iudiciũ uocatus puellam palæstrā ingenuam agnitam a se abi re liberam cōpellitur. Ad recu. Qui de reb⁹ amissis iudicabāt: de qbus mētionem hũimus i bacchidibus.

SARA CENVS. Vnquid ædepol. Ex uerbis grippi cōquerentis leno tan dē pcipicit suum inuentũ ui dulũ: & liberas puellas agni tas. Quid me itro reuocas: cõuersus forte ad dęmonē: uel ad aliũ quēpiā: q illũ reuocasset. Di te amēt: sũt cõtinuata uerba ipsi⁹ lenonis. Cũ irraso capite: qa seruus erat: nā qui fie bant liberi raso capite capiebant pyleum: ut in amphitryone uidistis. In mari & alu: lege in mari elui: rur sus ubi legit: in marsupio inferunt: dic in marsupio insuerunt. In Pasceolo: in sacculo ex aluta facto. i. corio: Noni us testat hũc locũ. Magna hercle: ta cite ista loquitur: ne audiat a lenone.

Epichysis quid sit. Epichysis: uas est aquā minutatim fundens: qđ Varro idē qđ simplũ ap pellat: siue simpulũ: ut ēt ē legere apud Pliniũ & festũ: qui simpulũ uas paruũ nō dissimile cyatho facit: Varronis āt ista sunt uerba: a guttis guttũ appella uerunt: quod sumebāt minutatim: a su mēdo simplũ noiauerũt: in huiusce lo cũ in cõuiuiis e græcia successit epichy sis: & cyathus in sacrificiis remāsit: re liqua apud Noniũ inuenies uasorũ ge nera: qui non simplum: nec simpulũ: sed simpluulum dicit.

Git qđ sit. Num git frigi de facit. Num git frigide factas: qđ uidetur frustrā fieri cũ sit calidum git in tertio ordine: uel ut alii dixerunt in secũdo: quod (ut Plinius inqt) alii me lanthion: alii melaspermõ uocāt: opti mum & q̃ excitatissimi odoris: & q̃ ni gerrimum: est herba: ut a Dioscoride traditur: quæ in segetibus crescit odo re suaui: relaxat enim & calefacit: ad multas ægritudines accõmodatũ me dicamen. Prę i uerbis. Hoc est prius lo quere id: qđ domi est: quasi dixerit se

QVINTVS ACTVS.

Pleusidippus adole. Trachalio seruus.

Terum me istæc omnia itera mi aie, mi trachalio.
Mi liberte, mi patrone, imo potius mi pater.
Repperit patrē Palæstra suũ, atq; matrē? tr. reppit.
Pl. Et popularis ē? tr. opinor. Pl. & mi nuptura ē? tr. suspicor.
Pl. Censen hodie despondebit eam mihi quæso? tr. censeo.
Pl. Quid patri etiam gratulabor quom illā iuenit? tr. censeo.
Pl. Quid matri eius? tr. censeo. Pl. qđ ergo cēses? tr. qđ rogas,
Censeo. Pl. dic ergo quanti censes? tr. ego ne? censeo.
Pl. Adsume quidem, ne censionem semper facias. tr. censeo,
Pl. Quid si currā? tr. cēseo. Pl. an sic potius placide? tr. cēseo.
Pl. etiā ne eā aduenieus salutem? tr. cēseo. Pl. etiam patrem?
Tr. Censeo. Pl. post eius matrē? tr. censeo. Pl. quid postea,
Etiam ne aduenieus cõplectar eius patrem? tr. non censeo.
Pl. Quid matrē? tr. nõ cēseo. Pl. quid eāpse illā? tr. nõ cēseo.
Pl. Peri, delectum dimisit, nunc non censet, quom uolo.
Tr. Sanus nõ es, sequere. Pl. duc me mi patrone quo lubet.

Labrax leno.



Vis me est mortaliũ miserior qui uiuat alter hodie.
Quem mõ dānauit ad recupatores Pleusidippus?
Abiudicata a me modo est palæstra, perditus sum.
Nam lenones ex gaudio credo esse procreatos.
Ita omnes mortales, si quid est mali lenoni, gaudent.
Nunc alteram illam, quæ mea est, uisam huc in ueneris phanũ,
Saltem ut eā abducam, de bonis qđ restat relliquiarum.

Gripus piscator. Labrax leno.



Vnq̃ ædepol hodie ad uespe Gripũ īspicietis uiuõ,
Nisi uidulus mihi reddatur. La. pii cum mentionem
Fieri audio usq̃ uiduli, quasi palo pectus tundat.
Gr. Istic scelestus liber est, ego, qui in mari præhendi
Rete, atq; excæpi uidulum tradere negatis quicq̃.
La. Proh Di imortales suo mihi hic sermone arrexit aureis.
Gr. Cubitum hercle longis litteris signabo usq; quaq; in urbe,
Siquis pdiderit uidulum cum auro atq; argento multo,
Ad Gripum ut ueniat, non feretis istum, ut postulatis.
La. Meũ hercle illic homo uidulũ scit, qs hēt, ut ego opinor,
Adeundus mihi illic est homo, Di quæso subuenite.
Gr. Quid me itro reuocas? hoc uolo hic ante hostiũ extergeꝰ,
Nam hoc quidem pol e rubigine nõ e ferro fabre factum est,
Ita quanti magis extergeo, rutilum atq; tenuius fit.
Nam quidem hoc uenatum est, ueꝛ ita in manibus consenescit.
La. Adolescens salue. Gr. Di te ament cum irraso capite. La. quid fit?
Gr. Ferrum extergetur. La. ut uales? Gr. quid tu num medicus quæso es?
La. Imo ædepol una littera plus sum, q̃ medicus. Gr. tum tu
Mendicus es? La. teti gisti acu. Gr. uidet digna forma,
Sed quid tibi est? La. hoc pxuma nocte in mari elaui nam
Confracta est nauis, pdidi qcquid erat miser ibi omne.

Gr. quid

Gr. Quid pdidisti? La. uidulũ cũ auro atq; argento multo.
Gr. Ecqd meministi in uidulo qd infuerit? La. quid refert?
Qui periit. gr. nihil, tamen si non hoc, aliud fabulemur.
Quid si ego sciam qui inuenerit, uolo ex te scire signa.
La. Nummi octingenti aurei in marsupio primum insuerunt.
Praeterea centum mox philippicae in pasceolo seorsus.
Gr. Magna hercle pdast, largiter mercedis indipiscar.
Dii omnes homines respiciunt, bene ego hinc praedatus ibo.
Profecto est huius uidulus, perge alia tu expedire.
La. Talentum argẽti cõmodum magnum inerat in crumena.
Praeterea sinus epichisis, cãtharus, gaulus, cyath᷑. Gr. papae, di
uitias tu quidem habuisti luculentas.
La. Miserũ istuc uerbũ & pessumũ est habuisse, & nihil habere.
Gr. Quid dare uelis, qui istaec tibi inuestiget, indicetq;?
Eloquere ppere, celeriter. La. nũmos trecentos. Gr. tricas.
La. Quadrigẽtos. Gr. tramas putidas. La. qngẽtos. Gr. cassam
La. Sexcẽtos. Gr. curculiũculos minutos fabulare. (glandẽ.
La. Dabo septingẽtos. gr. os calet tibi, num git frigefactas?
La. Mille dabo nũmos. gr. somnias. La. nihil addo. gr. abi igit᷑.
La. audi.
Gr. Si hercle abiero hic, hic ñ ero. La. uin cẽtũ & mille? gr. dor
La. Eloquere quãtũ postules. gr. quo nihil inuitus addas. (mis.
Talentum magnum, non potest triobolum hinc abesse.
Proin tu uel aias uel neges. La. qd istuc est? necessum uideo,
Dabit᷑ talẽtũ. gr. accede dũ huc. Venus haec uolo adroget te.
La. Quod tibi lubet, id mihi impera. gr. tãge aram hanc Veneris. La. tango.
Gr. p uenerẽ hãc iurãdũ ẽ tibi. La. qd iurẽ tibi? gr. quod iubeo.
La. Prei uerbis qd uis, id quod domi est, nunq̃ ulli supplicabo.
Gr. Tene arã hanc. La. teneo. gr. deiura te mihi argẽtũ daturũ
Eodem ipso die, uiduli ubi sis potitus. La. fiat.
Gr. Venus cyrenensis dea te testor mihi.
Si uidulum illum, ego quem in naui perdidi,
Cum auro atq; argento saluum inuestigauero,
Isq; in potestatem meam peruenerit,
Tum ego huic gripo, dico inquito, & me tangito.
La. Tum ego huic gri po dico Venus, ut tu me audias,
Talentum argenti magnum continuo dabo.
Gr. Quod si fraudassis, dic ut te in quaestu tuo
Venus eradicet, caput, atq; aetatem tuam
Tecum hoc dabeto tamen, ubi iurauetis.
La. Illa neget uorsum sigd peccasso. Venus, ueneror te, ut oẽs
miseri lenones fient.
Gr. Tamen fiet, & si, tu fidem seruaueris,
Tu hic opperire, iam ego faxo exibit senex.
Eum tu continuo uidulum reposcito.
La. Si maxume illum mihi reddiderit uidulum,
Non ego hodie illi debeo triobolum,
Meus arbitratus, lingua quod iuret mea.
Sed conticescam, eccum exit, & ducit senem.

linguã ad oẽ iniurãdũ paratã hre. VALLA.

Nunquã aedepol. Grippus se se exanimat: excruciatq; ai predam amisisse: quã in mari nactus fuerat: sed lenoni obuius aliquantum recreatur: quippe qui paciscitur: si ostenderit quis suum habeat uidulum: se ingentem daturuꝫ pecuniaꝫ. ¶ Istic scelestus: idest trachalio. ¶ Arrexit auris. effecit: ut libenter audiam. Ter. arrige aures pamphile. ¶ Non feretis istum: non habebitis uobis. ¶ Ante hostiũ extergere: idest purgare rubigine. ¶ In manibus consenescit. Quia quo magis fricatur: eo magis atteritur. ¶ Nuꝫ medicus quęso es: nam medicorum est exquirere alienã ualetudinem. ¶ Tetigisti acu. pupugisti me. ¶ In mari elui. notuꝫ est, supra: ut facto naufragio euaserit labrax. ¶ Si nõ hoc: subaudi fabulamur. ¶ In marsupio insuerunt: inerãt in loculis. ¶ Praeterea centuꝫ denaria philippea: & hic denarius: & hoc denarium: ut sestertius: & sestertiũ dixerunt ueteres. ¶ Victruuius. Nostri autem primo fecerunt antiquum numerum: & in denario denarios ęris constituerũt: & ea re compositio nominis ad hodiernum diem denarium retinet etiam: quae q̄rta pars: quod efficiebat ex duobus assibus. & tertio semisse sestertium uocitarũt. ¶ In pasceolo seorsus. Nonius: pasceolus ex aluta sacculus. Pla. in rudente. Praeterea centũ: &c. Luc. adde syracusis sola pasceolũ aluta. Cato in pansam: pueris in ludis pasceolos furare. ¶ Hinc prędatus ibo. pręda exornat᷑. ¶ Talentum argẽti cõmodũ magnũ. ¶ Quoniam & talentum paruuꝫ trigita librarũ: sicut magnum nonaginta: & inter utrũq; medium: graeci talantõ nũ uersa a in e littera talentum a põderando nomen habuit. quia põdere ueteres pecuniam metiebantur. ¶ Praeterea sinus: prima producta sinus: q; & sinum dicitur uas est: ut etiaꝫ in curgulione diximus. ¶ Epichysis: uas dictũ ab epicheo: quod ĩfundo significat. ergo infundibulum est a nobis dictum. ¶ Cantharus: uas a sonitu infusi: uel effusi liquoris ab oris angustia: ut putat Alexã. aphrodiseus dictũ. ¶ Gaulus. uas. Festus tamen nauigii speciem dicit. ¶ Gyathus: uas ad potandum: ambo: nisi cum cyathus pro acetabuli mensura ponitur: ut inquit Plini. quae etiam oxibaphus nominatur. ¶ Propere celeriter: amplificatiõis cã utrũq; positum est. ¶ Trichas: responsum cõtemnentis est: idest crines: ita nãq; graeci uocant. ¶ Tramas putridas: idest fila putrefacta. trama ut inquit Varro: q; trameet frigus dicta. ¶ Cassam glãdem: idest inanem. Appellatione glã-

Denarius & denariũ ueteres dixere

Sinũ qd sit

dis:ut Plinius etiam testatur:arborum foetus dicuntur:qui sunt inter teneri:& duri corticis fructus:idest iter poma & nuces:ut sunt castaneæ:greci balanon uocant:unde & mirobalanon dicimus non modo unguentum balaninum: sed etiam fructum.glandem etiam medici uocant uirilis membri apicem ut Celsus. Curguliunculos minutos fabulare:hoc est nihil dicis:φ curguliunculi nullius momenti sint. ¶ Num git frigefactas. Columella.in.vii. Interdum fastidio ciborum languescit pecus:eius remedium est genus sæminis:quod git appellatur. Plinius in.xx. inquit:tradunt in dolore dentium adalligatum brachio:qua doleat compescere dolorem git.ex græcis alii melãthion:alii melaspermon uocant:optimum q̃ excitatissimi odoris:& q̃ nigerrimum:medetur serpẽtium plagis:& scorpionũ. Galenus autem medicus:Melantium inquit calefacit:& aresacit in tertio ordine omnino:ubi intẽdere:ac abstergere:aresacereq;:& calefacere opus sit longe utilissimum est medicamẽ.prouerbialiter ergo pictum.git frigefactas:cũ os caleat:quia id fieri non potest. ¶ Talentum magnum.subaudi des:ut minus triobolus non abiit. ¶ Tange aram hanc ueneris.Iureiurando grippus astringit lenonem. ¶ Deiura.i.ualde iura. ¶ Viduli:ubi sis potitus.potior hanc rem: hac re:& huius rei.ut rex potiri uolũt:& apud Solinũ rerũ potiebaẽ in lybia:ita & hic. ¶ Si frau.pro frandaueris. ¶ Venꝰera.radicitꝰte pdat. ¶ Illa ne.hęc secũ labrax pecasso:p peccauero. ¶ Redideriti mea ptãte ut sit exfecerit.

ANSELMVS

Cubitũ longis literis

¶ CVbitum longis literis: hoc est cubitalibus:alibi Plautus:nomina in sunt cubitum longis literis. Cubitus pedes duos habet:pes digitos sexdecim. Vel cubitum signabo:idest angulos:& quos ancones dicimus.nam prominentias seu flexus ab humani corporis ducta similitudine solemus cubitos appellare:quemadmodũ & genua. unde genua liguriæ emporium. Vt sit mens:signabo unumquẽq; cubitum:seu angulum per uniuersam ciuitatem: & quotquot offendero uiarum flexus.longis literis:utpotæ:quæ legi a sellulariis possint.unde omnes sciant me uidulum reppe- risse:consuetudo nostra quoq; tempestate cognitissima. ¶ E ferro:temperati ferri quatuor genera. Chalybdicum. Sinopicum. Lydium. Laconicum. Sinopico & Chalybdico ad fabrilia magis utimur. Laconicum ad limas:terebras: characteres:& statuariam accõmodum. Lydiũ & ipsum ad limas:gladios:nouaculas:& spicula.ut Daimachus notauit trigesimoquinto libro; Poliorceticorum cõmentariorum:nalcitur & in Pãnonia: sine cote lucidissimum:unde νωροπα χαλκον. ¶ Ex codicibus antiquis:& metri necessitate:non denaria. ¶ Mnæ philippicæ:æditio Merulæ denaria Philippia ueriori lectione:ut arbitror. De his in Trinũmo pauca. Cæterum Plauti usq̃ antiquissimos fodines uidisse se Vgoletus negat doctus uir & diligens:qui omnes fere orbis librarias euoluit.sed isti talia non attingũt. των δ᾽υδ᾽ευ εστι σφυρον ορθον ενεστι. ¶ Talentum argenti sexaginta minas atticas continet:auri tres atticos aureos. ¶ Epichysis:legendum Epiclisis ex Varrone. ¶ Gaulos ο ξυτονως pastoricium uas:quo lac colligitur:itẽ ma-

Gaulus qd Manganan

china ad hauriendam aquam ex puteo. Item uas uinarium e lignis:quas Itali Manganan appellant:ex quo usurpatum uerius q̃ proprie positum uidetur. ¶ Venus Cyrenensis. Venerem propter lenonem dixit: alioqui Palladem colunt Cyrenæi:quam Gorgouem dicunt prout Dianam Thraces Bẽdiam: Cretes Dictynã: Lacedæmonii Vpim: fecitq; illi Phorcyn statuam auream quadricubitam: Auctore Palæphato.

SARACENVS.

S Squere me:fines comoędię factur9author:omnia reddit tranquilliora: uidulus lenoni datur cu3 thesauro grippusq; libertate donaẽ. ¶ Quicum habeam:Duplici exceptione uiiẽ leno:nõ teneri:scilicet ad insiurãdum:& quia in dolo malo fit istipulatus:& quia non idoneus ad stipulandum:quod tamen dictu3 est per iocũ. ¶ Alio st opus:Loquitur rectius ibi dęmones q̃ leno. ¶ Fide lenonia. Quasi φ lenoni liceat promissa non seruare. ¶ Dandu3 huic:scilicet mihi. ¶ Si aliã credam perdidi:idest si rursus credidero:& dictis fidem præbuero:utiq; ero deceptus. ¶ Tibi mu.si licet uerbum mutilum integrum reddere:legerem tibi mutuas:uel tibi mutuam das.s.operam. ¶ Ni datu.ni pro certe. ¶ Pollutis

Pollio unũ dicatur VALLA.

porro lauti:nã polluo q̃si porro lauo.

S Equere hac. Adducit grippus dæmonem herum suum: ut restituat lenoni uidulu3: impetrat leno:ęgre tamẽ ob hoc assumitur id pecuniæ: quo grippus libertati possit uindicari. ¶ Salua sistentur: ut in tua potestate firmabuntur. ¶ Tibi ex sententia:idest ut cupiebas. ¶ Benigne:liberaliter. ¶ Quæ hæc factio est: idest quod negocium:exposuimus etiam supra:quæ alia significet hoc uerbu3 uel ciceronis in topicis astipulatu. ¶ Rei

Gripus piscator. Dæmones senex. Labrax leno.



Equere hac ubi istic leno? & heus tu hẽ tibi hic habet uidulum,
Dæ.Habeo, & fateor esse apud me, & si tuus ẽ, habeas
Oia, ut quicquid insuere, ita salua sistentur tibi, (tibi
Tene si tuust. La.o Di immortales meust, salue uidule.
Dæ.Tuus ne est? La.rogitas, siquidem hercle Iouis fuit, meust,
Dæ.Omnia insunt salua, una istinc cistella excepta est modo
Cum crepundiis quibuscũ hodie filiam inueni meam.
La.Quã? Dæ.quæ fuit Palæstra, ea filia inuentast mea.
La.Bene me hercle factum est, quom istæc res tibi ex sentẽtia
Pulchre euenit, gaudeo. Dæ.istuc facile non credo tibi.
La.Imo hercle ut scias gaudere me, mihi triobolum
Ob eam ne duis condono te. Dæ.benigne ædepol facis.
La Imo tu qdẽ hercle uero. Gr.heꝰ tu iã hẽs uidulũ? La.habeo.
Gr.ppera. La.qd pperabo? Gr.reddes argentũ mihi. La.neq;
Aedepol tibi do, neq; quicq̃ debeo. Gr.quæ hæc factio est,
Non debes? La.nõ hercle uero. Gr.nũ tu iuratus mihi es?
La.iuratus sum, & nunc iurabo, si quid uoluptati est mihi.
Iusiurandum seruandæ rei, non perdundæ conditum est.
Gr.Cedo sis mihi talentum magnum argenti periurissume.
Dæ.Gripe quod tu istum talentum, possis? Gr.iuratust dare.
La.Libet iurare, tu ne pontifex periurio es?
Dæ.Qua pro re argentum promisit hic tibi? Gr.si istũ uidulũ
Redegissem in potestatem eius, iuratus dare

Mibi

Mihi talentum magnum argenti. La. cedo qui cum habeam iudicem
Ni dolo malo instipulatus sis, ni ne etiam dum siem
Quinq; & uigiti natus annos. gr. habe cũ hoc. dæ. aliost opus
Iam ab istoc auferre, haud sciam si istunc condemnauero.
Promisisti huic argentum? La fateor. dæ. quod seruo meo
Promissum est meum esse oportet, ne ut leno postules
Te hic fide lenonia uti non potes seruanda est fides.
Gr. Iam te ratus nactum hominem, quem defraudandũ dares.
Dádum huic argentũ est ꝓbũ, id ego cótinuo huic dabo, adeo me ut hic
Emittat manu. dæ. quádo ergo tibi benignus fui, atq; hæc tibi
Opera sunt mea seruata. gr. imo hercle mea, ne dicas tua.
Dæ. Si sapies, tacebis, tum te mihi benigne itidem addecet
Benemerenti beneferre gratiam. La. nempe pro tuo
Iure oras. dæ. mirum quin tuum ius meo periclo expetam.
Gr. Saluos sum, leno labascit, libertas protenditur.
Dæ. Vidulum istic ille inuenit, illud mancipium meum est.
Ego tibi hunc porro seruaui cum magna pecunia.
La. gratiam habeo, & de talento nulla caussa est, quin feras
Quod isti sum iuratus. gr. heus tu mihi ergo dato, si sapis.
Dæ. Tacen an non? Gr. tun meã rem simulas agere, tuam agis
Non hercle istoc me interuortes, si aliam prædam prændero.
Dæ. Vapulabis si uerbum addes istucunũ. gr. uel hercle enica,
Non tacebo unq̃ alio pacto, nisi talento comprimor.
La. Tibi operam hic quidem dat. gr. tacebo. dæ. concede hoc tu leno. La. licet.
Gr. Palá age, nolo murmurillũ neq; susurrum fieri mihi.
Dæ. dic mihi, quanti illam emisti tuam alteram mulierculam
Ampeliscam? La. mille nummos denumeraui. dæ. uin tibi
Conditionem luculentam ferre me? La. sane uolo.
Dæ. diuiduum talentum faciam. La. benefacias. dæ. pro altera, libera
Vt sit, dimidiũ tibi sume, dimidium huic cedo. La. maxume.
Dæ. Pro illo dimidio ego altero Gripum emittam manu,
Quem propter tu uidulum, & ego natá inueni. La. benefacis,
Gratiam habeo. gr. q̃ mox mihi argentum ergo redditur?
Dæ. Res soluta est Gripe, ego habeo. Grip. hercle, at ego me mauolo
Dæ. Nihil hercle hic tibi est, ne tu speres, iusiurandi uolo
Gratiam facias. Gr. perii hercle, nisi me suspendo, occidi.
Nunq̃ hercle iterum defraudabis me quidem post hunc diẽ.
Dæ. Hic hodie coenato leno. La. fiat, conditio placet.
Dæ. Sequimini intro, spectatores, uos quoq; ad coenam uocem,
Ni daturus nihil sum, neq; sit quicq̃ pollucti domi.
Ne ue adeo uocatos credam uos esse ad coenam foras.
Verum si uoletis plausum fabulæ huic clarum dare
Comessatum omnes uenitote ad me ad annos sedecim.
Vos hic hodie coenatote ambo. La. fiat. dæ. plausum date.

reseruandæ. i. tuendæ facultatis meæ. ¶ Pontifex periurii es: idest præses: ue tanq̃ pontifex periuriis. Varro sacerdotes uniuersi a sacris dicti pontifices ut Sceuola: qui pontifex maximus dicebatur. Dicebatur a posse & facere ut pontifices ego a ponte arbitror. Nã ab iis sublicius est factus primum: & restitutus sæpe. ¶ Dolo malo instipulatus sis: quia & bonus dolus est. Instipulor actiue & passiue: ut assentior. ut etiam Priscianus docet. Est autem stipulari per legitimam interrogationem ꝓmittere. Arguit autem leno legitimam nõ esse stipulationem secus: quippe quod uiginti & quinq; annos necdum adierit. ¶ Quinq; & uiginti natus annos: sunt plęreq; constructiones per elipsiʒ enuntiatæ hoc modo: ut natus tot annos pridie calendas: tertio nonas. Hic soluendo non est: & similiaq; quæ certe omnia recepit latinitas: etiaʒ si minus grãmatica. ¶ At scin. sed an scis leno subaudi. ¶ Meo periculo: meo damno ac si dicat: stultum fuerit: ut ius tuũ expetam in meum damnum. ¶ Leno labascit: idest uacillat. ¶ Portenditur: significatur. ¶ Tibi mintitor: interrogatiue legendum est: ut dicat non. Me interuortes: idest falles. ¶ Alia credita. i. quæ tibi credidi. ¶ Nisi talento cõprimor. i. talentũ detur: ut taceam. ¶ Nolo ego murmurillum: idest murmurationẽ: ut Nonius interpraetatur: ut idẽ quid murmurilas tecum: ac te discrucias paulo post. ¶ Conditionem luculentam: pactum splendidissimum. ¶ Diuiduum talentum faciaʒ: idest in duas partes ęquales diuisum. Huic cedo: Da. grippo. ¶ Quid murmurilas tecum ac te discrutias: ita dęmones ad grippum: quę desunt in codicibus hęc uerba consequitur hic hodie coenato. ¶ Comessatum: idest epulatum: unde hoc aduerbium dictum superius.

Pontifex unde dicatur

Murmurillare qd sit

¶ PROtenditur: scribe pertenditur. ¶ Aliam credam. lege: aliam prædaʒ. Aut sim si istuc. corrige: ausim si istuc. opus est inquit labrax me ab hoc grippo auferre: quod ausim: si primus dãnauero. Videris enim cohærenter insistere instar polypi: qui tenet: arcet: coartat. ¶ Tibi mu. menda ridicula. puritas plautini salis ita restituẽda: simulas agere tu am agis: uideris inquit mihi fauere: cum me quæras etiaʒ hoc talento ductitare: & circumuenire. ¶ Inter uortes. disturbabis: captabis: supplantabis. ¶ Concede hoc. pro concede huc. ¶ Diuiduum talentum faciaʒ: diuidam talẽtum: & uos partiario tractabo. ¶ Pollucti: pollucibilis: & splẽdidi: & luculenti: hinc uerbuʒ polluce re: pollucibiliter: hoc est magnificẽter: & splenditer opsonare. Pollucibilitas

PIVS BONO.

lautitia. ⁋ Comessatum. post cœnam uenite indultum dapibus nostris: immo procœnulis.

ANSELMVS — Iusiurādū quid — Dolus malus quid

⸿ IVSIVRandum sũmi deorum honor est proprius: ut Apuleius ait. Nam & iusiurandum dieſt Ennio auctore. Quocirca Bacchis Terentiana sic loquitur. Aliud si scirem: qui firmare meam apud uos fidem sanctius q̃ iusiurandum id pollicerer tibi Laches. ⁋ Dolo malo. Dolum malum Seruius quidem ita diffinit. machinationem quãdam alterius decipiendi causa: cum aliud simulatur. & aliud agitur. Labeo autem ait posse sine simulatione id agi: ut qs circũueniatur: posse & sine dolo malo aliud agi. & aliud simulari: sicuti faciunt qui per huiusmodi dissimulationes deseruiunt: & tuentur: uel sua uel aliena. Itaq̃ sic ipse diffiniuit. Dolum malum esse omnem calliditatem: fallaciam machinationem: ad circumueniendum: fallendum: decipiendũ alterum: adhibita. Labeonis diffinitio uera est. ⁋ Mutuas. supplendum uidetur. ac si dicat: tibi cõmodas rem meam: quum mihi debeatur: & ita uersus ratio: & sententiæ integritas constat: non tibi agis. ut Pius insulsus contra metricam rationem. & uerum sensum corrigit: ridiculam interim mendam existimans. ⁋ Prendeo: non perdidi scribendum quoq̃ censuimus ad uerum sensum respicientes & solidum: nam ex dictione perdidi: nullum electum elici posse putauimus.

⸿ In stichum Argumentum.

SARACENVS.

EPenex antipho filias duas nuptum dederat epignomo & pamphilippo fratribus: quidam mercatum abeunt: absunt domo triennium: pater iubet non ferre filias moram diutius. filiæ ut moratæ censent expectãdos uiros: adueniunt tandem fratres locupletes domum: qui cum rem bene gessissent in soceri reueniunt gratiam: stichus epignomi seruus itidem reueniens domum cũ stephanio sua atq̃ sagarini conserui amasia perpetuum in amoribus: ac epulis concelebrant diem.

⸿ Argumentum in stichum.

VALLA.

ANtipho filias duas panagyrim: & pinacium nuptum locauit fratribus duobus Pamphilo & epicnomo: qui absumptis male opibus peregre ierunt: ut mercaturis sese reficerent. Antipho puellarum pater cum uidet hos diutius abesse domo: metuens maritis ipsis cum filiabus agit: ut alios maritos accipiant. renuunt filiæ ac expectandos esse maritos ducunt: redeunt mariti domum locupletes hilariter ab omnibus excipiunt. Gelasimus parasitus præbet ludos aduenientibus. Sagarinus. & stichus interim secedunt seorsum a dominis suis: ac cum stephanio ancilla sese oblectant.

⸿ Nominum etymologiæ.

ANtipho. aduersitor dici potest: quia anti contra: & phone uox dicitur. ⁋ Panegyris. Vndiq̃ cõgregatio nam & hoc nomine feriæ nuncupantur. pan. enim omne significat: & agyrome congrego: q sua constantia in admirationem agat multos. ⁋ Pinacium: quia pinax pinacos tabula: ergo pinacium diminutiuum tabella: in quam respiciant homines tanq̃ in tabellam. ⁋ Dinacium: quia dineo: & dineuo uerto significat & dini dicitur uertex: uertit uãq̃ sese uarie. Aut si aliter scribatur: quia dinotis dicit astutia: & dinos astu uehemens: perastutus enim describitur. ⁋ Crocotium. ancilla: quia crocizo tum neo tu: nexo significat. ⁋ Gelasimus: parasitus: quia gelos gelotos risus: & gelo rideo significat. ⁋ Stephanium. corolla. stephanos enim corona dicitur: & stepho uerbum corono. ⁋ Sagarinus: quia sagaris lingua persica ensis: ac seruile nomen est: ut apud Virgili. Sagaris phægeusq̃ ferebãt. ⁋ Stichus: quia stichos uersus dicitur: unde distichum: tetrastichum: hexastichum: & similia dicimus: & stichos ordo militaris: struit enim qd fieri oporteat. ⁋ Pamphilippus quia pan significat omne: & philippos studiosus equorum dicitur. ⁋ Epicnomus: recognitor: nã epignosis dicitur recognitio.



SARACENVS.

SEnex: Antipho. ⁋ Filias: panagyrim: & pinacium. ⁋ Viros: Pamphilippum & epignomum. ⁋ Delenit: Placat antipho. s. a filiis.

VALLA.

SEnex. subaudi antipho. ⁋ Castigat filias. panegyrim & pinacium. ⁋ Quod hæ uiros. pamphilippum: & epicnomum. ⁋ Tam perseuerent pertinaciter amando. ⁋ Peregrinantis. peregre entes. ⁋ Delenitur. mitigatur antipho a filiabus. ⁋ Quos semel. maritos. ⁋ Opibus aucti transmare. transmarinis opibus locupletati. ⁋ Sticho ludus datur. quia domino re bene gesta redierunt incolumes seruo licentio se agere concedit sticho.

M. ACCII PLAVTI STICHVS.

ARGVMENTVM.

SEnex castigat filias, q̃ hæ uiros
Tam perseuerent peregrinãteis pauperes
Ita sustinere fratres, neq̃ relinquere.
Contraq̃ uerbis delenitur cõmodis,
Habere sineret, quos semel nactæ forent.
Viri reueniunt opibus aucti transmare.
Suã quisq̃ retinet, ac STICHO ludus datur.



Redo ego: Moratæ mulieres uirorum abſentium moram non tantum conquerũtur ꝙ quadam animi pie tate ſufferunt. ¶ Penelopam: Quæ maritum ulyſſem annos uiginti conſtãtiſſime: pudiciſſimeq; expecta uerat redeuntem. ¶ Vitæ ſaturant: Ideſt uitam faſtidiunt. ¶ Diuidiæ: Tedio. ¶ Nos participant: Nos mo nent: nos certiores reddunt. quid rerum agant. SARA CENVS.

c Redo ego miſeram fuiſſe penelopam. Conſilium binæ uxores ſorores binorum fratrum inter ſe ineunt ne maritos ſuos deſerant: utq; patri abalienare cupienti reſpondeant. ¶ Miſeram fuiſſe penelopam. ulyſſis uxorem: quæ ad uiginti annos marito caruit ſuo ulyſſe: dum apud troiã reſidet decem annis. Dum totidem tẽpeſtatibus act9 uagatur per maria. Penelopam more antiquo dixit. Reſpuebant enim uetuſtiſſimi græcas declinationes. ¶ Adſis dum. nolis quoq̃ ſecedere. ¶ Saluę ne amabo: ideſt dic ſi me amas: res noſtrorum uirorum ſunt ne ſaluæ. i. incolumes: qui dixerat ſedete uiri uelle ſecũ loqui: & hoc ex affectu dictum. ¶ Ex omnibus probus phibetur. Inter omnes pbus exiſtimat. ¶ Iure me ſoror ſaturant. ut ius inquit ipſũ poſtulat: me ſatiant. Si autem legas uitæ: ut in omnibus fere impreſſis codicibus legitur. Hic erit ſenſus. Hæ res faciũt: ut uitæ ſatietas me capiat. i. ut cupiã finire uitã. ¶ Diuidiæ: ideſt moleſtię. Et ſenio. i. tedio. Neuius in gallinaria. operæ quę actor: cautor curſor: ſenium: ſonticũ. Actius in epinauſimache. Mors amici ſubigit quod mihi eſt ſeniũ multo acerrimum. Pomponius in præcone poſteriore. Calue apportas nuncium nobis diſparem diuiſum huic ſeni ſenium: & metum. Luc. ſat. libro. xv. In numero quorum nunc primus trebellius mſtos tytos lucios marceſcebat febris ſenium uomitum plus. Turpil. in demiurgo. Quia enĩ odio ac ſenio mihi nupnę. Pacuuius in periboea. Metus: egeſtas: mœror: ſenium: exiliũq;: & ſenectus: & ſitis perpetua. ¶ Tuo id animo male fac. noli inquit triſtari: quod pater facit. ¶ Mereat perſarum montes. Si a maritis inquit noſtris nos abduxerit: theſauros non merebitur perſarum: uel non hoc faceret: ut mereat: ideſt acquirat illos montes aureos: quos eſſe apud pſas aiũt eoſq; grypheas: ideſt picos incolere: ac cuſtodire perhibent: de quibus diximus in aulularia. ¶ Caue poſthac ex te. ſub audi: ut tale aliquid audiam. ¶ Aequum eſt colere: & facere. hoc dicit ſuum eſt ſapientis: ut exerceat ſuum officium: ac faciat: q ſi mariti non faciunt noſtri: ſequũ non eſt: ne nos faciamus. ¶ Atq; aliter in nos faciant ꝙ æquum eſt: ideſt ſi cõtra nos delinquunt: nec ſuo erga nos fungantur officio. ¶ Et me quidem hæc conditio nunc non periit. Legitur hic locus trifariam. & mi pro mihi: uel apud me: uel me non præterit. ¶ Omnibus obnoxiæ opibus. ne propter opes illos dſeramus. ¶ Ne hercle. iurãtis eſt: & una pars orationis. ¶ In patris poteſtate. ut de nobis faciat quid uelit. ¶ Facto uſus fuit. Quid opus facere. GRAPA.

PRIMVS ACTVS.

Panægyris. & Pinacium ſorores.



Redo ego miſeram fuiſſe Penelopem ſoror ſuo
Ex animo, quæ tandiu uidua uiro ſuo caruit.
Nam nos eius animum de noſtris factis noſcimus,
Quarum uiri hinc abſunt, quorumq; abſentum negociis
Vt æquom eſt ſolicitæ noctes & dies ſoror ſumus
Semper. Pi. noſtrũ officiũ nos facere æquom eſt, neq; id magis
Facimus, ꝙ nos monet pietas, ſed hic ſoror mea,
Adſis dum, multa uolo tecum loqui de re uiri.
Pa. Saluæ ne amabo? Pi. ſpero quidem & uolo, ſed hoc ſoror, crucior,
Patrem tuum, meumq; adeo, unice qui unus ciuibus
Ex omnibus probus perhibetur, eum nunc improbi
Viri officio uti, uiris qui tantas noſtris abſentibus
Facit iniurias imerito noſq; ab his abducere uolt.
Hæ res uitæ me ſoror ſaturant, hæ mihi diuidiæ & ſenio ſunt.
Pa. Ne lachruma ſoror, neu tuo id aio fac, quod tibi tuus pr
Facere minatur, ſpes eſt eum melius facturum, ego
Noui illum, ioculo iſtæc dicit, neq; ille ſibi mereat
Perſarũ montes, qui eſſe aurei perhibentur, ut iſtuc faciat
Quod tu metuis, tamen ſi faciat, minime iraſci decet.
Neq; id imerito eueniet, nam uiri noſtri domo ut abierunt,
Hic tertius annus. Pi. ita ut memoras. Pa. cũ ipi interea uiuãt,
Valeant, ubi ſint, qd agant, neq; participant nos, neq; redeũt.
Pi. An id doles ſoror, quia illi ſuum officium non colunt.
Quom tuum facis? Pa. ita pol. Pi. taceſis, caueſis audiam
Ego iſtuc, caue poſthac ex te ſoror. Pa. nã qd iam? Pi. quia
Pol meo animo omneis ſapiẽteis ſuũ officiũ æquom ẽ colere,
Et facere, quãobrẽ ego te hoc ſoror, tametſi es maior, moneo,
Vt tuum memineris officium, etſi illi ſint improbi,
Atq; aliter nos faciant, ꝙ uxores ſuas æquom eſt uiros,
Tamen pol neqd magis ſimus omnibus obnixæ opibus. decet
Noſtrũ officiũ nos meminiſſe. Pa. placet, taceo. Pi. at memi(neris
Facito. Pa. nolo ego ſoror, me credi eſſe immemorẽ uiri,
Neq; ille eos honores mihi quos habuit, perdidit.
Nam pol mihi grata, acceptaq; huius eſt benignitas,
Et me quidem huius conditionis nunc non periit, &
Neq; eſt, cur ſtudeam nunc has nuptias mutarier.
Verum poſtremo hoc in patris poteſtate eſt ſitum.
Faciundum id nobis. quod parentes imperant. Pi. ſcio,
Atq; in cogitando mœrore angor, nam iam propemodum
Oſtendit ſuam ſententiam. Pa. igitur quæramus quid opuſt.

Antipho, Panegyris. Pinacium filiæ.



Vi manet, ut moneat̃ semp̃, seruos bõ officiũ suum
Nec uolũtate id facere meminit, s̃uos is hitu haud p̃
Vos mẽinistis quot kalẽdis petet̃ dimẽsũ cibũ.(b°ẽ.
Qui minus meministis, quod opus sit facto, facere in ædibus?
Iam quidem in suo quicq; loco ni erit mihi sitũ supellectilis,
Quom ego reuortar uos monumentis cõmone faciã bubulis,
Non homines habitare mecum mihi uidentur, sed sues.
Facite, sultis, ut nitidæ ædes meæ sint, quom redeam domum.
Iam ego adero, ad meam maiorem filiam inuiso domum.
Si quis me quæret, inde uocatote, aut iam egomet hic ero.
Pi. Quid agimus soror si offirmabit pr̃ aduorsũ nos? Pa. pati
Nos oportet, quod ille faciat, quoius potestas plus potest.
An. Si manere hic sese malint, potiusq̃ alio nubere,
Non faciant, quid mihi opus decurso ætatis spatio, cum eis
Gerere bellum, quom nihil, quãobrem faciã, meruisse arbitor?
Minime uolo turbas, sed hoc mihi optumum factu arbitror.
Principium ego quo pacto cum illis occipiã, id ratiocinor.
Verũ ergo perplexim lacessam oratione ad hunc modum,
Quasi nunq̃ quicq̃ in eas simulẽ, quasi nihil audiuerim
Eas in se meruisse, an potius temptem leniter,
An minaciter? scio liteis fore, ego meas noui optume,
Exorando, aduersando, sumendam operam censeo.
Pi. Gratiam si a patre petimus spero ab eo impetrassere.
Aduersari sine dedecore, & scelere summo haud possumus.
Neq; ego factura sum, neq; tu ut facias consilium dabo,
Verum ut exoremus, noui ego nostros, exorabilist.
An. Sic faciã, assimulabo quasi aliquã culpã in sese admiserit.
Perplexibiliter earum hodie perpauefaciam pectora.
Post id agam igitur deinde, ut aius erit meus, pacem faciam
Multa scio facienda uerba. ibo intro, sed aperta est foris.
Pi. Certo enim mihi paternæ uocis sonitus aureis accidit.
Pa. Is ecastor est, ferre aduorsum hominẽ occupemus osculũ.
Pi. Salue mi pater. An. & uos ambæ, illico agite abscedite.
Pi. Osculũ. An. sat est mihi osculi nostri. Pi. q amabo pater?
An. Quia ita meæ aiæ salsuræ uenit. Pi. asside hic pater.
An. Non sedeo, istic uos sedete, ego sedero in subsellio.
Pi. Mane puluinũ. An. bñ p̃curas, satis sic fultum est mihi.
Pi. Sine pr̃. A. q̃d opust? Pi. opust. An morẽ tibi gerã, atq; hoc
Pi. nunq̃. n. nimis curare possunt parentẽ suum filiæ. (satis ẽ.
Quom, æquius est nos potiorem habere te, postidea uiros
Nostros, q̃bus uoluisti nos esse matres familias.
An. Bõas ut æquom est facere, facitis, quom tñ absenteis uiros
Perinde habetis, quasi præsenteis. Pi. pudicitia est pater,
Eos magnificare, qui nos socias sumpserunt sibi.
An. nunquis hic est alienus nostris dictis auceps auribus?
Pa. nullus præter nos, teq;. An. uostrũ animum adhiberi uolo.
Nam ego ad uos nunc imperitus rerum, & morum mulierum,
Discipulus uenio ad magistras, quibus matronas moribus,
Quæ optumæ sunt, esse oportet, sed utraq; ut dicat mihi.

Pa. Quid

SARACENVS.



Vi manet: Antipho in ea p̃stans uoluntate: ut filiæ nuberent: neq; diutius non redeuntes uiros expectarent: domum ornari iubet: seruos monet supellectilem omnẽ parari: ni uelint cædi uerberibus: qui ergo manet: idest expectat uidelicet segnis seruus. ¶ Quot Kalẽdis: Pro singulis Kalendis. ¶ Monumentis bubulis: Scuticisque ex corio fiant bubulo. ¶ Maiorem filiam. scilicet panegyrim: ad cuius domum altera soror concesserat. ¶ Cum nihil meruisse arbitror: cũ nulla inquit causa uel ratio suadeat: ut scilicet uelim ipsas inuitas cogere: ut nubant. ¶ Perplexim: Inuolutim. ¶ Exorabile est: scilicet q̃d petimus uel exorabilis: scilicet pater. ¶ Os obturẽt omnibus. Vt minime de se obloquantur honestissime uiuendo. ¶ Ne faciat q̃d pigeat: & propterea: ut prius caueant q̃ pœniteant. ¶ Mihi autores: Mihi suadent: & cohortantur. ¶ Latrones: satellites: & propterea infimæ cõditionis homines. ¶ Primariam: Potiorem & meliorem ¶ Crocotium. nomẽ ancillæ.

VALLA.



Vi manet: ut moneatur semper. Antipho filias iuisurus suas: domo proficiscens suũ seruos cõmouet officiũ. mox tristi facie: non tam animo filias adit: quas inuenit in eo persistere proposito: ut a suis minime abduci maritis cupient: & ne ipse quidem secus moliri se uelle ostendat. ¶ Voluntate id facere meminit sua: non meminit p̃ se: sed flagellis cogit̃ meminisse. ¶ Habitu haud probus est. habitu enim probus solus laudabilis. quia uirtus habitus est optimus: ut philosophi definiunt: sicut uitium habitus pessimus: qui simulate enim probus: is fraudes gerit non ergo probus. ¶ Quotquot chalendis: idest cunctis mẽsium principiis: primi dies mensium nominati chalendæ: ut Varro inquit ab eo: q his diebus calentur eius menses. ¶ Demensum cibũ. Certa uobis mensura traditum: ita eni ueteres: unde & libripendia quæ cibus pendebat seruis. ¶ Monumentis commonefaciam bubulis. In memoriam adduxero uobis scuticis ex corio bubulo confectis. Facite sultis: pro si uultis. Vox enim increpantis est. Ennius. Pandite sultigenas: & corde relinquite somnum. ¶ Inde uocatote: nempe a meæ filiæ domo. ¶ Hic sese malint: id est potius cum maritis suis esse qui peregre ierunt. ¶ Potiusq̃ alio nubere. Aut alio p̃ aliis: ut prisci declinauerũt: aut aduerbium est ut sit nubere eundo alio. ¶ Minime uolo turbas: nolo perturbationes mihi p̃beri. ¶ Id raciocinor.

Virt⁹ q̃d sit

Pa. Quid istuc quod huc exquæsitum mulierum mores uenis?
An. Pol ego uxorem quæro, postq̃ uostra mater mortua est.
Pa. Facile inuenies & peiorem, & peius moratam pater,
Quam illa fuit, meliorem neq; tu reperies, neq; sol uidet.
An. At ego ex te exquiro, atq; istac tua sorore. Pi. ædepol pater,
Scio, ut oportet esse, si sint, ita ut ego æquom censeo.
An. Volo scire ergo, ut æquõ cẽses. pi. ut p urbẽ quõ ambulẽt,
Omnibus os obturent, nequis merito maledicat sibi.
An. Dic uicissim nunc iam tu. Pi. quid uis tibi, dicam pater?
An. Vbi facillume spectatur mulier, quæ ingenio est bono?
Pa. Quoi malefaciũdi est potestas, quæ ne faciat it temperat.
An. Haud male istuc, age tu altera utra sit conditio pensior,
Virginem, an uiduam habere? pi. quanta mea sapientia est,
E malis multis, malum quod minimũ est, id minimũ est malũ,
Qui potest mulieres uitare, uitet, ut quotidie
pridie caueat, ne faciat, quod se pigeat postridie.
An. Quæ tibi mulier uidetur multo sapientissuma?
pa. Quæ tum, quom res secundæ sunt, se poterit noscere,
Et quæ æquo animo patietur, sibi esse peius, q̃ fuit.
An. Aedepol uos lepide tentaui, uostrumq; ingenium.
Sed hoc est quod ad uos uenio, quodq; ambas conuentas uolo.
Mihi auctores ita sunt amici, ut uos abducam hinc domum.
pa. At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores sumus.
Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportuit,
Aut nunc non æquom est abduci pater, illisce absentibus.
An. Vos ne ego patiar cum mendicis nupas me uiuo uiris?
pi. placet ille meus mihi mendicus, rex suus reginæ placet.
Idem animus in paupertate est, qui olim in diuitiis fuit.
An. Vos ne latrones & mendicos homines magnipenditis?
pa. Non me tu argento dedisti opinor nuptum, sed uiro.
An. Quid illos expectatis qui abhinc iam abierunt triennium?
Quin uos capitis conditionem ex pessuma primariam?
pa. stultitia est pater uenatum ducere inuitas canes.
Hostis est uxor pater, inuita quæ ad uirum nuptum datur.
An. Certum ne est neutram uostrarũ persequi imperiũ patris?
pi persequimur, nam quo dedisti nuptum, abire nolumus.
An. Bene ualete, ibo atq; amicis uostra consilia eloquar.
pa. probiores credo arbitrabunt, si probis narraueris.
An. Curate igitur familiarem rem, ut potestis optume.
pa. Nunc places, quom recte monstras, nũc tibi auscultabimus.
Nunc soror, abeamus intro. pi. imo interuisam prius domum,
pa. Si a uiro tibi forte ueniet nuntius, facito, ut sciam.
Neq; ego te celabo, neq; tu me celassis, quod scies.
Eho Crocotium, parasitum Gelasimum huc arcessito,
Tecum adduce, nam illum ecastor mittere ad portum uolo.
Si quæ forte ex asia nauis heri, aut hodie uenerit.
Nam dies totos apud portum seruos unus assidet.
Sed tamen uolo interuisi, propera actutum, atq; huc redi.

mecum argumẽtor. & colligo dispu- tatione: syllogismus enim græce lati- ne dicitur raciotinatio. ¶ Perplexim lacessam orationem: idest perplexe: ac inuolucre loquendo. eliciam ut di- cant: quod sentiunt. ¶ In eas simulẽ: aduersum eas confingam. ¶ Exoran- do: oratione impetrando. ¶ Aduer- sando: ipsis obsistendo. ¶ Sumendã operam censeo. Moliẽdum mihi pu- to sane censeo: ut multa uerba a Pri- sciano annotantur: ita hoc secus; dæ coniugationis: & quartæ est. Cum se- cundæ supinum facit censum: ut cen- sui præteritum: Quartæ autem cen- siui censitum. hoc quia remotius est cõprobabimus. Cicero pro archia. Est. n. obscurum proximus censori- bus hũc cum clarissimo imperatore. L. Lucullo apud exercitũ fuisse: supe- rioribus cum eodem quæstore fuisse in asia: primis iulio & crasso nullam populi partem esse censitam. Clau- dianus Prisca recensitis euoluite sæ- cula fastis. ¶ Ab eo impetrasse. i. im- petratum ire. ¶ Exorabilis est. est hu- iusmodi ut flecti orationem possit. ¶ Perplexabiliter. per inuolucra lo- quendo. ¶ Perpauefaciam: magnu; pauorem incutiam. ¶ Occupemus osculũ. patrem aduenientem oscule- mur. ¶ Sat ẽ mihi osculi uestri. Qui amabo mi pater qđ inter cognatos: propinquosq; institutũ ab antiqs est: maximeq; fœminas. Hæc uerba fe- stus opponit: dum interpætatur di- ci osculu; sauium. ¶ Animæ salsura uenit. noxia ariditas ita ac ai mole- stia. ut sal nimius in cibis offendit. ¶ Ego sedero in subsellio: in sede hu- miliore. ¶ Mane puluinum. expecta ut puluinum tibi subiiciamus: quo melius sedeas. ¶ Satis sic fultum est. Concine habet sic ut sedeã. ¶ Aequs est: pro æquum est. ¶ Nos potiorem non habere quã te neminem patri p- ferre. ¶ Auceps auribus: qui tanq̃ au- ceps captat auiculas: ita quisq̃ est ne qui auribus uerba nostra excipiat. ¶ Omnibus os obturent: idest occlu- dant: ne ullum uerbum modo loquã- tur. hoc enim proprium pudicæ mu- lieris. ¶ Merito maledicat sibi: quia immerito quiuis potest. ¶ Haud ma- le istuc. leptote figura est. hoc est be- ne respondisti. ¶ Conditio pensior: idest plurifacienda: nam quod põde- rosius est in re bona: id melius. ¶ Pri- die caueat: cautionem adhibeat die priore: quam nisi adhibuerit: poste- ro die pigeat. Aliter authores sum9. Aliter uobis esse faciendum existi- mamus. ¶ Cum mendicis. cum ma- ritis uestris: qui oia bõa sua concoxe- runt. ¶ Ex pessuma primariã. Cur non inqt permutatis fortunã uestram: cum possitis ex infima in eã: quæ primus

Syllogism9 qũo latine dicatur

teneat locum. ¶ Inuita: una pars est orationis: idest reluctans: ac repugnans. ¶ Arbitrabuntur. subaudi idem: quod non. ¶ Interuisam domum. Interim uisam: quid domi agatur. ¶ Tu me celassis: pro celaueris. ¶ Mittere ad portu uolo. subaudi parasitum gelasimum. ¶ Volo interuisi. Interim perspici. subaudi a parasito.

ANSELMVS. Dimẽsum cibũ quid SARACENVS

¶ Dimensum cibum. Serui quaternos modios accipiebant frumenti in mẽse: & id Dimensum dicebatur: utrũ a mẽse: an a metiẽdo incertũ. sensus est. meministis utiq; singulis kalẽdis cibũ petere quare & officii uestri nõ meministis: his moribus oẽs fere seruos experimur: ut nõ ab re a Varrone dictũ: plures dños serui comedunt q̃ canes.

Famem fuisse: Egregie inducitur famelicus parasitus: cuius perpetua est oratio de fame: & egestate. ¶ Matri meo: Vel matri meæ: uel uẽtri meo. ¶ Solere elephantum grauidam perpetuos decẽ esse annos: Hoc iocose expressum est a parasito tanq̃ a uaniloquo: & mendace: nam de tẽpore quo elephãtus ferat uteꝝ satis docet Aristo. in vi. de natura aialium inquiens: elephantus tã mas. q̃ fœmina incipit coire ãno ætatis uigesimo: ferendi uteri tẽpus alii annum & sex menses: alii triẽnium statuũt: cã quãobrem incertum hoc sit: q nõ pateat coitus: parit enitẽs posterioribus cruribus: & statim pullus cũ natus ẽ cernit: & ambulat. ¶ Gelasimo nomen: Quod interpraetatur ridiculus a gelao uerbo. i. rideo. ¶ Quia paupertas fecit: Ita Iuuenalis: Nihil hẽt durius in se: de paupertate locutus: q̃ q homines ridiculos facit. ¶ Oẽs artes p docet: Persius: ingeniiq; largitor uẽter.

De partu elephantis

VALLA.

Famem fuisse suspicor matrem mihi. ¶ Dum gelasimus q̃ritur secũ: se saturare nũq̃ potuisse: missa erocotiũ ancilla ludit hominem: ut dicat ab hera sua acciri: ut in magna ei subueniat inopia: cũ tamẽ illa non id: sed ad portum uellet mittere. ¶ Quam ego matri meæ refero inuitissimus: maxime inquit inuitus matri meæ fami refero gratiam: siquidem: ut illa me: ita ego illam in aluo iampridem gesto. ¶ Aridi dolores: sicut illi dolores ex humore: ita mihi ex ariditate oboriuntur. ¶ Vænalis ego sum: ut saturer me uẽdã. ¶ Cum ornamentis: omnibus armamentis.

SECVNDVS ACTVS.

Gelasimus parasitus. Crocotium ancilla.

Famem fuisse suspicor matrem mihi,
Nam postq̃ natus sum, satur nunq̃ fui,
Sed quam ego matri meæ refero inuitissumas,
Ea mihi nunq̃ retulit mater gratiam.
Nam me illa in aluo menses gestauit decem,
At ego illam in aluo gesto plus annos decem.
Atq; illa puerum me gestauit paruolum,
Quo minus laboris illam cœpisse existumo,
At ego non pauxillulam in utero gesto famem,
Verum hercle multo maxumam, & grauissimam.
Vteri dolores mihi oboriuntur quotidie.
Sed matrem parere nequeo, nescio quomodo
Audiui sæpe hoc uolgo a multis dicier.
Solere elephantum, grauidam perpetuos decem
Esse annos, eius ex semine hæc certo est fames
Nam iam complures annos utero hæret meo.
Nunc si ridiculum hic hominem quæret quispiam,
Venalis ego sum cum ornamentis, omnibus
In anim entis supplementum quærito.
Gelasimo nomen mihi indidit paruo pater,
Propter paupertatem hoc adeo nomen repperi.
Quia iam inde a pausillo puero ridiculus fui.
Eo quia paupertas fecit ridiculus forem,
Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.
Per annonam caram dixit me natum pater,
Propterea credo nunc hic esurio acrius.
Sed generi nostro hæc reddita est benignites,
Nulli negare soleo, siquis me esum uocat.
Oratio una interiit hominum pessume,

Conditiones uænalium fere exponit. in re. n. aliqua uænali ita loqui insueuimus. sicut. n. arma cuiuslibet exercitii sunt instrumẽta: ita armamentum illoꝝ congregatio. Armamentarium locus: ubi ea cõtinentur. ex in supplimẽtum quod complendi causa additur. ¶ A pusillo puero: ridiculus fui. risum oibus eliciebam. nam gelao rideo significat. ¶ Illa omnes artes perdocet: paupertas inqt facit: ut omnia facile perdiscamus. Ita Persius: magister artis: ingeniiq; largitor: uenter negatas artifex sequi uoces. ¶ Per annonam caram. singulorum annorum reditus annonæ nomen habent. ¶ Oratio una interit omnium pessima: quã oẽs pessimam putant: ut me ad cœnam uocent.

Armamentũ quid sit

ANSELMVS. Elephãtes unde dicti

¶ SOLEre elephantũ. Plinius secundus libro octauo naturalis historiæ: ubi de elephãtis. decẽ annis gestare in aluo inqt uulgus existimat. Aristoteles biẽnio. Elephãtes Ennius Lucas boues dixit: uel a libycis. uel ab Lucãis: uel uti. M. Varro putat: a luce: quã pp inauratos regios clypeos lõge inducebãt. libri quoq; elephãtini dicuntur Vopisco. in quibus senatus cõsulta: q̃ ad principes pertinebant: scribebantur. Elephãtina neq; nõ urbis nomen haud procul a Thebis ægyptiis: ut tradit Herodotus. Eodẽ nomine ĩpudica mulier celebratur: eadẽ: ut arbitror: & Elephãtis. q̃ nouissime astyanassam æmulata est: uti ẽt Philẽnis. uñ tabellæ: uel in Priapæis epigrãmatis: uel apud Martialem. ex Elephantidos libellis. quibus cœnacula Tiberius Cæsar instruxisse Tranquillus retulit in litteras plurifariam dispositа tabellis: ac sigillis: lasciuissimarum picturarum: & figurarum. Astyanassa uero: quam diximus Elephãtinẽ: seu Elephantida imitatam ancilla fuit Helenæ Menelai: primaq; in coitu ostendit quas græci κατακλίσεις uocant. libros etiamnum conscripsit περὶ σχημάτων συνουσιαστικῶν. quæ sane ideo reliquimus pro cuiusq; ingenio interpraetanda. ut pudori legentium maxime parceremus.

¶ VOLO

SARACENVS.

¶ VOLO inq̃ fieri:sunt ista uerba eorum:qui prius parasitum non tantum ad cœnas inuitabant:sed ire cogebãt. ¶ Vicarium:sermonem:scilicet loco prioris:quo blandiusculle compellebat. ¶ Ni ue repleuerit:si cœnassit domo: legerem: ni te repleuerissi cœnassim domi:uerbum est: quo exploditur:parasitus a iuuentute:nam illi parasitũ utiq̃ sinerent multo cibo repleri:si cœnarent domi:& illud ni pro certe intelligatur. ¶ Auctionem prædicem ipse: Me uę nalem præbeam absq̃ præconis uoce. ¶ Vt uenire:ut uendaris:ad se ipsum locutus. ¶ Sed curiosi : Detestatur eos: quibus plus sit negocii de re aliena q̃ sua:qui cum aliquem uideant suorum bonorum facere auctionem:ab illo causam perquirunt:quare id faciant:an scilicet sint conuiuium paraturi : an æs alienum soluturi:uel uxori dotes reddituri:ipse autem parasitus ultro uult causam suæ egestatis:& futuræ auctionis propalare.

Atq; optuma hercle meo animo & scitissuma,
Qua ante utebantur,ueni illo ad cœnam,sic face.
Promitte uero,ne grauare,est commodum.
Volo inq̃ fieri,non amittam,quin eas.
Nunc reppererunt ei uerbo uicarium,
Nihiliquidem hercle uerbum,ac uilissumum
Vocem te ad cœnam,nisi egomet cœnem foris.
Ei hercle ego uerbo lumbos defractos uelim.
Ni ue repleuerit,si cœnassit domo.
Hæc uerba subigunt nunc me,ut mores barbaros
Discam,atq; ut faciam præconis compendium.
Itaq; auctionem prædicem ipse,ut ueniem.
Cr.Hic ille est parasitus,quem accersitum missa sum.
Quæ loquitur auscultabo,priusq̃ colloquar.
Ge.Sed curiosi sunt hic quamplures mali,
Alienas res qui curant studio maxumo,
Quibus ipsis nulla est res,quam procurent,sua,
Ei,quando quem auctionem facturum sciunt,
Adeunt.perquirunt quicquid fiet causæ illico,
Alienum æs cogat,an pararit prandium,
Vxor insit reddenda dos deuortio.
Eos omneis tametsi hercle haud indignos iudico.
Qui multum miseri sint,laborent,nihil moror.
Dicam auctionis caussam,ut animo gaudeant,
Nam curiosus nemo est,quin sit maleuolus.
Ipse egomet quamobrem non auctionem prædicem?
Damna euenerunt maxuma misero mihi,
Ita me mancupia miserum affecerunt male.
Potationes plurimæ demortuæ.
Quod adeo cœnæ,quas defleui,mortuæ.
Quod potiones mulsi,quot autem prandia,
Quæ inter continuum perdidi triennium,
Præ mœrore adeo miser,atq; ægritudine
Consenui,pene sum fame ipsa emortuus.
Ridiculus æque nullus est,q̃ dum esurit.
Nunc auctionem facere,decretum est mihi.
Foras necessum est quicquid habeo uendere.

VALLA.

¶ ATq; optia hercle meo animo. Ego autem qui seorsum ab illis sentio optimã esse reor orationẽ. ¶ Veni illo ad cœnam.hæc est illa oratio: quam gelasimus probat quã interiisse autumat. ¶ Sic face.uerba sunt inuitantis:urgentisq;: ut adueniat : & quæ sequunť omnia eo tendũt. ¶ Est commodum:subaudi : ut aduenias. non amittam.Instãtis adhuc uerba: & tenentis manu. ¶ Quin eas: subaudi mecum ad cœnam. ¶ Nunc reppertere ei uerbo : idest ei orationi. ¶ Vicariũ:idest quod uices illius gereret. ¶ Vocem te ad cœnam.hoc est uerbum:quod illius prioris uices gerit. ¶ Nisi egomet cœnem foris . hoc est cur nõ admittor. ¶ Ei hercle ego uerbo lumbos defractos uelim.ei inquit orationi quæ hanc excusationem sumit:uelim lumbos defractos.i.abolitos:ut id uerbũ nuſq̃ audiat. ¶ Ei q;. subaudi uerbo. ¶ Ni me repleuerit:si non satiauerit. ¶ Si nõ cœnasũm domi.uerba sunt recusantis cœnã præiberi parasito.Interpunctim legenda est hæc oratio.nam ubi:si non.dicit. subaudiendum est:in liuerit: qui me inuitat. ¶ Cœnasũm domi.Cœnauerim domi:& tu mecum. ¶ Vt mores barbaros discã. rusticos scæuos. ¶ Faciam præconis compendiũ.præconis non utar clamore ad auctionẽ faciendã:ut fere mos est: sed ipse ego de me prædicem auctionem:me inq̃ esse uenalem. ¶ Qui curãt studio maximo. ¶ Qui studiosi magis rerũ alienarum sunt q̃ suarum. ¶ Alienuŋ æs cogitat:exquirũt inquit : an quispiã ære alieno grauatus.dũ uelit æs alienum dissoluere faciat auctionem. ¶ Vxori insit reddenda.quæ subaudi diuortio abierat dos restituenda. ¶ Dicam auctiõis causam.i.cur me uænalẽ faciã. ¶ Mancupia miseꝝ affecerunt male.me serui inqt in hãc miseriã detruserũt:itaq; memorat cuiusmodi hæc sint mãcipia. ¶ Potatiões plurimę demortuæ:subaudi mihi hæc multitudo una mancipioꝝ. ¶ Quot adeo cœnæ:q̃s defleui mortuæ.ac si dicat multæ.ordoq; uerboꝝ est:ꝙ adeo mortuę cœnæ:q̃s defleui:& hæc alia uis mãcipioꝝ. ¶ Quot potiões mulsi:subaudi mortuę. ¶ Quot aũt prãdia.ola hæc interrogãter:& cũ amplificatiõe legenda sunt. ¶ Præ mœrore:ob mœrorem tot mortuoꝝ. ¶ Consenui:senio confectus sum.

ANSELMVS. Parasitus

¶ SCItissuma ex copi.antiquis & metri necessitate: non satis summa:ut ineptissime legũt Pius:& Sarra. itẽrptes. ¶ Parasitus:hoc uocabulo eo significatu:quo nũc passim accipimus:primus usus ẽ Epicharmus:deide Alexis Comicus.antiquiores sacrorum ministrum sic appellabant.In Sicilia autem(quoniam in parasitos incidimus) edacitatis sacellum: & cibi simulacrum : e contra Tarentini ieiunii solennitatem instituerunt: quæ νηστεια diceba

tor. Vt Haelianus in omnifaria histo
Curiosus q ria. ⸿ Curiosus maliuolus: ex quo Doctiss. Poeta Catullus. ⸿ Quae nec pernumerare curiosi possint: nec mala fascinare lingua. ⸿ Trāquillus de Augusto. Nā & Pinarium eq. ro. cū contionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quędam animaduertisset: curiosum: & speculatorem ratus coram confodi imperauit.

SARACENVS
Licitari qd sit
⸿ LICEmini: Liceri & item licitari est precium in uēditionibus augere. ⸿ Qui coena poscit? ecq poscit prandio? Scilicet parasitum emere: & sibi uaenalē habere: uel una tantū coena: uel prādio. ⸿ Strigilem ampullam: Quae instrumenta sunt balnearia: de quibus in superioribus meminimus. ⸿ Parasitum inanem: Vacuū: & famelicum. ⸿ Decumam partem herculi polluceā: Diximus supra bonorum ueteres herculi decimas dicasse: causamq huius rei quaesitam fuisse a Plutarcho nūc monemus: quid sit pollucere. i. libamēta offerre: & dedicare. ⸿ Micotrogus: Idest micas comedēs. i. famelicus. ⸿ Quod tramus fecerat: Lego quot annis fecerat. i. sacrificauerat: ex sequētibus lectionem probo: nam dicit hodie nullū sacrificabit. ⸿ Exantlauit: Potius ita legendū arbitror q̄ exāclauit: est exantlare teste Fest. haurire a graeco uerbo antlao haurio: liuius: florē antlabāt libe

Exantlare quid sit
ri ex carchesiis: igit exantlauit: hausit: si autē exāclauit. i. superauit: sed nō ita q̄drate cū sensus sit: puerq̄ sępi⁹ bibere solitū: ita ut cū puo poculo magnā uini mensuram hausisse dicat.

VALLA.
⸿ PREAda erit psentiū. Vendā psentibus. ⸿ Licemini: ptiū indicite: liceor. n. ut uocē passiuā h3: ita actiuā significatione: liceor. n. te dicimus. Persius: & centū graecos curto centusse licet. Liceo aūt passiuę significationis: ut liceo a te tāti: uel pluris. At licet ipersonale uerbū licitū est: & licet cōiūctio. i. q̄uis. & licet aduerbiū cōfirmādi: ut in rudēte saepius hac uoce repetita ad cōfirmādū. ⸿ Qui coena possit. i. quis ad coenā exigit me. ⸿ Coenati ibi. An ibi coenatis. ⸿ Hē Adnuistin. p adnuistis: hoc ē: assensi estis. Vel cātiones gręcas: qa effoeminatiores. Sudatorias: q̄ sudores excitāt mihi dū cano: uel q̄ adhibebunt in aliēo sudore. ⸿ Malachas. i. molles. ⸿ Ampullarias. i. quib⁹ in balnei fruaris: ubi āpullae: & strigiles adhibēt corpib⁹. ⸿ Cauillatiōes: urbāe dictaq̄ quēpiā ludāt. ⸿ Periuratiunculas. ubi pasitica fiāt piuria. ⸿ Rubiginosā strigi. de q̄ abū de supra dcm: q̄ in balneis utebant ad corpus strin

Agite si uoltis, praeda erit praesentium.
Iocos ridiculos uendo, agite licemini,
Qui coena possit? ecqui possit prandio?
Hercules te amabit. prandio? coena tibi?
Ehem adnuistin? nemo meliores dabit.
Nullos meliores esse parasitos sinam,
Vel unctiones graecas, sudatorias.
Vel alias malis, malacas, ampullarias.
Cauillariones, assentatiunculas,
Ac periuratiunculas parasiticas,
Rubiginosam strigilem, ampullamq rubidam,
Parasitum inanem, quo recundas reliquias.
Haec uenisse mihi iam est opus, quantum potest,
Vt decumam partem ex uoto herculi polluceam,
Cr. Ecastor auctionem facit haud magni pretii.
Adhaesit homini ad infimum uentrem fames.
Adhibo hominem. Ge. quis haec est, quae aduorsum it mihi?
Epignomi ancilla haec quidem est Crocotium.
Cr. Gelasime salue. Ge. non est id nomen mihi.
Cr. Certo mecastor it fuit nomen tibi.
Gel. Fuit, desertum, uerum id usu perdidi.
Nunc Microtogros nomine ex uero uocor.
Cr. Ecastor risi te hodie multum. Ge. quando, aut quo in loco?
Cr. Hic cum auctionem praedicabas. ge. pessuma,
Ehon audiuisti? Cr. te quidem dignissumam.
Ge. Quo nunc is? Cr. ad te. ge. quid uenis? Cr. Panaegyris
Mea hera rogare iussit te opere maxumo
Vt mecum simitu ires ad sese nunc domum.
Ge. Ego illo mehercule uero, eo quantum potest,
Iam ne exta cocta sunt, quod tarmis fecerat.
Cr. Illa quidem nullum sacrufīcabit. ge. quomodo?
Quid igitur me uolt? Cr. tritici modios te decem
Rogare opinor uolt. ge. me ne, ut ab sese ab petam?
Cr. Imo hercle ut abs te mutuum nobis dares.
Ge. Negato esse quod dem, nec mihi, nec mutuum,
Neq aliud quicq̄, nisi hoc quod habeo pallium.
Praeter unam linguam quoq etiam uenditariam.
Cr. Hau nulla tibi lingua est quae quidem dicat, dabo.
Ge. Vererem reliqui eccam illam, quae dicat, cedo.
Cr. Malum tibi Di dent. ge. haec eadem dicit tibi.
Cr. Quid nunc? iturus an non? ge. abi sane domum.
Iam illo uenturum dicito, propera, atq abi.
Demiror quid illaec me adsse accersi iusserit.
Quae nunq̄ iussit me ad se accersi ante hunc diem.
Postq̄ uir abiit eius, miror quid fiet.
Nisi ut periculum fiat, uisam quid uelit.
Sed eccum Dinacium eius puerum, at hoc uide
Satin ut facete, atq ex pictura hic astitit.
Nae iste aedepol uinum poculo pauxillulo
Saepe exantlauit submerum scitissume.

gēdū: cū punxissent. ⁋ Ampullā rubidā. In q̄ oleū: uel potius rubrū unguētū: quo corpus pfundat̄: ut rubidā sit appositū: quo distinguat̄ ab olearia: q̄ unguētaria ē. ⁋ Parasitū inanē: quo recōdas reliqas. i. tanq̄ in armario repōas: qd reliquū e mēsa sublatū est. ⁋ Hæc uenisse: uēdita eē. ⁋ Herculi polluceam. pro pollicear: ut ipse ioui hercules decimas psoluebat: uel polluto. i. lauto sacrificio herculi decimā psoluā: cur autē herculi decima psolueretur docet Plu. ⁋ Adhæsit hoi. astitit pasito fames. ⁋ Fuit desertū. ⁋ Interpuncti distinguēdū. est. n. sensus: fuit qdem hoc mihi nomē: sed desertū: hoc est ē me destitutū. ⁋ Nūc micotrogus noior. i. paruula quæq;: ut grana comædē; a mica. n. fit & trogo comedo. ⁋ Mecū simitu. i. simul. ⁋ Eo q̄tū pōtiq̄ celerrime fieri possit. ⁋ Quæ hesterna fecerat. Ex eis: quę hesterna die supfuerāt: nisi forte legas: termisecerat. i. calefecerat. nā termō græce calidū dr̄: uñ tremopolium: ubi calidū uēdit̄. ⁋ Quid igit̄ me uolt. Cur me ad se acciri iubet. ⁋ Linguā: quo ēt uēditariā. i. ad uēdendū expositā. ⁋ Veterē reliq. subaudi linguā. q̄ dicat dabo: qm̄ dare nihil possum. ⁋ Hæc eadē dicit tibi. sensus ē: hæc lingua mea dicit eadē tibi: q̄ tu mihi: nēpe malū tibi dii dent. ut periculū fiat. Aliqd experiat̄. ⁋ Ex pictura astitit. i. ut picturā te spectare putes. ⁋ Ne iste ædepol: ne certe. ⁋ Vinū poculo pauxillulo. Ironicos. i. ingenti: uel ne negantis est: ut sit non poculo pauxillulo. ⁋ Scitissime: astutissime. Sub metrum. sub mensura: uel sub merum: idest fere purum. ⁋ Exantlauit: idest exhausit. Antlao enim aurio: exantlo exhaurio dicunt græci: nam exanclare aliud est; significat enim perpeti: uel superare: ut etiam Nonius docet. Cicero academicorum libro quarto: credoq; clitomacho ita scribenti: ut herculi quendam laborem exanclatum. est ergo sensus: dinacium mihi ebrii effigiem referre.

Termopolium qd sit

Dinacum puer. Gelasimus parasitus.

Ercurius Iouis qui nuncius perhibet̄, suo nunq̄ æq;
Patri nūciū lepidū attulit, q̄ ego nūc meæ heræ nūcia
Itaq; onustum pectus porto lætitia lubentiaq;. (bo.
Neq; lubet nisi gloriose, quicq̄ proloqui, profecto
Amœnitates omnium uenerum & uenustatum affero.
Nimisq; superat mihi atq; habundat pectus meum lætitia.
Propterea Dinacium hortare pedes, honesta dicta factis.
Nunc potestas tibi adipiscēdi est gloriam, laudē, decus, egēti
Heræ subueni, benefacta maiorum tuorum exauge,
Quæ misera expectatione Epignomi uiri est aduentu.
Proinde, ut decet, amat uirū suū cupide, nunc Dinaciū expedi,
Age, ut placet, curre, ut lubet, caue quēq̄ flocci facias.
Cubitis depulsa de uia, tranquillam uiam concinna,
Si rex obstabit, obuiam regem peruortito ipsum.
Ge. Quidnam dicam, Dinacium lasciuibundum tam lubenter
Currere? harundinem fert, sportulamq;, & hamum piscarium.
Di. Sed tādem opinor, æquius est heram mihi supplicem esse.
Atq; oratores mittere ad me, donaq; auro, & quadrigas,
Qui uehar, nam pedibus ire non queo, ergo num reuortar?
Ad me iri prius, & supplicari egomet mihi censeo æquom.
An uero nugas censeas, nihil esse, quod ego scio nunc.
Tantum a portu apporto bonum, tam gaudium affero grāde.
Vix ipsa domina, hoc nisi sciat, exoptare a dis ausit ipsis.
Nūc ultro hoc deportē, haud placet, neq; id uero officiū ego
Hic hoc uidet̄ mihi magis meo huic nūcio cōuenit̄. (arbitror.
Aduorsum ut ueniat, obsecret, se ut nuncio hoc impartiam.
Secundas fortunas decent superbiæ.
Sed tandem cum recogito, qui potuit scire, hæc scire me.
Heram ex mœrore eximam, benefacta maiorū meum exaugeā.
Atq; illam augeam ex insperato oportuno mō, cōtundā facta
Talthybii, cōtemnāq; ois nūtios, fiſq; ad cursurā meditabor

SARACENVS.

Ercurius: Puer dinacius forte cū iuisset ad portus conspexit naui introeuntē portū: & epignomū herum: cuius reditū heræ nunciaturus multa ex lętitia psat̄. ⁋ Ripisq; superat: Translatio a fluminibus: q̄ excrescētia prętereunt ripas. ⁋ Talthibii: Qui maximus nūcius fuisse perhibetur a græcis: de quo homer⁹ sępe mētionē habet: & item dictis cretensis.

VALLA.

Ercurius iouis: q nūcius. Pinaciū a portu ueniens uidit fratres duos pāphilippū: & epignomum redisse: & pinde gaudibundus lætitia plenus: ut eoꝶ uxoribus ista enūciet domū uenit: id pasitus scire cupiens ipsum irridet: & multis ludit modis. ⁋ Patri suo. Ioui cum sit ipse nuncius deoꝶ. ⁋ Omniū ueneꝶ. i. uoluptatū. ⁋ Ripisq; superat: a riuis sumpta trāslatio: q supra ripas inūdāt. ⁋ Dinaciū: ad se hæc uerba. ⁋ Nunc expedi: ab oi te seuoca ipedimēto. ⁋ Caue quēq̄ flocci feceris. Intereundū inquit noli quemq̄ magnifacere. ⁋ Depulsa: Deiice. ⁋ Trāqlla cōcina uiā. Facito uiā tuo itineri aptaꝫ. ⁋ Prius puortito: ut comites cedāt regii regē ipsum de uia detrudito. ⁋ Quidnaꝫ dicā. i. qd nā hoc eē potuerit. Piscatu. n. uenit: & tāta minitat̄. ⁋ Donaq; ex auro: ob tm̄ nunciū. ⁋ Et q̄drigas: q uehar. & obuiā ut mittat q̄drigas: ut in eis uehar. ⁋ An uero nugas censeas? Interrogatiue legēdū est. ait pasitus. an q̄ dinaciū scit pluris estimāda: q̄ q̄ ego scio. ⁋ Se ut nuncio hoc īpartiā: idest ut pticipē faciā. ⁋ Secundas fortunas decent superbe. Vulgaris hæc opinio: & perinde cōueniēs seruo pariter: & comœdiæ. ⁋ Facta maioruꝫ meū exaugeā. Maioꝶ inqt meoꝶ augebo: & accumulabo fcā. ⁋ Cōtūdā facta talthybii. i. q̄cūq; unq̄ nūciauit talthybius: ego superabo: talthybius enim & eurybates in bello troiano præcones: & nuncii fuerunt: nominat talthybium: quia is ab agamennone missus est: ut ab achille briseida abduceret. Horum plerisq; in locis Homerus meminit: uelut cū dicit. α λλογε τα λουβιον και ευρυβατην προς ειπε. τωοι εσαν κηρυκε και οτρηρω θεραποντε. & Ouidius. in epistolis. Nam simul eurybates me talthybiusq; uocarunt. Eurybati data sum talthybioq; comes. ⁋ Ad cursuram meditabor: cogitabo quomodo me currere oporteat.

SARACENVS. Ludorum gña apud græcos

¶ AD ludos.olympiæ:Fuerũt apud græcos ludorũ præcipua genera quattuor:primi dicti sunt olympici: quoniam in olympo archadiæ mõte fierent in Iouis honorem:secundi pythii in honorem apollinis:qui serpẽtem phytonem interfecerit:tertii isthmii ab isthmo nominati achaiæ parte in honorem palæmonis:qui a latinis dictus est portunus:quarti uero nemæi a nemæa silua dicti:qui in honorem archemori instituti sunt:ad cursuram ergo dixit:& ad ludos olympiæ:quia ibi certabatur curruli & equestri certamine:Hora.sunt quos curriculo puluerẽ olympicum:col legisse iuuat:metaq; feruidis euitata rotis.¶ Quas tu uides colubras:Ac dixisset:nunc insanis:nũc furis:nam qui insana:& furiosa mente feruntur: horrenda uidentur intueri.

VALLA. Olympia quę fuerit

¶ AD ludos olympiæ.olympia Ioui dicata in olympo macedonię mõte ab hercule:quorũ uictoribus oleastri corona præbebatur:de quibus Pindarus sua scripsit olympia uictoruꝫ laudes celebrans:non hominum modo:sed etiam equorum.¶ Breuest curriculo:spacium inquit cursus breue est:ob hoc tantum olympiis non potest comparari.¶ Vide quã dudum hic ædes pulto:ita si & cum aliquo affectu quispiã fuerit exanimatus:oẽs putet scire:quod ipse sciat.¶ An cubiti:an pedes: masculino genere ptulit cubiti dicẽs. At Pli. neutro hoc cubitum:& hæc cubita. ¶ Quã pridem non edisti. Dinacium parasito respondet:quę parasito congruant.

Me ad ludos olĩpiæ,sed spaciũ hoc occidit,breuest curriculo.
Q uã me pœnitet,qd hoc?occlusã ianuã uideo,ibo,& pultabo
fores.
Aperite,atq; appperate fores facite ut pateãt,fmouete morã.
Nimis hæc res sine cura gerit̃,uide quãdudũ hic ædes pulto.
Nõ opã datis?experiar fores,an cubiti,an pedes plus ualeãt.
Nimis uellem hæ fores herũ fugissent,ea cã ut haberẽt malũ.
Defessus sum pultãdo,hoc postremũ ẽ uobis.ge.ibo,atq; hũc
Compello,saluos sis.di.& tu salue.ge.iam tu piscator factus?
Di.Q uampridẽ nõ edisti?gc. unde is?quid fers?qd festinas?
Di.Tua quod nihil refert,nec cures.ge.qd istic est?di.quas tu
uides colubras.
Ge.Q uid tã iracũdus?di.si in te pudor adsit,nõ me appelles.
ge.Passum scire ex te uerum?di.potes,hodie non cœnabis.

¶ Quid istunc est:idest:quid noui affers:dinacium autem:qui nouarumrerum cupiebat esse nuncius parasito conuicians inquit: uel legas istic: idest in sportula:nam supra dixerat dinacium sportulam:& arundinem fecere.¶ Quas tu uides colubras: hoc autem ita dictum:ut insanus parasitus intelligatur.insanorũ enim est inferni furias spectare:quę colubris pro capillis refertæ sunt.posset fortasse non absurde legi: uites potius q̃ uides:quã si dixerit: ne introspicias in sportulam:nam insunt colubrę:a quibus debes cauere: ne te mordeant.¶ Non me appellabis: idest nõ affabere.¶ Hodie nõ cœnabis. Vt ex rũso molestissimo a se parasitum amoueat: ne diutius percunctetur:ita respondet dinacium.

SARACENVS



Vis nam obsecro: Alloqtur quem primum uiderat parasitum:illum credens fores pultare.¶ Perbibit:Exugit:& haurit.¶ Ad uirum ecquem?Scilicet conuenisti:uel uidisti:quicq̃:qui de uiro referat?¶ Nasciternam:uas aquarinꝫ. ¶ Postquã me misisti:Exorditur longius:ut magis heram expectatiõe moret.¶ Cercerum: Nauim asianam pergrãdem exponit Nonius:qui citat hunc plautinum locum. ¶ Passo : explicato & extenso.¶ Peristromata: De quibus facta mentio est:sunt ornamẽta quibus parietes teguntur:¶ Sambucas: lego sambucinas:ut fidicinas:ẽ sambuca instrumentum musicum:& genus machinæ:in quo funes intendũtur:ut in organo chordę inquit porphyrius in musicis ptolemæi : prisci triangulum instrumentum:quod uocatur sambuca ex inæqualium spaciis chordarum effecerunt: Persius quoq;:sambucam citius caloni aptaueris alto.¶ Futile uas est:cuius formam describit Lactantius: ore lato: angusto fundo:quo utebantur in sacris uestę:qđ stare nõ poterat:sed positumꝫ statim funderetur: unde homo commissa non retinens dicitur futilis:cõtra non futilis:bonus consiliis.
¶ Ad libros

Peristromata quæ dicantur.

Futile uas quod

Panægyris. gelasimus. dinacium.



Vifnã obsecro has frãgit fores,ubi est?tun hæc facis?
Tun mihi huc hostis uẽis?ge.salue accersitu tuo uẽio
Pa.Ean gfa fores effringis?ge.inclama tuos, (huc.
Tui delinquont,ego quid me uelles uiscbã,nã equidẽ
Harum miserebat.di.ergo auxilium propere latum est eis.
Pa.qs nã hic loqtur tã ppe nos?di dinaciũ.pa.ubi obsecro est
Di.Respice me,& relinque egentem parasitum panægyris.
pa.dinacium?di.istuc indidere nomen maiores mihi.
pa.qd agis?di.qd agã rogitas?pa.qd ni rogitẽ?di.qd mecũ est
pa.Men fastidis ppudiose?eloquer ppere.di.iube (tibi.
Me omittere igitur hos,qui retinẽt.pa.qui retinẽt?di.rogas?
Omnia membra lassitudo mihi tenet.pa.linguam quidem
Sat scio tibi non tenere.di.ita celeri iui curriculo
Propere a portu tui honoris causa.pa.ecquid apportas boni?
Di.Nimio impartior multo,tanto plus q̃ speras.pa.salua sum.
Di.At ego perii quoi medullam lassitudo perbibit.
Ge.Quid ego quoi misero medullam uentris percepit fames?
pa.Ecquẽ cõuenisti?di.multos.pa ad uirũ ecquẽ?di.plurimos
Verum ex multis nequiorem nullum,q̃ hic est.ge.quo modo.
Iam dudum ego istum patior dicere iniuste mihi,
præter hac si me irritassis.di.ædepol esuries male.
Ge Animum inducã,ut istuc uerum te elocutum esse arbitrer.
Di.Mundicias uolo fieri hic,ferte scopas.simulq; harũdinem,
Vt operã omnem aranearum perdã,& texturam improbam,

Diiciamq; earum telas.Ge.miseræ frigebunt postea.
Di.Quid illas itidem esse censes, quasi tectum ueste unica
Cape illas scopas.Ge.capiã.di.ꝯ egomet,tu hoc cõuerre.G.fe
Di.ecqs huc efferet nasiternã cũ aq?ge.sine suffragio ppl'i (cero
Tamen ædilitatẽ hic quidẽ gerit.di.age tu ocyus pige humũ.
Conspergeante ædeis.Ce.faciam.di.factũ oportuit. hic ego
Araneas de foribus deiiciam,& de pariete.
Pa.Aedepol rem negociosam,quid fit,nihil etiam
Scio,nisi forte hospites uenturi sunt.di.lectos sternite.
Pa.Principium placet de lectis.di.alii ligna cedite,
Alii pisces depurgate,quos piscator attulit,
Pernam & glãdium deiicite.Ge.hic hercle homo nimiũ sapit.
Pa,Ecastor non ut ego opinor heræ morem geris?
Di.Imo res omneis relictas habeo,præ quod tu uelis,
Pa.tum tu igitur qua causa missus es ad portum mihi expedi.
Di.dicam,postq̃ me misisti ad portum cum lucu simul,
Commodum radiosus esse sol superabat ex mari.
Dum percontor portiores,ecquæ nauis uenerit
Ex asia,negant uenisse,conspicatus sum interim
Cercurum,quo ego me maiorem non uidisse censeo.
In portum uento secundo,uelo passo peruenit.
Alius alium percontamur quoia est nauis,quid uehit.
Interim epignomum conspicio tuum uirum,& seruom Stichũ.
Pa.Hem qd epignomũ elocutus?di.tuũ uirũ.pa.& uitam meã
Di.Vẽit inq̃.pa.tun cũ ipsum uidisti?di.ita ego,& qdẽ lubẽs.
Argenti auriq; aduexit multum.pa.nimis factum bene.
Ge.hercle uero capiam scopos,atq; hoc conuerram lubens.
Di.Lanam,purpuramq; multam .Ge. hehem qui uestrẽ uestiã.
Di.Lectos eburatos,auratos.g.accubabo regie.
Di.tum babylonica peristromata,sellas,& tapetia
Aduexit nimium bonæ rei.ge.hercle rem gestam bene.
di. post ut occœpi narrare,fidicinas,tibicinas,
Sambucas aduexit secum forma exumia.ge.euge quando
Adbibero,alludiabo,tum sum ridiculissumus.
Di.post hæc unguenta multigenerũ multa.ge.nõ uẽdo logos.
Iam non faciam auctionem,quando mihi obtigit hæreditas.
Maleuoli perquisitores auctionum perierint.
Hercules,decumam esse adauctam tibi,quam noui,gratulor.
Di.post autem aduexit secum parasitos.ge.hei perii miser.
Di.Ridiculosissumus.ge.reuerrã hercle hoc,quod cõuerri mõ.
Pa.Vidistin uirum sororis pamphilippum?di.non.pa.adest?
Di.Immo aiebant eum uenisse simul sed huc ego
Citus præcucurri,ut nunciarẽ nuncium optabilem.
Ge.Venales logi sunt illi,quos negabam uendere
Il lico,& meo malo est quod maleuolentes gaudeant.
Hercules sane,qui deus sis,discessisses nõ male.
Pa.Intro dinacium,iube famulos rem diuinam mihi
Apparent,bene uale.ge.uin administrem?pa.sat seruoꝶ habe.
domi .ge.enim uero gelasime opinor uenisti futile,
Si neq; ille adest,neq; hic qui uenit,quicquam sgbuenit

¶ Ad libros: ut scilicet cogitet: quo pacto sit quippiam dicturus: quod risum excitet.



Vis uam obsecro has frãgit fores. Pulsatu iugi esse :it dinacium: ut tandẽ panegyris ad fores perueniret: maritum igitur aduenisse pronunciat: quo nuncio non ipsa modo uxor gaudio referta: sed ẽt parasitus de ipsius aduẽtu plurimũ exultat lætitia. ¶ Tun mihi huc hostis uenis: hoc dicit panegyris: quod putaret parasitũ pulsitasse. ¶ Tuos inclama.i.repræhende.inclamo te: & tibi dicimus Ci.i bruto metuo: ne mihi inclametis. ¶ Nõ equidẽ hasce: subaudi forius. ¶ Mẽ fastidis: de me fastidium capis. ¶ Pro pudiose: procul a pudore. ¶ Celeri curriculo: subito cursu: tñ aliqñ a curru diminutiuus est. Hora. Sunt quos curriculo puluerẽ olympicũ. Et curriculo subito aduerbiũ. Et cursu ut Ci. pro marcello. In illo uestro uetere curriculo. ¶ Nimio ipartior multo. Ordo uerboꝶ est: & sensus: Nimio multo. Longe plus multo tanta impartior: participem te facio. ¶ Ad uirus ecquẽ. nũ quẽpias offendisti: quod marito referret aliqd. ¶ Si me irritassis. Vltra cõmoueris. elipticos dictum: ac si dicat ulciscar. ¶ Operam oẽm araneoꝶ. Araneas oẽs. uult. n. mũda eẽ oia sub aduentu uiri. ¶ Miseræ frigebunt postea. sensus ẽ: si araneas ut pote uestimẽta abstuleris: araneę frigebunt: ut pote nudæ. ¶ Itidẽ esse cẽses quasi te. Respõdet dinacium: putas ne araneas unum mõ hẽre uestimẽtũ: ut tu habes. ¶ Nasciternã cum aqua. Vas aquariũ: de quo i bacchidibus dictũ. ¶ Sine suffragio populi. Plauti nãq; ætate populus suffragiis oẽs creabat magistratꝰ suis. ¶ Pige humũ. Nã qui pingũt pinicillã: parietibus supinducũt, ut q̃ uerrũt scophas in humũ: posset intelligi dictus de croco: nã mos erat spargere theatrum croco: ut est uidere apud Mat. qd minus probo. ¶ Lectos sternite. Parate sterno: quod gręci stornio dicunt: ex æquo significat. ¶ Pernã & glãdium deiicite. parate inquit obsonia: cuiusmodi hæc sunt. ¶ Præ qd tu uelis. si cõparẽt: quod tu uelis cu ceteris rebus tuã ꝑpono uoluntatẽ. ¶ Cũ luci simul. Luci pro luce & luci quãdoq; aduerbiũ. ¶ Interim cercurum. i. nauigiũ: apud Noniũ tñ legit circerus: cũ inquit: circerus nauis est asiaria ꝑgrãdis. Pla. in sticho. cũ pcũctor portitores ecquæ nauis uenerit ex asia. negãt uẽisse. cõspicatus sum interim circeꝶ: quo ego me maiorẽ

VALLA.

Curriculũ quid sit

Glandium

Circerus quid sit

Ibo intro ad libros, & discam de dictis melioribus.
Nam ni illos homines expello, ego occidi planissume.

Nihil est, qui munus fungatur suum. Ly. deum uirtute
Habemus, & qui nosmet utamur pater, & aliis qui comitati
Simus bñuolentibus. Ph. non ædepol tibi pernegare possum
Quicq̃, quod uelis, quoius egestatẽ tolerare uis? loquere
Audacter pri. Ly. Lesbonico huic adolescẽti Charmidæ filio,
Qui illic habitat. Ph. qui comedit quod fuit, quod non fuit?
Ly. Ne obprobra pater, multa ueniũt hoĩ. q̃ uolt, quæ ne uolt.
Ph. Agedũ eloquere, qd̃ dare illi nũc uis? Ly. nihil qcq̃ pater.
Sapientiæ ætas condimentũst sapiens ætati cibus est.
Ph. Mẽtire ædepol gnate, atq; id nũc facis, haud cõsuetudine.
Nam sapiens quidem pol ipse fingit fortunam sibi.
Eo ne multa quæ ne uolt, eueniunt, nisi fictor malus fiet.
Ly. Multa opera opus fictuare, qui se fictorem probum
Vitæ esse agundæ expetit, sed hic admodum adolescentulus.
Ph. Non ætate, uerum ingenio adipiscitur sapientia.
Ly. Tu modo ne me prohibeas accipere, siquid det mihi,
Ph. An eo egestatem tu tolerabis si quid ab illo acceperis?
Ly. Eo pater. ph. pol ego istam uolo me rationem edoceas.
Ly. Licet, scin tu illũ quo gñe gnatꝰ sit? Ph. scio apprime ꝓbo
Ly. Soror illi est adulta uirgo grãdis. eam cupio pater ducere
Vxorẽ. ph. sine dote? Ly. sine dote. ph. uxorẽ? Ly. ita, tua re sa
Hoc pacto ab illo inibis sũmam gratiã, neq; cõmodius (na.
Vllo pacto ei poteris auxiliarier. Ph. ego indotatam te
Vxorem ut patiar? Ly. patiundum est pater, & eo pacto
Addideris nostræ lepidã famã familiæ. Ph. multa ego possum
Docta dicta, & quãuis facunde loqui, historiam ueterem,
Atq; antiquam hæc mea senectus sustinet, uerum ego quãdo

Te.& amiciciam,& gratiam in noſtram domũ uideo allicere,
Etſi aduorſatus tibi fui,iſtæc iudicio tibi pmitto,poſce, duce.
Ly.Di te ſeruaſſint mihi,ſed adde ad iſtam gratiam unum.
Ph. Quid id eſt autem unum?Ly.eloquar,tu te ad eũ adeas.
Tu te concilies,tute poſcas,ecce res nimio citius.
Tranſiges, firmum omne erit,qđ tu egeris,grauius erit
Tuũ unũ uerbũ ad eam rem,q̃ centum mea.ph.ecce autem
In benignitate hoc repperi negocium,dabitur opera.
Ly.Lepidus uiuis,hæ ſunt ædes,hic habet,Leſbonico
Eſt nomen,agerem cura,ego te opperiar domi.

cta.¶ Tua iſtuc refert.i.ad te attinet.¶ Qui ipſus ſe cõtẽnit:qui non ſupbit:non ſeſe effert.¶ Dare geſtio: ſenſibus quoq; exterioribus:ne dum aio concupiſco.¶ Qui eã pdidit:quo pacto amiſit.¶ Publicis ne affixus fuit:an maritimis negociis.Nõ inqt rem ſuã fregit:dum publica tractat negocia:duꝫ maritimis ſe implicuit rebus.¶ Per comitatẽ:duꝫ nimiũ lenis haberi uult.¶ Aicã:ut ſeſe cupediis oblectaret ¶ Hoieꝫ prædicas:tu fatue familiarẽ.i.inſulſe: & ſtolidẽ habuiſſe familiaritates.¶ Cũ eiuſmodi uirtutib⁹.Ironicos:eſt.n.antiphraſis uirtutes uitia dicendo.¶ Sine omni malitia.i.ſine dolo:græce dolus:latine malitia.¶ Deiunare.i. deſinere ab adiuuamento.¶ Nec tibi bene eſſe potes pati:nec alteri.Qui in amplis eſt collocatus operibus:& auarus eſt ei omnes imp̃cant malũ:ne bonũ qđ habet:habeat.¶ Is eſt imunis.i.a munere uacans:qui nõ hẽt:unũ ſe poſſit oſtẽdere munificũ.¶ Sapiens ętati cibus eſt.i.ſapientia ætatẽ gubernat:& pducit.¶ Fingit fortunã ſibi.i.in aio format:q̃cquid a fortuna poſſit inuehi.¶ Niſi fictor malus ſiet.niſi male ſciat fingere:qui ita in aio cõfingit ſuo.¶ Fictuare: ab eo ꝙ eſt fingo finxi fictũ:nouauit uerbũ fictuare.Sẽſus eſt:nõ cõfeſtim ullus in re aliqua fit magiſter:ſed lõgo tpe formatur:fitq; tritior:iſtructiorq;.¶ An heo:iteriectio eſt heo.¶ Sigdẽ ab illo acceperis: ab illo nõ potes niſi ægeſtatẽ accipe:ſubſtinebis eã.¶ Heo pr:iteriectio ẽ heo.¶ Apprime p. Admodũ pbo gñe.¶ Vllo.h.pa.ulla alia rõne.¶ Ei q̃uis fa.ideſt q̃ticunq; eloq̃nter dicta.¶ Poſce:ſubaudi ſororẽ Leſbonici uxorẽ tibi.¶ Tupte cõ.tu ipſe hanc inito gratiam.¶ Nimio ci.multo celerius.¶ In beni.quia liberalis tibi fui.tu mihi hunc iniungis laborem.¶ Hic habet.i.habitat.

Fictuare quid ſit

¶ SARta tecta. Vlpianus.ædes ſacras:& opera publica circuire inſpiciẽdi gratia: an farta tecta ſint:uel an aliqua refectione indigeant:ad hæc pertinent: quæ ſecuntur:benefacta benefactis aliis pertegito ne perpluant.¶ Sapiens ipſe ipſi.Cor.Nepos.Sui cuiq; mores fingunt fortunam.¶ Sapiẽtia:& prudentia quãuis plerũq; ab auctoribus confundantur:tamen differunt: ut calcidii uerba declarant: quæ & placuit adſcribere:optima porro pars animę ea eſt: quam deſcripſit Plato duplicem habere uirtutem:unam in comprenſione diuinarum rerum: quæ ſapientia eſt:alteram in diſpoſitione rerum mortalium:quæ prudentia nominatur.Sapientiæ luculẽtum encomion ſcribit Aphthonius in progymnaſmatis:eam uſus: & memoriæ filiam protulit Afranius in togatis.

ANSELMVS

Sapia qd

Philto ſenex.

NOn optuma hæc ſunt,neq; ego ut æquom cenſeo.
Verum meliora ſunt,q̃ quæ deterruma.
Sed hoc unum conſolatur me,atq; animum meum.
Quia qui nihil aliud,niſi quod ſibi ſoli placet,
Conſulit,aduorſum filium nugas agit.
Miſer ex animo fit,ſatius nihilo facit.
Suæ ſenectuti,is acriorem hyemem parat.
Quom illam opportunam tempeſtatem conciet.
Sed aperiuntur ædes,quo ibam,commode
Ipſe exit Leſbonicus cum ſeruo foras.

SARACENVS.

NOn optima:philto ſecũ,ait cõducibile eſſe:non cuncta ex ſua facere ſnia:ſed aliqñ cedendũ eſſe liberis ſuis p̃ſertim in ſenectute.¶ Meliora ſunt q̃ quæ deterrima. Non hæc quidẽ inqt ſatis pbata:ueꝝ tamẽ pcedũt ea:quę deterrima ſunt.¶ Cõſulit: ideſt pụidet.¶ Nugas agit:nihil pficit.¶ Acriorẽ hiemẽ: maiorẽ tempeſtatẽ.¶ Opportunã tẽpeſtateꝫ. Tẽpeſtas.n. ut pro tẽpore aliqñ̃do ponitur: ita & mediũ uocabulũ eſt in bonã malamq; partem accipitur:ut hic in bonã.¶ Conciet:conuocat:concitat.

Leſbonicus adoleſcens. Staſimus ſeruus. Philto ſenex.

MInus qudeci dies ſũt,ꝙ p his ædib⁹minas q̃dragita.
Accepiſti a callicle,ẽ ne hoc quod dico Staſime?St. quom conſidero,
Meminiſſe uideor fieri.L.qđ factũſt eho?St.comeſum,
Expotum,exutum,elotum in balineis,piſcator,piſtor abſtulit,
Lanii,coqui,holitores,myropolæ,aucupes,conſit cito
Quam ſi tu obiicias formicis papauerem.Le.nimis hercle
In biſce reb⁹ſũptus eſt eximius.St.qđ quod dediſti ſcortis.
Le.Ibidem una trabo.St.quid quod ego defraudaui.
Le.Hem iſta ratio maxuma eſt.St.uõ tibi illud apparere,
Si fumas,poteſt,niſi tu imortale rere eſſe argentum tibi.
Sero atq; ſtulte prius quod cautum oportuit,poſtq̃
Comedit rem,poſt,rationem putat.Le.nequaq̃ argenti

VALLA.

MInus quidecim.Scæna docet hominib⁹ rem ſuaꝫ male tractantibus hoc ſæpe contingere:ut niſi diſſipata ſubſtantia uideant:quemadmoduꝫ cauiſſe oportuit.¶ Conſit:pro conficitur.¶ Minus hercle:põt hic locus alio modo legi:nimis hercle in hiſce rebus ſumptus eſt eximius.¶ Argentũ œchete:Pecuniam dicit ſumptam pro uẽditis ędibus:œcos enim domus dr:unde œconom9:& œconomia.¶ Et in porta eſt locus de qua meminit in captiuis paraſitus:uel ire extra portã trigeminam:ad ſacculũ licet:ſenſus eſt:mendicare coget:facultatibus diſſipatis: uel potes legere:in pote eſt locus: nam ad pontes mendici dare ſolebant poſcendæ ſtipis gratia:ſeneca in ſublíciũ põ

Cecos qd ſit

tem me transfer: & inter egenos abige. ⁋ Nisi forte inuenirem filium cū repserit: fuit aliquando: ut aliter legi putauerim. sed postmodū non placuit emēdatio: propterea nunc sat sit locum indicasse. ⁋ Quas dependit inquit: legerem quas despondisti inq̄: ut uolueris significationem: siue differentiam annotare: quid inter spondere: & despondere: iocatur enim sæpissime Plautus i huiusmodi significatiōe uocabuloꝝ. ⁋ Hic postulet: rectius q̄ postulet. ⁋ Ferentarium: Auxiliatorem. naꝫ ferentarios a ferendis auxiliis dixerunt milites leuis armaturę. ⁋ Si id nequiueris: prius corrupte legebatur: neq; uiæ. ⁋ Ciuium fuit: uerbum ciuium mēdosum est: legendum ergo quorum fuit: scilicet ager ille. ⁋ Ad icitas: ad egestates. ⁋ Solstitiali morbo: Nisi quis legere maluerit comitiali morbo: ex uerbis met Plauti datur intelligi solstitialem morbum dici repentinum & subitarium: naꝫ & in pseudolo: quasi solstitialis inquit uerba paulisp sui repēte exorsus sum: repentino occidi. ⁋ Angina: Morbo fauces intercludēte: de quo alibi dictum. ⁋ Campas: Campe uermiculus est hortensis erodēs herbas & arborum frōdes: Collumel. Voluitur ad terrām distorto corpore campe: & alibi: Implicitus cōche himax: hirsutaq; campe: at non de uermiculo hoc arbitror Plautum itellexisse: sed potius more comico aliquem uel paticū: uel quēpiam alium taxasse obscænæ patiētię: qui campas diceretur: quod tamē nō ausim affirmare: tantum periclutor.

Spondeo a despōdeo i quo differat

Solsticialis morbus q dicatur

VALLA.

Minus quidem dies sunt: dū lesbonicus cum seruo stasimo supputat datum: & expensum: interuenit philto: qui filii sui apperit sententiam: ut idotatam eius sororem uxorem habeat. Lesbonicus indotatam dare non uult: sed agrum: qui solus supererat: hoc ne fiat: mista cōfingit stasimus apud philtoneꝫ de agro: ueritus ne lesbonicus ad mendacitatem deuoluatur. ⁋ Comesum expotum: idest esculentis: & poculentis absumptum. ⁋ Excultum elotuꝫ in balneis: excoluimus nos: & eluimus in balneis. ⁋ Lanii: qui a laniandis carnibus, quas publice uenditant etiaꝫ laniones appellantur. ⁋ Holitores: quos Apuleius uocat hortulāos. ⁋ Myrrhopolæ: unguentariis. ⁋ Confit cito: repente absumitur. Veteres enim confior quod nunc conficior dixere. ⁋ Formicis papauerem: antiq; protulit: nā nūc hoc papauer dicitur. ⁋ Quod dedisti scortis: idest prostibulis. ⁋ Ibideꝫ una traho: idest cum eisdem impensis duco. ⁋ Rationem putat: pro supputat: simplex pro composito. ⁋ Abste man-

Lanii qui dicatur

Ratio cōparet tamen. St. ratio quidem hercle apparet.
Argentū οἴχεται, minas quadraginta accepisti a Callicle.
Et ille ædeis abs te mancupio accepit. Le. admodum.
Ph. Pol opinor affinis noster ædeis uēdidit, pr̄ quom peregre
Veniet, in porta ē locus, nisi forte iuenirē filiū quom repserit.
St. Trapezitæ mille drachmaꝝ olympicum, quas de ratione
Debuisti reddite. Le. nēpe quas spopondi. St. imo
Quas depēdit inquit, qua sponsione pronuper tu exactus es.
Pro illo adolescente, quē tu aiebas esse diuitem factum,
Vt quidem illud perierit. Le. factum id quoq; est.
Nam nunc eum uidi miserum, & me eius misertust.
St. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.
Ph. Tēpus adeundi. Le. est ne hic Philto qui aduenit?
Is hercle est ipsus. St. ædepol næ ego istum uelim meum
Fieri seruom cū suo peculio. Ph. heꝝ atq; seruom plurimum
Philto iubet saluere Lesbonicum & stasimum. Le. Di duint
Tibi Philto quæquonq; optes, quid agit filius?
Ph. Bene uolt tibi. Le. ædepol mutuum mecum facit.
St. Nequicq̄ illud uerbust, bene uolt, nisi qui bene facit.
Ego quoq; uolo esse liber, nequicq̄ uolo hic postulet
Frugi esse, nugas postulat. Ph. meus gnatus me ad te
Misit, inter se atq; uos affinitatem ut conciliarem & gratiam.
Tuam uolt sororem ducere uxorem, & mihi
Sententia eadest, & uolo. Le. haud nescio tu
Bonis tuis rebus meas res irrides malas. Ph. homo ego sum,
Homo tu es, ita me amabit iupiter, neq; te derisum ueni,
Neq; dignū puto, uerum hoc, ut dixi, meus me orauit filius,
Vt tuā sororem poscerem sibi uxorem. Le. mearum rerum
Me nouisse æquost ordinem, cum nostris nostra non est
Aequa factio, affinitatem uobis aliam quærite.
St. satin tu sanus mentis, aut animi tui, qui conditionem
Hanc repudies? nam illum tibi ferentarium esse amicum
Inuentum intellego. Le. abin hinc dierecte? St. si hercle
Ire occipiam uotis. Le. nisi quid me aliud uis Philto, tibi
Respondi. Ph. benigniorem Lesbonice te mihi, q̄ nunc
Expior eē, cōfido fore, nā & stulte facere, & stulte fabularier,
Vtrunq; Lesbonice in ætate haud bonust. St. uerum hercle
Hic dicit. Le. oculum tibi effodiam, si uerbum addideris.
St. Hercle qd dicam tamē, nam si sic non licebit, luscus dixero
Ph. Ita tu nūc dicis non esse æquperabiles uostras cum nostris
Factiones, atq; opes? Le. dico. Ph. quid tunc, si in ædem
Ad cœnā ueneris, atq; ibi opulentus tibi par forte ut uenerit,
Apposita sit cœna, popularem quam uocant, si illi congestæ
Sint epulæ a cliētibus, si qd tibi placeat, quod illi cōgestū siet,
Edes ne, an incœnatus cum opulento accumbes? Le. eadem,
Nisi si ille uetet. St. at pol ego etiā si uetet edā, atq; ambabus
Malis expletis uorem, & qd illi placeat præripiam potissimū
Neq; illi concedā quicq̄ de uita mea, uerecūdari neminem
Apud mēsam decet, nā ibi de diuinis atq; humanis cernitur,
Ph. Rem fabulare. St. non tibi dicam dolo, decedam ego illi
De uia,

De uia, de semita, de honore ppli, uerũ quod ad uẽtrẽ attinet.
Nõ hercle hoc lõge, nisi me pugnis uicerit, cœna hac annona ẽ
Sine sacris heredicas. ph. sp tu hoc facito Lesbonice cogites.
Id optumum esse, tute ut sis optumus, si id nequiueris, saltẽ ut
Optumis sis proxumus, nunc conditionem hanc, quá ego fero,
Et quá abs te peto, dare, atq; accipere Lesbonice te uolo, Dei
Diuites sũt, deos d̃cet opulẽtia, & factiões, uerũ nos homũculi,
Salillum animæ, quæ cum extemplo amisimus, æque mendicus
Atq; ille opulentissumus censetur ad Acheruntem mortuus.
St. Mirum ni tu illuc tecum diuitias feras, ubi mortuus sis.
Ita sis ut nomẽ cluet. Ph. nũc ut scias hic factiones, atq; opes
Non esse, neq; nos tuam neglegere gratiá sine dote posco tuá
Sororem filio, quæ res bene uortat, habeon pactá? quid taces?
St. proh Di ĩmortales cõditionẽ quoiusmodi. ph. qu fabulare,
Di bñ uortãt. spõdeo. St. heu ubi usus nihil erat dicto, spõdeo
Dicebat, nunc hic quoniam opus est, non quit dicere.
Le. Cum affinitate uostra me arbitramini dignũ, habeo uobis
Philto magná gr̃á, sed & si hercles grauiter cecidit stultititia
Philto, est ager sub urbe hic nobis, eũ dabo dotẽ sorori. (mea,
Nam is de stultia mea solus superst præter uitam reliquos.
Ph. Profecto dotem nihil moror. Le. certust dare.
St. Nostram me nutricem here, quæ nos educat, abalienare
A nobis? caue sis feceris, qd edemus nos met postea? Le. ẽt tu
Tibi ego rationẽ reddá. St. plane perimus nisi qd ego (taces?
Comminiscor. Philto te uolo. Ph. si quid uis Stasime. st. huc.
Concede aliquantum. ph. licet. St. arcano tibi ego hoc
Dico, ne ille ex te sciat, neue alius quisquam. ph. crede,
Audacter quid lubet. St. per deos atq; homines dico, ne tu
Illum agrum tuum sinas unq̃ fieri, neq; gnati tui.
Ei re argumentum dicam. Ph. audire ædepol lubet. st. primum
Omnium olim terra quom proscinditur, in quinto quoq; sulco
Moriuntur boues. Ph. apage. st. acheruntis ostium in nostrost
Agro, tum uinum priusq̃ coactust, pendet putidum.
Le. Consuadet homini credo, & si scelestus ẽ, at mihi ĩfidelis
Nõ ẽ. st. audi cætera, post id frumẽti quãdo albi messis maxu-
Tribus tãtis illi minꝰ reddit, quá obseueris. ph. hẽ istic (mast
Oportet obseri mores malos si ĩ obserẽdo possint interficier,
St. Neq; unq̃ quisq̃, si quoius ille ager fuit,
Quin pessume ei res uorterit, quiũm fuit, alii exulatum
Abierunt, aliĩ emortui, alii se suspendere, hem nunc hic
Quoius est, ut ad incitas redactus? ph. apage a me istũc agrũ.
St. Magis apage dicas, si omnia audiueris, nam fulguritæ sũt
Alternæ arbores, sues moriuntur angina acerrume.
Oues scabræ sunt, tam glabræ hem, q̃ hæc est manus.
Tum autem syrorum genus, quod patientissumum
Hominum, nemo extat, qui ibi sex menses uixerit.
Ita cuncti solsticiali morbo decidunt. Ph. credo ego
Istuc stasime ita esse, sed campas genus multo syrorum
Iam anteit patientia, sed iste est ager profecto ut te
Audiui loqui, malos in quem omnes publice mitti decet.

cipio accipit. ædes tuas inquit accepit ut sibi seruirent: tu accepisti quadraginta minas: quas uoluptariis hominibꝰ disperdidisti. ¶ Et in porta est locus. i. exclusus ædibus poterit in porta consistere. ¶ Nisi forte in uentrem filio irrepserit: hoc ludibriose in lesbonicum dicitur. ¶ Olympico: nomen argentarii ¶ Quas despõdit inq̃: quas promisit. ¶ Qua pro spõsione nuper tu exactus es: idest exclusus es: ut nil amplius tibi debeat. ¶ Dii diuint. i. debet. ¶ Meas res irrides malas: ratus lesbonicus est: se irrideri a philtone: quod hæc diceret: ut diues cum pauperrimo affinitatem appeteret. ¶ Nõ est çqua factio. æquas uires non habemus: qa ego longe inferior. ¶ Sanus mentis: aut animi tui: paulo ante quid distet mens ab animo protulimus ut animus subsistat: mens insideat. ¶ Illum tibi ferentariũ: ferentarii inquit Vegetius equites si dicunt: qui eminus solent dimicare: quorum alii iaculis: alii arcu utũtur: iaculantur quos tarentinos uocamus. Arcu utuntur. qui equites sagittarii: & a nonnullis scythæ etiam uocantur. At hic ferentarium a ferendo auxilio dixit. ¶ Veter: idest prohibeas me abire qui seruus tuus sum. ¶ Luscus dixeros luce una carens: nempe oculo. Iuuenalis ambos pdidit ille oculos: & illuscis luidet. Mar. oculo philenis altero semper plorat. Quo fiat hoc modo quæritis lusca est. Ambabus malis expletis uorem: pro uorauero: idest plenis faucibus comedam. ¶ Præripiam: præoccupabo: ãtequã diues ille capiat. ¶ Verecundari neminem apud mensam decet. Hoc iam tritum prouerbiũ est: pudere neminem oportere ubi comedendum sit. ¶ Nam ibi de diuinis atq; humanis cernitur. De rebus cunctis deliberatur: quç ad deos: quç ad homines pertineant. ¶ Rem fabulare: subaudi ueram: idest uerũ autumas. ¶ Cœna hæc annona est: idest pro annona: ac reditu. ¶ Sine sacris hæreditas: tanq̃ hæreditas: quæ oblata est sine sacrificio. ¶ Salillum animæ. Diminutiuum ab eo: quod est salinũ. Vbi enim sal in salino concluditur: referri uidetur anima in corpore: ut enim salinum uas salis: ita animæ instrumentum corpus: sicut ubi sal opportunus: ibi salinum expedit collocare: ita qd uelit anima: debet corpus suppetere. Salinũ in mẽsa pro aquali solitum esse poni ait cum patella: quia nihil aliud sit sal q̃ aqua. Salinum quoq; cum sale in mensa ponere figulis religioni habetur: q quondam in esquilina regione: quũ fornax plena uasorum coqueretur: atq; ille p ximeeam conuiuatus supramodũ potus somno esset oppressus: cum conuiu.

Prouerbiũ pulchrum

Salinũ qd sit

Sicut fortunatorum memorant insulas,quo cuncti qui
Aetatem egerunt caste conueniant,contra istoc
Detrudi maleficos æquom uidetur,qui qdé istius sint modi.
Hospitium est calamitatis. St.quid uerbis opust?quamuis
Malam rem quæras,illic reperias.Ph.at tu hercle ibi,
Et alibi.St.caue sis dixeris me tibi dixisse hoc.Ph.dixisti
Arcano satis.St.quin hic quidem cupit illum ab sese
Abalienarier,siquidé reperire posset quoins os sublinat.
Ph.Meus quidem hercle nunq̃ fiet.St.si sapies quidem.
Lepide hercle de agro ego hunc senem deterrui.
Nam qui uiuimus nihil est,si illum amiserit.
Ph.Redeo ad te Lesbonice.Le.dic sodes mihi,quid hic
Locutus tecum?Ph.quid censes?homost.
Volt fieri liber.uerum quod det,non habet.
Le.Et ego esse locuples,uerum nequicq̃ uolo.St.licitum,
Si uelles,nũc qm̃ nihil est,non licet.Le.quid tecũ Stasime?
St.De istoc quod dixisti modo si antea noluisses, esses, nunc
sero cupis.
Ph.De dote mecũ conuenire nihil potes,quid tibi lubet, tute
Agito cum nato meo,nunc tuam sororem filio posco meo.
Quæ res bene uortat,quid nunc etiam non uis?Le.quid
Istuc?quando ita uis,Di bene uortant,spondeo nunq̃
Aedepol quoiq̃ tam expectatus filius natus,q̃ illud est.
Spondeo natum mihi.St.Di fortunabũt uostra consilia.
Ph.Ita uolo.Le.sed Stasime abi huc ad meá sororé ad callicle.
Dic hoc negocii quomodo actumest.St.ibitur.
Le.Et gratulat meæ sorori.St.scilicet.Ph.i hac Lesbonicæ
Mecũ,ut coram nuptiis dies constituatur,eadem hæc confirmabimus.
Le.Tu istuc cura,qđ iussi,ego iam hic ero,dic Callicli,me ut
Conueniat.St.quin tu i modo.Le.de dote ut uideat
Quid possit facito.St.i modo.Le.nam certust sine
Dote addere.St.quin tu i modo.Le.neq̃ enim illi
Damnou nq̃ esse patiar.t.habi modo.Le.meam
Neglegentiam.St.i modo.Le.o pater,æquom uidetur,
Quin quod peccarim.St.i modo.Le.potissumum mihi
Id obsit.St.i modo.Le.o pater,en unq̃ aspiciam te.
St.I modo,i modo,i modo,tandé impetraui abiret.Di
Vostram fidem,ædepol re gesta pessume,gesta probe.
Siquidem ager nobis saluus est,& si admodum
In ambiguost,etiam nunc quid de hacre fiat.
Sed id si alienatur,actust de collo meo,gestandus
Peregre clipeus,galea,sarcina,effugiet ex urbe,ubi erunt
Factæ nuptiæ,ibit istac aliquo in maxumá malam crucem
Latrocinatum aut in asiam,aut in ciliciam,ibo huc
Quo mihi impetratust,etsi odi hanc domum,
Postq̃ exturbauit hic nos ex nostris ædibus.

uis suis præteriens quidam petulans: ostio patente:ex mensa salinum conie cit in fornacem: atq̃ ita incendio excitato:figulus cum suis concrematus est. ¶ Hæc cum extemplo amisimus: cum subito de uita decedimus. ¶ Aeq̃ mendicus. Inter mendicos:& opuletos nulla differẽtia est. ¶ Ita sis ut nomen cluet:nempe ita mortuus: ut nomen hames mortui. ¶ Non quit dicere: subaudi spondeo. ¶ Sed & si hæc res grauiter cecidit.i.facultas pessum iit. ¶ Nostram ne nutricem:idest agrum ne nostrum:unde nutrimur. ¶ Tibi ego rationem reddam:interrogatiue legendum.ac si dicat:non reddam. ¶ Cominiscor:confingo: hæc secum stasimus. ¶ Si quid uis: subaudi dicito. ¶ Hac concede:seorsum ueni. ¶ Licet:concedentis aduerbium. ¶ Crede:idest committe. ¶ Argumentum dicam: rationé afferam:& ostendã. ¶ Quinto quoq̃ sulco: sulci appellantur:qua aratrum ducit:uel sauonis faciendæ cã:uel urbis cõdẽdæ:uel fossuræ reclinationis: ubi arbores serantur:sulmen quoq̃:q̃ eius uestigius similiter appellatur:qđ uocabulum quidam ex græco sumptũ quia illi dicant αὔλακα. ¶ Acheruntis hostium:ex nostro agro ad inferna iter est. ¶ Prius q̃ coctumst: idest prius q̃ uua cõmaturauit. ¶ Quam obsceuerit:minus ex agro colligitur:q̃ semen ipse iecerit. ¶ Ad incitam redactus.i. inopiam & mẽdicitatem:ut supra ostẽdimus. ¶ Fulgure ita afflatæ alternæ arbores: idest ita succensæ. ¶ Sues moriuntur angina.quę a græcis synãche: a nostris angina: morbus in faucibus ex humore destilante in guttur:tam celeriter anguntur homines:ut fere uigiti & quattuor horarum spacio spiritu intercluso moriantur. ¶ Oues scabræ: scabie asperæ. ¶ Tam glabræ q̃ hæc ẽ manus:idest sine pilis:ut leuis gręce dicitur prima producta:huius diminutiuum est glabellus:quo uerbo frequẽter utimur ¶ Quod patientissimũ ẽq̃ hominum:quos nemo superat patientia:& ne quidem par inuenitur. ¶ Cũcti solstitiali morbo decidũt:idest subuersione sensuum:ut enim cum sol ad primam cancri partem uenit solstitiũ æstiuum facit:ita plurimæ fiunt mutationes:ex uino plurimo fit uapa.ita hominum mentes nonnullorum auertuntur:inde morbus solstitialis:cuĩ repente auertis sensibus:quispiam concidit. ¶ Sed campas:uermiculus cãpa ẽ in holera arrepens ac deuorans.Columella. Voluitur ad terras:distorto corpore campe.ubi uero apricis regionibus post pluuias noxia incesserunt animalia:quæ nobis appellantur brucæ: græce autem campæ nominantur:uel manu colligi debent:uel matutinis tẽporibus frutices holerum concuti.sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore:si deciderunt:non amplius in superiorem

Solci qui dicantur

Angina quid sit

Campa qđ sit

periorem partem prorepunt. Dicta autem campe q sese contorqueat: campto enim inflecto. ⁋ Fortunatorū memorant insulas. de quibus geographi scripsere omnes. & Horati. inquit. Nos manet oceanus circuuagus arua beata: Petamus arua diuites: & insulas. Reddit ut cererem tellus inarata quotannis: Et imputata floret usq uinea. Germinat & nunq̄ fallentis termes oliuæ: Suamq pulla ficus ornat arborem: Mella caua manant ex ilice: montibus altis. Leuis crepitante olympha desilit pede. Illuc iniussæ ueniunt ad mulctra capellæ. Refertq tēta grex amicus ubera. Nec uespertinus circum gemitur sus ouile: Neq intumescit alta uiperis humus. ⁋ Licitum si uoluisses: subaudi: te esse diuitem. ⁋ Dic hoc negoci. pro hoc negocium: antiptosis. ⁋ Quid possit factu: idest quid ad faciendum fieri possit. ⁋ Sine dote non dare. ita emendandum. ⁋ Re gesta pessime: a lesbonico. ⁋ Gesta probe: per lysitelem: & philtonē ⁋ Gestandus peregre clypeus: peregre mihi eundum est: ui ipsi lesbonico: nam nisi in militia uspiam aliter uitam agerem non poterit. ⁋ Galea: q galeri faciem aut ait Varro haberet. ⁋ Sarcina. subaudi militeris. ⁋ Effugier. deuitari unde effugium locus a quo quis se mittat in fugam. ⁋ Latrocinatum: herus lesbonicus iquit: amissis opibus omnibus fiet latro: uel in Asia: uel in cilicia: quo latronum confluit multitudo. ⁋ Exturbauit: eiecit: ut ipse habitaret: callicles a lesbonico missus ad callidem.

Galea uñ dicta

ⅭMInas quadraginta. Mina attica drachmas centū continet: ut patet ex Eupolidos uerbis: Drachma obolos sex: obolus chalcos: quod minutuli nūmi nomen est: octo. chalcus leptos septem. Plutarchus: Solonem scribit minam cētum drachmis constituisse: cum prius septuaginta trium fuisset. ⁋ Ferentarium esse amicum Ferentarius leuis armatur æ miles dicebatur: qui leui ex cursu auxilio esset. ferentarium autē amicum dixit metaphoricos: qui præsto sit: & opem ferat citra moram. ⁋ Acherontis hostium. Acheron fluuius est in Heraclea Pontica: ubi Plutonis cauem extraxit Hercules: & collis Aconitus dicitur: ut græcus interpres Nicandri. ⁋ Fortunatorum insulas: fortunatarum insularum cum alii meminerunt plerīq: tum uates Pindarus in Olympiis. ⁋ Insulas neptunus olim tridente: quēs Telchines illi fabrefecerant insulas euulsis litoribus primum fecit auctore Callimacho. fluctuasse autem: errasseq oēs: & Apollonius: & eius Interpraetes Theon: Sophoclæus: Tarrçusq Scripserunt. Duris auctor est missos condas ab Gigantibus lapides: qui in mare cecidissent: insulas. qui in terram montes factos. Cæterum insula domus quoq dicitur: in qua multæ habitant familiæ: unum ingressum habentes quales hodieq in magnis ciuitatibus uidemus: quod mediusfidius: uel ex iureconsultorum dictis colligitur: uel ex Tranquillo: ubi recensum ait egisse Cæsarē uicatim & per dominos insularum: crebra iureconsultis &. P. Victori insularum mentio: quod quidē Bernardo Cricellario uiro & docto: & humano acceptum referimus. ⁋ Locuples: a locorū copia etymon habet. Quintilianus grauis auctor. Assiduum ab æredando: & locupletem a locorum: pecuniosum a pecorum copia. Idem sensisse etiam Nigidium auctor est Gellius. subscripsit & Cicero libro. ii. de. r. p. Scopias Thessalus. cuidam ab eo petenti: q neq necessarium: neq cōmodum foret: respondit: his certe fœlix: locuplesq sum. ⁋ Aut in Ciliciam. Ciliciam iure nominauit: quoniam Cilices latrones funt: auctore Lucianos: & aliis: habet mediusfidius unaquæq gens proprios mores id qd̄ maternus notauit. Nam Scythæ crudeles sunt: Itali nobiles: Galli stolidi: leues Græci. Aphri subdoli: Auari Syrii: acuti Siculi. Asiani molles. Hispani morosi. Nec uero mores tantum: sed & corporis qualitates. ut Macrones longi capita. Persæ incurui nares. Myconii calui: Athenienses depyges: quoniam Theseus a quo oriundi sunt: tractus ut fertur ab Hercule: nates reliquit in petra.

ANSELMVS

Minas qd Ferētarii milites qui Acheron ubi locorū Fortunatæ insulæ

Locuples uñ dic⁹ sit

Multarū gētium mores

TERTIVS ACTVS.

Callicles senex. Stasimus seruus.

Vo mō tu istuc Stasime dixisti? St. nostrū berilē filiū
Lesbonicū suā sororē despōdisse hoc modo. Ca. quoi
Homini despōdit? St. Lysiteli Philtōis filio, sine dote
Ca. Sine dote ille illam in tantas diuitias dabit? non credibile
Dicis. St. at tu ædepol nullus credas si hoc non, credis, ego
Credidero. Ca. quid? St. me nihil pendere. Ca. quādudum
Istuc, aut ubi actūst? St. illico hic ante ostium tam modo
Inquid prenestinus. Ca. tonton in re perdita, q̄ in re
Salua Lesbonicus factus est frugalior? St. atq equidem
Ipsus ultro uenit philtō oratum filio. Ca. flagitium quidem
Hercle fiet, nisi dos dabitur uirgini, postremo ædepol ego
Istam rem ad me attinere itellego, ibo ad meum castigatorē,
Atq ab eo consilium petam. St. propemodum quid illic
Festinet sentio, & subolet mihi, ut agro euortat Lesbonicum,
Quando euertit ædibus, o here charmide, quoniā absente te
Hic tua res distrahitur tibi, utinam te redisse saluom uideam.
Vt inimicos tuos ulciscar, ut mihi, ut erga te fui & sum, referas
Gratiam, nimium difficilest reperiri amicum, ita ut nomen
Cluet, quoi tuam quom rem crēderis, sine omni cura dormias.
Sed generum nostrum ire ecillum uideo cum affini suo.



Vo modo: edoctus interea fuit a stasimo callicles: quo pacto lysiteles uxorem poposcerat indotatam. ⁋ Inquit prænestinus: Cui ex consuetudine quadā dicere mos fuerat: tam modo. ⁋ Castigatorem: Megaronidem.

SARACENVS



Vo modo tu istuc Callicles: ut ex stasimo accepit indotatam lysitelem uellē lesbonici sororem uxorē accipere: idq patrem eius philtonem pronunciasse: qd id melius itelligat: adhuc stasimū percunctatur. ⁋ Tā modo: paulo ante: quemadmodum loqui prænestini solent. ⁋ Tanton: an tanto. ⁋ In re perdita: in opibus suis profligatis. ⁋ Oratum filio: idest uel pro filio: uel gratia filii. ⁋ Flagitium quidem hercle fiet: erit criminosum. ⁋ Et subolet mihi: uenit in mentem mipi. ⁋ Agro euertat. i. priuet: & abalienet lesbonicum. ⁋ Vt nomen cluet. Vt amici nomen habet. ⁋ Rem credideris: opes commiseris. ⁋ Inter eos conuenit: idest controuersia caret. ⁋ Ille: subaudi lysiteles. Reprachendit hunc lesbonicum: aliquantulum abscessero: seorsum secedam: ut horum sermonem capiam.

VALLA.

Pectus obscurasse, atq; ipse amoris teneo omneis uias
Ita est amor, balista ut iacitur, nihil scit celere est, neq; uolat.
Atq; is mores hominum moros, & morosos efficit.
Minus placet magis quod suadetur, quod dissuadetur, placet.
Quom inopiast, cupias, quando eius copiast, tum non uelis.
Ille qui aspellit, is compellit, ille qui non suadet, uetat.
Insanust & malum in hospitium deuorti ad cupidinem.
Sed te moneo hoc etiã atq; etiã, ut reputes, qd facere expetas.
Si istuc ut conare, facis indicium, tuum incendes genus.
Tum igitur tibi quærit cupido, genus qui restinguas tuum.
Atq; erit, si nactus, proinde ut corde amantes sunt capti,
Nesciunt illum quidem, relinques genus, qui conclusit tuum.
Facile est inuentu, datur ignis, tametsi ab inimicis petas,
Le. Sed tu obiurgans me a peccatis, rapis deteriorem in uiam.
Meam uis sororem tibi dem, suades sine dote, hoc nõ cõuenit.
Me qui abusus sum tantam rem patriam, porro in diuitii
Esse, agrumq; habere. egere illam autem, ut me merito oderit.
Nunq̃ erit alienis grauis, qui suis se concinnat leuem.
Sicut dixi faciam, nolo te iactari diutius. Ly. tanto melius te
Sororis causa egestatem exequi, atq; eum agrum me habere,
Quam te, tua qui tolleres mœnia. Le. nolo ego mihi te
Tam prospicere, qui meam egestatem leues, sed ut inops
Infamis ne sim, ne mihi hanc famam differant, me
Germanam meam sororem in concubinatum tibi sine dote
Dedisse magis, q̃ in matrimonium, quis me improbior
Perhibeatur esse? hæc famigeratio te honestet, mecũ collutet.
Et si sine dote duxeris, tibi sit emolumentum honoris, mihi
Quod obiectent fiet. Ly. q͞ioi te dictatorem censes fore, si
Abs te agrũ accepim, neq; uolo, neq; postulo, neq; cẽseo, uerũtñ
Is est honos Homini pudico meminisse officiũ suũ, scio equidẽ
Te animat⁹ ut sis studio subolet sentio id agis ut ubi affinitatẽ
Inter nos nostram adstrinxeris, atq; eum agrum dederis,
Nequicq̃ hic tibi sit, qui uitam colas, effugias ex urbe
Inanis profugiẽs, patriã deserẽs, cognatos, affinitatẽ, amicos,
Factis nuptiis, mea opera hic perterritũ te, meaq; auaritia autu-
Id me cõissurũ, ut patiar fieri, ne animũ induxeris, qs me (mẽt.
Improbior peribeatur esse? hæc famigratio te honestet, me aũt
Conlutulet, & si sine dote dixeris tibi sit emolumentũ honoris.
Mihi aũt qd obiectent, fiet. St. nõ enim possum quin exclamẽ,
Euge euge Lysiteles facile palmã hẽs, hic uictus, uicit tua come
dia.
Hic agit magis ex argumẽto, & uersus meliores facit, ẽt ob stul
Tuã te tueris, multa abomina. Le. qd tibi interpellatio, (tiam
Aut in cõciliũ huc accessio est? St. eodẽ pacto, quo huc accessi,
Abscessero. Le. i hac mecũ domũ Lysiteles, ibi d istis reb⁹ plura
Fabulabimur. Ly. nihil ego i oculto agere soleo, me⁹ ut animus
Est, eloq̃r, si mihi tua soror, ut ego æquũ censeo, ita nuptũ dat
Sine dote, neq; tu hinc abiturus, quod meum erit, id erit tuum.
Sin aliter animatus es, bene quod agas, eueniet tibi, ego amic⁹
Nunq̃ tibi ero alio pacto sic sententia est. St. abiit hercle

¶ Qui aspellit. i. abiicit. ¶ Is cõpel. lit. i. colligit: congregat. ¶ In hospitiũ deuorti ad cupidinẽ: pnitiosũ in quit hospiciũ est apud cupidinem. ¶ Vt reputes: tecũ animo cõsideres. ¶ Quid facere expetas. ¶ Ad qd cupiditate traharis: ne facias: id bonũ ne sit: an malũ. ¶ Tuũ incẽdes genus: idest iucundũ efficies. ¶ Genus q restinguas tuũ. i. oblitteres: uel interlinas. ¶ Alienis grauis. molestus exteris. ¶ Qui suis. i. affinibus. ¶ Tua q tolleres mœnia. i. q ad te attinẽt: uñ & immunis & imune. ¶ In cõcubinatũ loco cõcubinæ. ¶ Hæc famigeratio: idest famæ promulgatio. ¶ Me collutilet. i. dedecoret: Iquinet: & quasi luto aspergat. ¶ Subolet: sentio. cognosco per nebulã. ¶ Inanis profugiens: idest nullam sedem certã habens: sed modo huc: modo illuc te recipiens: nam is profugus dr: sicut Horatius pfugos scythas uocat: q crebro mutent sedes: ita Virgilius profugum æneã: quod crebro mutare sedes cõpulsus sit. ¶ Hic agit magis ex argumento: melius comprobat: ostẽditq; quæ tenenda sint. ¶ Quid tibi interpellatio. Cur huc interrũpis. ¶ In cõciliũ: ubi cõciliandi uideamur. ¶ Bene quod agas nõ eueniet tibi. i. nihil ages boni: cũcta peruerse euenient. ¶ Accõmodem sulcimenta. i. fulciã & comparem me: ut supra quoq; dictum ad latrocinandum. ¶ Iubeam suppingi soccos. iubebo ut subter pingantur calciamenta exterorum ritu. ¶ Catulam militarẽ: me catulç loco: qui seruus sum. ¶ In saginam: ut ibi pinguescat. ¶ Mecum q ferã uiaticum. i. impẽsam itineris: quo leuem mihi famẽ. & sitim. ¶ Animũ induxeris: ne me speres id factuꝝ. ¶ Quis me: lesbonicus loquit. ¶ Collutulet. inquet. fœdet: deturpet: a spurcitię luti uerbũ deflexum. ¶ Sine dote dixeris: legendum: sine dote duxeris. ¶ Hic uictus: subintelligẽ lesbonic⁹. ¶ Hic agit ex argumento: hic lysiteles argumẽto: hoc est ratiocinatiõe utitur cõmodiori. ¶ Ob stultitiã tuã cõuertis ad lesbonicũ stasimus inqt: etiã lesbonice cum in mera stultitia dephẽsus sis te audes tueri. ¶ Multa abomina. Abomiare: amolire: despue multa: quæ ad te tutandum dicis. ¶ Hinc habiturus. corrige abiturus absq; afflatu: nisi ob paupertates monebis castra latrocinatus in Asiã. nec signa conuelles: omnia mea tibi comunia erunt. ¶ Bene quod agas. hoc est dicam tibi ualere. Cum enim comitamur in penitissimas regiones discedentem dicere consueuimus. ¶ I fœlix: I numinibus: uotisq;

Prædicat

Collutolo quid sit

Abominare quid sit

secundis: & quocunq; procedes be ne eueniat tibi. ¶ Si sentẽtia est. lego: sic sententia est: ita ut dixi: animatus sum: hæc mihi sententia sedet. ¶ Ille quidẽ: scribo ille quidẽ. ¶ Fulcimenta: impedimẽta: utensilia ad iter capessendum. ¶ Suppingi. lego subpãgi hoc est sandalia nouo solo cõmuniri a ueteramentario: ut melius: & opportunius sufficiant itineri lõginquo. Dicitur latine ueteramentarius qui calceos ueteres recõcinnat. ¶ Nõ sisti põt. non quit hic cõtineri herus meus lesbonicus. ¶ Caculam. uilem eruũ militarem calatorẽ. ¶ In saginam. in aliquid regiũ saginariũ: ubi

Veteramẽtarius q di

Ille quidẽ, ecquid audis Lysiteles? ego te uolo, hic quoq; hinc
Abiit Stasime rectas solus, quid egc nunc agam, nisi uti sarcinã
Constringam, & clypeum ad dorsum accomodem, fulcimenta.
Iubeam suppingi soccos, nonsisti potest, uideo caculã militarẽ
Me futurum aut longius, aut aliquem ad regem in saginam
Herus se coniecit meus, credo ad summos bellatores
Acrem fugitorem fore, & capturum spolia, sibi illum qui
Meo hero aduorsus ueneris, egomet autẽ quom extẽplo arcũ
Mihi & pharetrã & sagittas sũpsero, cassidẽ i caput, dormibo
Placide in tabernaculo, ad forum ibo, nudius sextus quoi
Talẽtũ mutuũ dedi, reposcã, ut habeã mecũ quod ferã uiaticũ.

possit uentrem distendere: & saginare. sunt qui legunt in sagenam: hoc est in ræte regium: cui regi ueluti captus ser uiet. Aut in eius conseruitio periclitabitur. De sagena ræte extat apud græcos hoc carmen. δῆξο σαγηνοιο λινον τὸ τριμμεγον θαλμη. ¶ Nudiussextus: hinc ad sex dies.

¶ AMOrem Apollonius Veneris filium dixit. Sappho Terræ & Cœli. Simonides Veneris & Martis. Ibycus & Hesiodus ex Chao. Proclus Lycius in hymno Veneris: Volatiles oẽs nasci ex Venere imortales amores cecinit. dicitur autẽ in Venereis amor. Nam Pindarus. καὶ γὰρ ἑταίροις inq̃t ἑταίρων ἐκνίζεν ἔρως φρένας. Sed & Marcus Varro. Non uidetis: unus: ut paruulus amor ardifera lampade arida agat amantis æstuantis? ¶ Versus meliores. hoc est iambos magis salsos: magisq; argutos. Iãbus. n. ioco per quã accõmodus est: & risui: qbus affatim scatet comœdia: alioq uersus etiãnũ in prosa oratione: ut passim apud Asconiũ: Quintil. quoq;. Quippe cũ in Bruto. M. Tullius tot millibus uersuũ de romanis tantũ oratoribus loquat. Itẽ Lactantius cũ Ciceronis uerba coargueret ex libris de natura deorũ. O quãta: inq̃t: sunt uicia in his decem uersibus. ¶ Sed qm̃ antiquitas illa tristis & impexa nõ eis astricta erat legibus: quales mox Horatius: Hephestionq;: & alii tradiderunt: solẽt a doctis uiris traduci si qui Plautina quæpiã se castigare afferant metri necessitate: tã & si hæc opinio fautores inuenit: adeo mẽdacius in dãnũ potens. Quod aũt iãbos diximus ioco aptos & risui: talis quædã fabella a græcis scholiographis narrat. Raptã aliquando a Plutone Persephonẽ: cũ Ceres ieiuna ubiq; terrarũ disquireret: forte fortuna ad Hippothoontis domos lassa: ac moriens puenit: filius autẽ ille fuerat Neptuni ex Alope Cercyonis: Continuo huius coiux Metanira apposuit deæ mẽsam: & uinũ: Negauit dea fas esse uinũ bibere: amissa filia: iussitq; ex farinæ polline fieri sibi potionem: & ex ea potauit. Tũc iãbe quædã Metaniræ serua afflictã deam: & mœrentẽ cõspicata risibilia quæpiam: & scõmata ad mouẽdũ deæ risum pficiauit. Dictiq; mox ab illa iambei metri. fuit aũt iambe Thressa genus Panos & Echus filia: hanc fabulam etiam grauissimus Poeta Nicander attigit in Alexipharmacis. Sed & Horatius iambos a maledictis uidet distinxisse: cuȝ ait Hic delectatur iambis: Ille bioneis sermonibus: & sale nigro.

qui

Iambus cõmoditas

Cereris fabula

SARACENVS.

VT mihi: Consulit megaronides callicles dãda ne dos sit uirgini: & tandeȝ simul constituunt: ut inscio lesbonico ex patris thesauro pecunia pro dote capiatur. ¶ Huic abscesserit: Seȝ lysiteli uoluntas. ¶ Non petere hisce dicet: nam cum aliquid petit ab aliquo: cautiõe illũ uti opus est: non aũt cũ ad illum mittitur.

VALLA.

VT mihi rem narras callicles. A callicle narrata megaronide re lysitelis: suadet megaronides: ut dotẽ tradat: sed excogitãt inter se: ut quasi a charmide nũcius aduenerit: ita sycophantam instruãt: qui litteras perferat cum pecunia: q̃ præbeatur callicli pro dote ipsius filiæ. ¶ Eius rẽ. i. thesaurũ uel relictã p dote pecuniã. ¶ Adeas tupte tu ipse ad philtonẽ uenias. ¶ Columẽ te sistere integrũ: uñ & incolumis utrũq; a columna: ut ueteres: õ improbãt: & a uictruuio est. ¶ Ducẽdi interea cupido abscesserit. alius abalienabit ad ducẽdum uxorẽ.

Incolumis uñ dicatur

Megaronides. Callicles, senes.

VT mihi rẽ narras Callicles, nullo mõ põt fieri prsus,
Quin dos det uirgini. Ca. nãq; hercle honeste fieri
Non potest, ut eam perpetiar ire in matrimonium sine dote, (ferme
Quom eius rẽ penes me habeã domi. Me. parata dos domist,
Nisi expectare uis, ut eam sine dote frater nuptum collocet.
Post adeas tute Philtonem, & dotem dare te ei dicas, facere
Id eius ob amicitiã patris, uerũ hoc ego uereor ne istæc pollici
Te in crimẽ populo ponat, atq; ĩfamiã, nõ temere dicãt (tatio
Te benignũ uirgini, datam tibi dotẽ ei, quã dares eius a patre
Ex ea largitate illi, neq; ita ut sit data, columẽ te sistere illi.
Et detraxisse autumẽt, nunc si opperiri uis aduẽtũ Charmidis,
Perlongust, huic ducendi interea abcesserit. Ca, nam hercle
Oĩa istæc ueniũt in mẽtem mihi. Me. uide si hoc utibile magis,
Atq; in rem deputas, ut adeã Lesbonicũ, edoceã ut res se habet.
Ca. Vt ego nunc adolescenti thesaurum indicem indomito,
Pleno amoris, ac lasciuiæ? minime hercle uero, nam certo scio,
Locum quoq; omnem, ubi situst, comederit, quem fodere
Metuo sonitum ne ille exaudiat, neu ipsam rem indicet,
Dotem dare si dixerim. Me. quo pacto ergo aget? Ca. clã dos

Depromi potest, dum occasio ei reperiatur, interim ab amico
Alicunde argētū rogē. M. potin est ab amico alicūde exorari?
Ca. Potest. Me. gerræ, ne tu illud uerbū actutū īueneris. mihi q
Hercle non est, quod dem mutuū. Ca. malim hercle ut ueʒ (dē
Dicas. q̄ fides mutetur. Me. sed uide consilium si placet.
Ca. qd cōsilist? Me. scitū, ut ego opinor cōsiliū īueni. Ca. qd est?
Me. Homo ɔducaℓ aliqs iá quātū potest, quasi sit peregrinus.
Ca. Quid is scit facere postea? Me. is homo exorneℓ graphice
In pegrinū modū, ignota facies, q̄ nō uisa sit falsidic⁹, cōfidens,
Ca. qd tū postea? Me. q̄si ad adolescentem a patre ex Seleucia
Veniat, salutem ei nunciet uerbis patris, illum bene gerere rē,
Et ualere, & uiuere, & eum rediturum actutum, ferat
Epistolas duas, eas nos consignemus, quasi sint a patre.
Det alteram illi, alteram dicat tibi dare sese uelle. Ca. perge
Porro dicere. Me. seq̧ aurum ferre uirgini dotem a patre
Dicat, patremq̧ id iussisse aurum tibi dare, tenes iam?
Ca. Propemodū atq̧ ausculto perlubens. Me. tū tu igiℓ demū
Adolescēti aurum dabis, ubi erit locata uirgo in matrimoniū.
Ca. Scite hercle sāe. Me. hoc ubi thesaurū effoderis suspicionē
Ab adolescente amoueris, censebit aurum esse a patre aliepatū
Tibi, tu de thesauro sumes. Ca. satis scite & probe.
Quāq̄ hoc me ætatis sycophantari pudet, sed epistolas
Quando obsignatas afferet, siquando obsignatas
Attulerit epistolas, non ne arbitraris eum adolescētem annuli
Paterni signum nosse? Me. etiam, tu taces? sexcentæ ad eam
Rem causæ possunt colligi, illum quem habuit, perdidit.
Alium post fecit nouom. Ca iá si obsignatas nō feret, dici hoc
Potest, apud portitorem eas resignatas, ibi inspectasq̧ esse
Me. In huiusmodi negocio diē sermōe terere segnitiesmerast.
Quamuis sermones possunt longi texier, abi effodias aurum
Iam confestim clanculum, seruos, ancillas amoue, atq̧ audin?
Ca. qd est? Me. uxorem quoq̧ ipsam hanc rem ut celes face.
Nam pol tacere nunq̄ quicquāst, quod queat.
Quid nunc stas? quin tu te hinc amoues, & te moues? aperi,
Deprome, inde auri ad hanc rem quod sat est, continuo
Operito denuo, sed clanculum sicut præcepi, cunctos
Exturba ædibus. Ca. ita faciam. Me. at enim nimis
Longo sermone utimur, diem conficimus, quod iá properatost
Opus, nihil est designo quod uereare, me uide. ca. lepida est
Illa causa, ut commemoraui, dicere, apud portitores esse
Inspectas. Me. deniq; dei tempus non uides? quid illum putas
Natura illa atq̧ ingenio? iam dudum ebriust, quid uis
Probari poterit, tum quod maxumust afferre, non petere
Hisce dicet. Ca. iam sat est. Me. ego sycophantam iam cōduco
De foro, epistolasq̧ iam consignabo duas, eumq̧
Huc adolescentem meditatum probe mittam, Ca. eo
Ego igitur intro ad officiū meū, tu istuc age. Me. actū reddá.

dum uxorem. ¶ In rem deputas. Ad cōmodū cessurū existimas. ¶ Adeas lesbonicū: alloquaris: ut rē exponas. ¶ Gerrę. nugæ: ut usquam inuenias mutuū argentū. ¶ Iam quātū pōt. i. q̄ celerrime fieri possit. ¶ Exornetur graphice: instruatℓ ad id propositum cōmode. ¶ Scite hercle sane: astute a te inuentū. ¶ Sycophantari pudet. i. sycophātias struere. ¶ Etiā tu taces: idest taceto. ¶ Sexcentæ: hoc est infinitæ possunt causę inueniri: q̄a senarius numerus perfectus a mathematicis: nō perhibeℓ: q̄ ex partibus suis integer inueniaℓ: sexta tertia: & dimidia: solus intra denariū. Cētenarius aūt numerus quadratus: cuius latus decē: in quo omnes numeri cōcludūtur. ¶ Illum quem habuit: enumerat nōnullas causas. ¶ Eas resignatas. i. reclusas signo amoto. ¶ Quāuis sermones possunt longi texier. Quantūcunq̧ orationes cōnecti possunt longe. ¶ Quin tu te hinc amoues. Cur te nō recipis ad id: quod diximus: cōficiendu. ¶ Apperi: subaudi locum thesauri. ¶ Deprome: subaudi thesaurum. ¶ Opperito denuo. i. obtege locū. ¶ Properatost opus: opus ē ppe ratiōe. ¶ Me uide: hic mos est asserēdi: ne ulla nascatur ambiguitas: ac si dicatur fac: quod ego iubeo. ¶ Vt cōmemorasti dicere: ut tecum cōmētus es ad dicendum. ¶ Apud portitores esse inspectas: solent enim portitores suspitionis causa amouendę: ne qua proditio occultetur: litteras recludere: quæ ultro: citroq̧ ferantur. ¶ Afferre non petere hisce dicet: si peteretℓ inquit pecunia posset exquirere: nū litterę confictæ essent: necne. At cum afferatur: non petatur: non erit ut exquirat. Meditatum: idest qui animo confinxerit quæ dicenda: quæ respōdenda sint. ¶ Actum reddam: quod dixi: conficiam.

Senari⁹ numerus cur perfectus

Portitorum astutia

¶ CAcula: Cacula seru⁹ militis: dicitur autē a græco: quoniā fustibus clauisq̧ ligneis: ut scribit Festus: armari soliti sint ad dn̄orum tutelam. κᾶλον ligmū dicitur: unde καλιὰν domus: sed ex lignis. quo uocabulo Apollonius Rhodius utitur lib. i. argonauticon. Veteres. n. lapidibus nōdū ad opus reptis: ligneis primū domibus usi phibenℓ. tametsi & p lapidea quoq̧ Hesiodo catachresticos. hinc & calones dicti. Talētū mutuū. Talentum atticū sex cōtinuit milia drachmas atticas. Babylonicum: septem milia. Aeginæum: decem milia: Syrū: quingentas: & mile. ad ratione atticę drachmę. eadē in minis rō. Atticū qdē: sexaginta minas. Babyloniū: septuaginta. Aeginęū: centū. scdm analogū. Mina āt cētū drachmarū ē: & apud Athenięses: & apud alios ad pportionē cuiuslibet talēti. Scdm additionē āt: & diminutionē Siculicū qdē talētū: minimū continebat. Antiquū. n. ut ait Aristo. q̄tuor & uiginti nūmos: no-

ANSELMVS

Cacula qd sit

Talenti pōdus

uissimũ duo & decẽ. ualere aiũt num mũ ipm tria omolia. Ceterũ Diodorus i lib. περὶ τῶν ἀπὸ Σικελίας apud Siceliotas inqt: Taletũ atticum dictũ minaꝝ fuit uiginti q̃tuor: nunc tãtum duodecim: ut liceat cõiectari Nũmũ idẽ esse: qd mna: aut non eadẽ sentire auctores. ¶ Ex seleucia. Seleucia primũ Olbia & Hiria: mox a Seleuco: Nicatore Seleucia: eũ & seleucis poculi genus. Egesippus libro quarto. Seleuciam iuxta amœnissimam illud: & celebre per Syriam Daphnis nemus cupressis arboribus intextũ: scatentibus fontibus præter meanti fluuio loci: quem minorem iordanẽ uocant nutrimenta quædam lacteis uberibus infundit. ¶ Vxorẽ ut celes. Seruari maximæ domos: si mulier uiri archanis nõ implicetur: docuisse summum uatem Homerum hoc uersu: quo Iuppiter Iunonem affatur testis est Plutar. ἥρη μὴ δὴ πάντας ἐμοὺς ἐπιέλπεο μύθους εἰδήσειν.

Seleucia uñ dicta.

Homeri dictum pulcherrimũ

SARACENVS.

Alsipotenti: dũ ista aguntur: & parantur: charmides domũ peregre reuertitur: refertq; diis grãs: & effugerit maris sæuitiam: sed dum iter facit: incidit in sycophãtam: cũ quo sibi erit longa cõtentio.

VALLA.

Alsipotenti: & multipotẽti. Charmides icolumis domũ reuersus grãs deis marinis agit. ¶ Salsipotẽti. i. hñti ptãtẽ maris: notum. n. est pro mari tã sal salis q̃ salũ sali dici. ¶ Et nerei: q ipse quoq; de⁹ marinus: cuius filias nymphas quinquaginta fuisse memorat Hesiodus. de põto aũt natum nerea ait his uersibus. νηρέα τ' ἀψευδέα καὶ ἀληθέα γείνατο πόντος. πρεσβύτατον παίδων. ¶ Auidis morib⁹: qa opes multæ in mari sepeliunt. ¶ Spurcificũ: q spurca efficias tuis fluctibus: & corrũpas. ¶ Cõtra opa expertus. i. experiẽtia ipsa didici id ipm. ¶ Mendicis modesti sint: ut erga mẽdicos minus molesti. Nã si absq; te foret. i. nisi mihi tu opẽ tulisses. ¶ Satelites tui: q per maria uersant. ¶ Circũstabant nauẽ turbines. Multæ uentoꝝ spẽs: quos satellites neptuni dixit: q̃q̃ turbo uẽti illa sit spẽs: q̃ noiatur typho. ¶ Fluctusq;: inde fluor capil. murænæ quoq; q fluitẽt pollux ἀπὸ τοῦ πλέειν. latine fluctæ Varronis Marcto biiq; soia. ¶ Frãgere malũ: ad frãgẽdã arborẽ nauis. ¶ Ruere antemnas. ad ruẽdas antẽnas. ¶ Foret præsto: præsens tulisset auxiliũ. ¶ Deluctaui: pro deluctatus sum: ut Nonius interpraetaẽ. ¶ Filio dũ di. q̃. hęc oia perpessius: ut filio comparem opes.

Sal salis q salum sali

Turbo qd sit



QVARTVS ACTVS.
Charmides senex.

Alsipotenti & multipotenti iouis frati tibi Nerei Neptunne.
Lætus, lubẽs laudes ego, & grates, gratiasq; habeo, & fluctibus salsis,
Cum penes te potestas omnis quidem foret meæ uitæ,
Quoniam tuis me ex locis in patriam redeam facis.
Atq; Neptũne tibi ante alios deos gratias ago, atq; habeo summas.
Nam te omnes sæuumq; seuerumq;, atq; auidis moribus commemorant,
Spurcificum, immanem, intolerandum, uesanum, contra, opera
Expertus, nam pol placido te, & clementi meo usq; modo, ut uolui, usus
Sum, in alio atq; hanc tuam gloriam iam ante auribus acceperam, &
Nobiles apud homines pauperibus te parcere solitum, diuites
Damnare atq; domare, abi laudo, scis ordine, ut æquost,
Tractare homines, hoc dis dignust, semper mendicis modesti
sint.
Fidus fuisti, infidum esse iterant, nam absq; foret te sat scio in
alto
Distraxissent, disq; tulissent satellites tui me miserum fœde,
Bonaq; omnia item una mecum passim cæruleos per campos,
ita iam
Quasi canes haud secus circumstabant nauem turbines, uenit
Imber, fluctusq;, atq; procellæ infensæ, fregere malum.
Ruere anttẽnas, scidere uela, ni tua pax propitia foret præsto.
Apage me sis deinde hinc, certust ocio me dare, satis partum
habeo.
Quibus ærũnis deluctaui filio, dum diuitias quæro? sed quis
hic est
Qui in plateam ingreditur cum nouo ornatu, specieq; simul?
Pol quanq̃ domum cupio, opperiar, quam hic rem gerat.
Sycophanta.

Sycophanta. Charmides senex.



Vic ego dici nomé trinūmo faciá,ná ego operá meá
Tribus nūmis hodie locaui ad artes nugatorias,adue
nio ex seleucia,
